





NOVA BIBLIOTHECA LVBECENSIS.



VOLVMEN V.

LVBECAE

SVMTV IONAE SCHMIDII

A. MDCCLIIII.

Io. Diet. Winckleri, D. Hildy. 1756.

QVINTO HOC VOLVMINE CONTINENTVR.



I.

IO. LVDOV. SCHLOSSERI,

Pastoris Cathariniani Hamburgensis,

DE

D. LVTHERI

in epistolam ad Galatas Commentarii vberioris *gallice* versi prima editione, obseruatio. Cum mantissa de *Anglica* eiusdem Commentarii metaphrasi.

§. I.

In S. PAVLLI ad Galatas epistolam LVTHERI *του μακαριτου* commentarium geminum exstare, breuiorem alterum, alterum extensiorem, vtrumque auctore suo dignissimum, inter omnes constat. De priori, quem post primam anni cIↃ IↃ XIX. & repetitas annorum cIↃ IↃ XX. atque cIↃ IↃ XXIII. editiones auctoris ipsius curas posteriores expertum, publicatumque denuo anno cIↃ IↃ XXIIII. operum Ienensium tomus quartus exhibet, *tanto eum cum adplausu exceptum fuisse, vt in praecipuas Europae christianae linguas, et ante quidem apud exteros, quam apud germanos, transferretur,* ill. SECKENDORFIVS refert, Hist. Lutheran. lib. I. § LXXXIII. p. 134. Nec dubitat idem vir omni laude nostra superior, *Hispanice* quoque redditum iam anno cIↃ IↃ XX. extitisse, eo quod

quod libros LVTHERI, quos inter primarius iste commentarius fuerit, *Hispanice redditos et Antuerpiae editos* fuisse, SFORTIA PALLAVICINVS testatus fuerit, lib. I. histor. concil. Trident. cap. XXIII. n. 7. quod noster etiam ὁ πανυ FABRICIVS repetit, in centifolio lutherano part. II. p. 647. Dubitare tamen, dum certiora adferantur, de hispanica saltem versione, licebit, quum PALLAVICINVS LVTHERI tantum *opera* generatim memorans, p. m. 33. edit. lat. Antuerp. cIↄIↄCLXXIII. f. de iis intelligi possit sancti reformatoris libris, de quibus XIIII. Febr. ipsius anni cIↄIↄXIX. ad D.LVTHERVM Basilea IO. FROBENIVS scripsit: *libellos varios a te elucubratos, quos omnium doctorum iudicio probatos typis meis statim excudi, sexcentos in Galliam misimus, et in Hispaniam,* cet. Oper. LVTH. tom. I. ienens. cIↄIↄLXXIX. f. 367. b. De aliis in alias exterorum linguas factis versionibus, si quae Germanicam ann. cIↄIↄXXII. Grimae 8. editam quam HARDTIVS in autographis vol. 1. p. 145 laudat, praecesserint, vellem auctores suos indicasset, aut adcuratiorem earum, quas cognitas haberet, notitiam nobis impertiaisset SECKENDORFIVS, qui LAMBERTVM quidem auenionensem, si varia LVTHERI scripta in Gallicam linguam transtulisse recte SALIGIVS tradiderit, hist. august. confess. Vol. II p. 227. (quamuis de eo, in vita LAMBERTI tertio amoenitatum litter. tomo descripta, taceat SCHEL-

SCHELHORNIVS) facile, hunc insigniorem fere ceteris, qui tunc exstabant, libris non praeteriisse, coniicerem, at vix tamen ante annum saeculi alterum & vicesimum, quo in Heluetiam is primum venit, laborem eiusmodi suscepisse crediderim.

§. II.

Sed quod de primo scripserat LVTHERI commentario illustris historicus, idem de altero, eodemque ampliore, Wittebergae primum anno cIↃ IↃ XXXV. iterumque, HARDTIO teste l. c. p. 321. eodem anno Hagenoae edito, M. GODOF. BALT. SCHARFFIVS ad LVCAE OSIANDRI cynosuram studiorum sacram, Gedani cIↃ IↃ CCXLII. editam p. 48. memoriae prodidit. *Auidissime*, inquit, *thesaurus hic exceptus est ab exteris etiam, et in varias linguas ante ferme, quam nos germani iustum ipsi pretium statuere disceremus*: quod nescio quo & ipse auctore didicerit, quum versionis alicuius, germanica ab IVSTO MENIO adornata, quam anno cIↃ IↃ XXXIX. editus primus operum LVTHERI tomus Wittebergensis exhibet, antiquioris mentionem a quoquam scriptore factam adhuc non obseruauerim. Quae nisi monstrari auctoritate idonea possit, vix equidem adducar, vt negligentiores germanos nostros istius sacrarum copiarum vere thesauri, donec ab exteris monerentur, fuisse, animo meo persuadeam.

§. III.

Prima, quae adhuc nobis, praeter germanicam occurrit, *Gallica* metaphrasis est, (*) quam secundum auctius editam eruditissimus SEELENIVS descripsit, in eclogis lutheranis n. II. p. 366 seqq. stromatum lutheranorum quae Lubecae cIɔ Iɔ CCXL. 8. publicae luci exposita exstant, primam editionem sibi nondum visam professus. Si recte IACOBVS LE LONG tomo II. biblioth. sacrae p. 838. adnotauit, Geneuae eam anno cIɔ Iɔ LX. 4. prodiisse, fallitur, qui primam illam editionem fuisse suspicatur, diligentissimus rariorum librorum indagator AVGVSTVS GOTTHILF FREYTAG, analect. litter. de libris rarioribus, p. 548. Fieri tamen potuit, vt pro LII. facili lapsu LX. vel legeret, vel scriberet LONGIVS. Editum certe iam anno cIɔ Iɔ LII. itidemque Coloniae Allobrogum, *ἀνωνυμως* licet, hunc

(*) Recentiores certe sunt anglicae editiones annorum cIɔ Iɔ LXXV. & cIɔ Iɔ CXXXV. ven. BOERNERO praefat. tom. XI. opp. LVTHERI Lipsiae editorum memoratae, & alia ann. cIɔ Iɔ LXXX. 4. ex IOSEPHI AMES *typographical Antiquities* p. 354. laudata *in den neuen Beyträgen von A. und N. theologischen Sachen* 1751. p. 516. Quibus quartam addere licet an. cIɔ Iɔ CXLIIII. ex IO. VERNVLII catalogo scriptorum anglicorum in v. &. n. testam. vt auctior Lond. cIɔ Iɔ CLXIIX. prodiit, p. 229. & quintam, de qua, post absolutam hanc obseruatiunculam, quaedam ἐξ ἐπιμετρου adiiciendi nobis occasio fuit.

hunc LVTHERI commentarium gallice redditum, teſtari poſſumus, ipſi eius exemplum nacti, quod pl. reuerendi, dum viueret, collegae noſtri IO. HERMANNI WILLE ad aedem nicolaitanam v. d. m. quondam fuit. Eius hic rationem paucis exponere haud superuacaneum vel ideo fore iudicauimus, quod in quibusdam, quae ſtomacho fortaſſis minus placerent editoris atque interpretis, vim paſſus eſt liber, altera demum antuerpienſi editione integritati ſuae reſtitutus. Ex quo intelligas, quorſum illa ſpectent, in titulo poſterioris editionis ſcripta: *Nouuellement reueue, curieuſement corrigée, et augmentée (ſuyuant le Latin) de ce qui a eſté obmis en l' impresſion Françoiſe aupar-auant miſe en lumiere*: quibus *contractiorem* tantum priorem illam fuiſſe ſignificari cel. FABRICIVS exiſtimabat, ſimul in eo lapſus, quod primi commentarii hanc verſionem eſſe, ipſe nimirum eius vſu deſtitutus, coniiceret.

§. IIII.

Conſtat liber duplicatis quaternionibus triginta, quarum vnam titulus cum praefatione, quam vocat interpres, eique ſubiuncto indice, occupat, ſed formae oblongioris, & hodie praeſertim infrequentioris, quae altitudine ordinariam haud parum ſuperet, vix acquet latitudine. Chartae typorumque elegantia vix inferiorem hanc editionem altera dixerim

 rim

rim antuerpiensi, (cuius nobis vsum laudatus SEELENIVS beneuole concessit) nisi quod stanno nonnihil recentiori belga typographus vsus est. Inscriptionem dabimus integram:

„Declaration entiere des FONDEMENS „DE LA DOCTRINE CHRESTIENNE, „Faicte sur l' Epistre de S. Paul aux Ga-„latiens: en laquelle est contenue vne „vraye & parfaicte exposition de la iusti-„fication qui est par la foy en Iesus Christ. *„IESVS DIT, MAT. XI. Venez à moy „vous tous qui trauaillez & estes chargez, „& ie vous soulagerai. EBR. VI. Ayon fer-„me consolation, nous qui courons pour obte-„nir la iouyssance de l' esperance proposée: „laquelle nous tenons comme vne ancre seure „& ferme de noz ames.* (Proximum locum insigne typographi ancora, cui serpens circumuoluitur, occupat.) *De „l' Imprimerie de Iean Crespin M. D. LII.*"

Vix dubito, ad typographi insigne locum ex epistola ad hebraeos praemissum spectare, quem antuerpiensis tamen repetiit, omisso priore ex Matth. XI.

§. V.

Habuit interpres, idemque, nisi fallor, primus editor, cur MARTINI LVTHERI auctoris mentionem omitteret, ab altero post verbum *faicte* additam, neque ipsum se, quisquis erat, huius instituti auctorem profiteretur. Quod enim

enim viuo ſe iamiam contingere queſtus, idemque poſt fata ſua plures auſuros eſſe, LVTHERVS auguratus eſt, vt in ſuorum uſus LVTHERI libros edituri, qui ZWINGLII praeſertim partibus adhaerebant, demerent, adderent, mutarent pro lubitu, de quo diximus in append. I. Lutheri Lutherani IO. MAVRITII MOMMERS Luthero reformato oppoſiti p. 7-12-14. id ſibi quoque licere arbitratus noſter interpres, poſtquam *Sacramentariae controuerſiae* mentionem omnem hoc libro factam lectorum oculis ſubtrahere ſecum ſtatuerat, excuſatius ſe peccaturum, vt equidem coniicio, opinatus eſt, tutumque eo magis ab inuidia futurum, ſi nec ſuum, editoris, nomen profiteretur, nec LVTHERI opus eſſe, quod luci hoc nouo habitu daret, prae ſe ferret. Hinc facile quidem cuius diſciplinae alumnus fuerit, Oedipo nullo adminiculante, intelligas. Quod ſi de GVILIELMO FARELLO coniicerem, quem eodem anno, itidemque Geneuae libellum: *Sommaire et DECLARATION brieue, neceſſaire à tous Chrétiens* inſcriptum, & proxime ſubſequente anno librum *de la ſainte Cene du Seigneur et de ſon Teſtament*, edidiſſe ANCILLONIVS in vita eius p. 44. teſtatur, nimis leuem fortaſſis eam coniecturam dixeris. Neque omnino repugno. Saltem qui certiora de auctore & editore proferre poſſit in medium, rem gratam & mihi fecerit & rei litterariae ſtudioſis omnibus, poſtea quam in eo indagando fruſtra ſe operam poſuiſſe,

idoneus huic rei, si quis alius, cel. SEELENIVS etiam professus est.

§. VI.

Praeter nomen LVTHERI omissa quoque in vtraque huius metaphraseos editione *praefatio* auctoris est vtraque, quam quartus operum tomus ienensis latinus exhibet, cum subiunctis priori quinquaginta praeconiis, (vt vocat LVTHERVS) & virtutibus iustitiae propriae ex operibus quaesitae, auctore apostolo PAVLLO ad Galatas, quae in germanicis ad calcem totius commentarii reiecta leguntur. Ne praefationem tamen lector desideraret, *argumento* epistolae, quod D. LVTHERVS commentationibus suis praemisit, hic gallice verso inscriptum est: *Preface contenante l'argument sur l'Epistre sainct Paul aux Galatiens.* Quod idem imitatus antuerpiensis editor est, particula *de*, quam ante voces *sainct Paul* fortassis desideres, vtrobique omissa. Ceterum ex latino, quo primum scriptus liber est, factam interpretationem esse, error docet, qui dormitanti interpreti p. 185. adrepserat, vbi ista LVTHERI: *alioqui lex perpetuo manet INFECTA*, sic reddita sunt: *autrement la Loy demeure tousiours EMPOISONNÉE*: sed correctus ad calcem libri, vbi *tousiours sans estre faicte* legi editor iubet, vt est in altera editione, p. 186.

§. VII.

Restat, vt eorum, quae violentas interpretis

pretis manus experta esse diximus, ne temere quid dixisse videamur, exempla quaedam, exstantiora saltem illa, proferamus: quae correcta & integritati suae restituta, paucissimis exceptis, in altera editione argumento sunt, vere de suo codice scripsisse SEELENIVM p. 367. *Documentum ille est fidei lutheranae apud antuerpienses olim etiam agnitae atque adsertae*, cet. Itaque in argumento epistolae, (praefationem interpres vocat) p. 6. omissam obseruamus sectionem integram: *Hoc videmus hodie in fanaticis spiritibus — Mahometistae, papistae, anabaptistae etc.* Inserta illa postliminio ab editore antuerpiensi p. 5. *Cela voyons nous auiourd'huy etc.* In ipso commentario ad Gal, III, 5. p. 162. vbi LVTHERVS; *Num vicistis tyrannidem papae, et libertatem in Christo adepti estis PER FANATICOS SPIRITVS* cet. f. 71. b. non tantum *anabaptistarum* mentionem de suo inseruit interpres, vertens: *a ce esté par les Anabaptistes, ou autres esprits esuentez*, quod alter etiam editor, p. 161. expressit, (generaliori fortassis anabaptistarum notione plures, quam vellet primus interpres, complexus, vt qui alibi quoque v. g. p. 60. & 212. ipsum imitatus pro *haereticis* & *fanaticis* anabaptistas reddiderit) sed & paullo post illa f. 72. *negatione corporalis praesentiae Christi in coena, profanatione baptismi, destructione imaginum, et abrogatione omnium caerimoniarum semel euertere papatum* lectori subtraxit, restituta posteriori editione,

 perin-

perinde, vt illa subsequentis paragraphi: *per abrogationem caerimoniarum, destructionem imaginum, et impugnationem sacramentorum*, vbi postrema duo vocabula *debat des Sacramentaires*, operarum sine dubio errore, in antuerpiensi reddita sunt. Quae eadem subsequentes septem sectiones integras, vsque ad verba sexti commatis, a priori editore suppressas p. 161-164. e fontibus suis repetiit. Rursus p. 211. ante verba quarti decimi commatis paragraphum istam: *Haec sunt illa adoranda mysteria* cet. f. 94. a. nescio quo consilio, neglectam posteriores lutherani editoris curae exhibent p. 214 & p. 216. ista ad comm. XV. f. 95. *Hinc etiam CICERO — propter Deum*, quae desiderantur p. 214. primae editionis. Et quae de sacramentariae controuersiae momento LVTHERVS ad V. 10. scripsit f. 159. a. b. §. *Simili modo nos hodie*, vsque ad illa subsequentis paragraphi: *Quare, vt saepe soleo*, quae frustra quaesiueris p. 376. geneuensis exempli, restituta pag. 374 antuerpiensis. Illa denique f. 181. a. *Quare non negamus veniam sacramentariis* vsque ad ista apostoli: *Considerans te ipsum*, VI, 1. non placuerunt interpreti p. 430. quae futuro editori sarcienda reliquit, p. 427. praeterita quidem etiam in germanica metaphrasi tom. XI. Lips. p. 385. a.

§. IIX.

Mitto leuiora nonnulla, & fere neglecta in recentiori etiam editione, cuiusmodi sunt omissa

omissa illa: *Id est filiationem diuinam* p. 274. pr. 277. poster. *estque haec pulcra tapinosis* p. 299. pr. 301. post. *vt canis aesopicus*, p. 300. pr. 302. post. & quod pro *Encratitae* interpres *aucuns* posuit, p. 442. pr. 438. poster. & praetermissam priori editione p. 65. sed posteriori p 64 restitutam paragraphum *Ecliptica est oratio*, cet. f. 32. a. b. aliaque nonnulla f. 129. b. §. *Et qui*, p. 299. pr. 300. poster. Nec tacendus tamen locus ad IV. 17. f. 136. fere ineunte, vbi: *sic bodie cogimur*, LVTHERVS inquit, *audire a sacramentariis, nos nostra pertinacia scindere caritatem* rel. Qui sacramentariorum nomine abstinendum esse duxit, interpres, non male quidem irenicorum ex ea familia indolem depictam dedit, vertens: *Ainsi sommes nous contraints auiourd'huy d'ouyr ces propos de ceux, qui par leur prudence charnele veulent appaiser les discords: à sauoir, que par nostre obstination nous rompons la charité etc.* p. 315. At pressius tamen, vt decebat interpretem, auctoris vestigiis alter editor institit, p 316. Qui vicissim in his LVTHERI ad V. 9. f. 158. a. § *Modicum* scriptis: *Nam sacramentarii, qui negant corporalem praesentiam Christi in coena, obiiciunt cet.* veterem interpretem sequutus est, vertentem: *Car ceux qui ont different avec nous, touchant la Cene de Christ nous obiectent* &c. p. 371. poster. 373. prior. ed. Atque haec quidem posteriora sunt eius modi, vt quos tandem lectorem in sacrosanctae

coenae

coenae negotio ab auctore dissentientes cogitatione animoque comprehendere interpres voluerit, difficulter admodum coniecturus sis: nisi omnino BVCERVM aliquem, aut alium inter vtramque partem medium tibi concipere interpretem velis, quem tamen de dissimulandis potius huiusmodi sectionibus integris cogitaturum fuisse, postquam tot locis aliis id ausus fuerat, verisimile est.

§. IX.

Finem dicendi faciam, postquam addidero, omissorum etiam paullo maioris momenti, non restitutorum a postero editore geminum mihi exemplum occurrisse. Sic in vtraque editione, p. 208 pr. 210. poster. sectionem integram in explanatione verborum apostoli c. III, 13. illam desiderabis: *Ideo peccata non sunt - non imputantur.* f. 92. b. & quae de psalmorum locis, Christum habere peccata (imputata nimirum) testantibus f. 90. a. LVTHERVS scripserat, omissa ab interprete, cum CALVINO fortassis sensum illorum oraculorum litteralem de Christo non agnoscente, p. 208. nec tamen restituta posterioribus curis antuerpiensibus, p. 205. Quod facile quidem nec opinanti accidere potuisse cetera satis fido praestantissimi operis instauratori concesseris, multumque ab liberioris eiusmodi interpretis ratione, qualem genuensem illum, quisquis demum fuerit,

ad-

adhuc indicio non vno experti ſumus, diuerſum.

MANTISSA.

§. X.

Poſtquam haec ſcripſeram, in manus meas, amici & collegae ſuauiſſimi beneuolentia, incidit *anglicae* verſionis eiusdem b. LVTHERI commentarii exemplum, anno cIↄ Iↄ LXXVII. Londini in 4. editae. Praefixam quum habeat EDWINI londinenſium epiſcopi adprobationem & commendationem XXIIX. Apr. anno cIↄ Iↄ LXXV. ſcriptam, repetita tantum ex priori eiusdem anni ſupra ad § III. commemorata editio eſſe videtur. Interpretis atque editoris ſi nomen requiras, fruſtra feceris, ſiquidem quorumdam in hanc rem operas collatas fuiſſe, qui ignorari ſua nomina voluerint, idem EDWINVS teſtatur. Inſcriptio ſic habet:

„A Commentarie of *M. Doctor Martin*
„*Luther* upon the Epiſtle of S. Paul to
„the Galathians, firſt collected and ga-
„thered word by word out of his prea-
„ching, & now out of Latine faithfully
„translatedet into Engliſh for the unle-
„arned. *Wherein is ſet foorth moſt ex-*
cellen-

„*cellently the glorious riches of Gods grace and*
„*power of the Gospell, with the difference*
„*betwene the lawe and the Gospell, and*
„*strength of fayth declared: to the ioyfull*
„*comfort and confirmation of all true Chri-*
„*stian beleuers, especially such as inwardly*
„*being afflicted and greeued in conscience, doe*
„*hunger and thirst for iustification in Christ*
„*Iesu. For whose cause most chiefely this*
„*booke is translated and printed, and dedica-*
„*ted to the same.* With a table in the
„end of all thinges here neceffary to be
„Knowne. *My power is made perfect*
„*through weakenes.* 2 Cor. 12. 9. Dili-
„gently reuifed, corrected, and newly
„imprinted againe by Thomas Vautroul-
„lier dwelling within the Blacke friers
„by Ludgate. Cum priuilegio. 1577."

Conftat foliis 296. praeter praefationem editorum & interpretum, quae cum rubro & adprobatione epifcopi quaternionem vnam cum dimidia implet. Indicem vero, in fronte libri, vt vidimus, promiffum, in hoc exemplo defidero, neque eius omiffi in calce totius libri indicium aliquod adparet.

§. X.

Quiqui fuerint interpretes, & de ipfo LVTHERO praefatione praemiffa admodum ho-

honorifice sententiam professi sunt, & de hoc etiam commentario multa lectu digna, quibus eum commendarent lectoribus, dixerunt. Et quamquam de omittendis, quae ad Zwinglianos & ad sacramentariam controuersiam pertinerent, idem ipsis cum primo interprete gallo consilium fuit, tamen probitatis atque ingenuitatis magis illo memores se ostenderunt, dum nec celare suum a LVTHERO de sacrosancta coena dissensum lectores voluerunt, & quaedam, quae eo pertinerent, ne simplicioribus (vt ipsi quidem opinabantur) offensioni essent, a se omissa extersaque esse, eadem praefatione sua prae se tulerunt. Habes praeterea in hac versione & vtramque LVTHERI praefationem, & post primam quinquaginta illa iustitiae propriae praeconia in vtraque editione gallica omissa (v. supra § VI) Ac ne factam fortassis ex gallica priore anglicam metaphrasin fuisse suspiceris, lubet hic nonnulla subiicere, in quibus eam vel cum illa consentientem, vel diuersam ab eadem obseruauimus.

§. XII.

In argumento epistolae illa: *Hoc videmus hodie* cet. cum geneuensi anglus omittit, f. 8. a. & in commentario ad cap. III. 5. f. 108. b. *anabaptistas* vt alibi, pro fanaticis aut sacramen-

mentariis substituit, moxque f. 109. a. vtrumque locum de *negatione praesentiae corporalis, caerimoniarum abolitione, destructione imaginum cet.* lectori itidem subtrahit, margini haec adpingens: *The Anabaptists the authors of tumults and seditions, hindred much the course of the Gospel.* Ibidem proximam quidem paragraphum, vsque ad illa: *Ideo tale quiddam* cet. reddidit, (in margine iterum ponens: *The Anabaptists enemies to the Article of iustification.*) sed quae inde sequuntur vsque ad verba sexti commatis, legi in sua metaphrasi noluit. f. 142. b. paragraphum a primo interprete gallo p. 211. vt videtur, neglectam, noster exhibet. f. 144. b. ad v. 15. pauca illa omittit: *Hinc etiam Cicero de Homero ait, Humana transferens ad deos, diuina mallem ad nos.* Reliqua dedit, hic a geneuensi metaphrasta omissa. f. 248. a. iterum eadem omnia subtraxit lectoribus, quae gallus p. 376. subtraxerat, & f. 280. a. quae ille p. 430. (Conf. supra §. VII.)

§. XIII.

Liberiorem Gallus interpretem egerat in quibusdam LVTHERI ad cap. IV, 17. scriptis, quod §. IIX. monuimus. Noster f. 211. a. illa prorsus expungenda duxit, vsque ad ista §. seq. *Est autem zelus cet.* vbi sic incipit anglus:

anglus: *Here note, that zele or ielusie properly signifieth an angrie love.* F. 246. b. illa LVTHERI ad V. 9. scripta: *Nam sacramentarii* cet. in pauca contraxit, ne, quos vellet LVTHERVS, parum cauti lectores animaduerterent, hoc modo: *For our adversaries in like manner obiect against us, that we are contentious, obstinate, and intractable, in defending our doctrine, and even in matters of no great importance. Buth these are the craftie fetches of the Devill, whereby he goeth about utterly to overthrowe our doctrine. To this we answere therefore with Paule, that a litle lewen maketh sower the whole lumpe.* Memor eorum, quae hoc loco a LVTHERO scripta fuerant, interpres esse debebat, quum in praefatione sua nimium illam de sacrosancti epuli mysterio controuersiam extenuaret.

§. XIV.

Si loca, quorum §. IX. mentionem fecimus, requiras, desiderantur hic ad cap. III. 13. f. 141. sectiones integrae LVTHERI: *Sicut autem Christus cet.* & *Apprehenditur autem Christus* cet. f. 92. b. 93. a. habetur autem ibidem f. 140. b. illa, quam in gallica editione vtraque omissam obseruaui-

 mus:

mus: *Ideo peccata non ſunt* cet. Denique f. 136. b. locum ex Pſ. XL. anglica interpretatio ſuppeditat, ſed omiſſis, quae ex XLI. & LXIX. LVTHERVS addiderat, ſic pergit, f. 131. in. *In this Pſalme and certain others the holy Goſt ſpeaketh in the perſon of Chriſt* &c.



II.

II.

DANVS INTERPRES

cum

fontibus ſacris & verſione Theandri LVTHERI collatus

ſiue

OBSERVATIONES SELECTAE

Philologico - Criticae & Exegeticae

ad

Librum GENESEOS,

quibus

VTILITAS atque PRAESTANTIA Linguae verſioniſque S. Bibliorum Danicae, collatâ cum vernacula verſione Danicâ & fontibus, demonſtratur.

PARTICVLA PRIMA.

Autore

OTTONE LVDOVICO Königsmann,

A. M. ſanctior. Senat. Potentiſſ. Dan. Reg. Adſeſſ. Eccleſ. Suderauienſis in Stormar. Paſt. & Societat. Latin. Ienenſ. Collega honorar.

DANVM vt scripturae sacrae interpretem dextrum & fidelem sistamus, ansam nobis dedisse fatemur S. R. CHRIST. AND. TEVBERVM, Dedelebii in princip. Halberstad. Antistitem, & S. R. M. Boruss. a Consiliis ecclesiast., cuius 1731. & 1733. prodiit Lipsiae *Tractatus* duplex *Philologico Exegeticus de vtilitate linguae Anglicanae in explicatione S. Scripturae, ex pericopis euangelicis*, deinde & *epistolicis vernaculae versionis cum anglicana & fontibus collatis, demonstrata.* Quae S. Reuerendus Autor de *anglicana versione* demonstrare sategit, eadem & nos de *Danica versione* praedicari posse, in certis habemus. Methodum, vt hoc demus euictum, Teuberianum secuti primo quidem loco *versionem vernaculam* exhibemus, & *Danicam* huic, germanice enunciatam, subjungimus, quas excipit *textus originalis*, addita denique *nostra epicrisi.* Laborem nostrum παρεργον limatissimo iudicio eruditorum huius *bibliothecae* & autorum & lectorum subiicimus, in eo, si ita e re philologiae sacrae visum fuerit viris doctis, annuente Deo, propediem perrecturi.

Gen. I. 2.

Auf der Tieffe. Auf dem Wasser.

Oven over Afgrunden. Oven over Vandene.

Oben über dem Abgrund. Oben über die Wasser.

על פני תהום על פני המים. Praeterquam quod על hoc loco rectius per *supra*

über,

über, quam per *in*, auf, vertatur, quo posteriori sensu ב saepissime venit, minime etiam otiosum putandum erit in hoc loquendi genere vocabulum פנים cum על per oben über, in translatione Danica rectissime pronunciatum, sint licet interpretes, quibus videtur contrarium. *C. NOLDIVS concord. part. p.* 583. *edit. Tymp. I. A. DANZIVS Int. Ebr. Ch. C. I. §.* 29. 5. *S. GLASSIVS Philol. S. Lib. III. Tr. I. p. m.* 670. qui posterior tamen modestius sentit, pleonasmum τὸ פנים, quem vocat, non Hebraismo ipsi, sed linguae adscribens, in quam fit Hebraei idiomatis translatio. Verum nec hoc, nec minus illud concedendum erit. פנים enim notat *partes corporis conspicuas primo conspectui sese obuertentes*, vid. *V. Cl. SIMONIS arcan. form. p.* 48. & hae in accurata translatione non exprimi non possunt, & debent. Legatur *R. S. B. MELECH* in מ״י ad Ezech. II. 10. Expressum hoc פנים habent ONKELOSI Thargum, nec non versiones *Belgica* in margine: *Op het angesicht des affgronds* & *Anglicana* vbiuis, vt h. l. *upon the face op the deep. Vpon the face of the water.* Eandem etiam exhibet emphasin sermonis Hebraei codex rarissimus & antiquissimus MSt. duplex germanico idiomate conscriptus & in bibliotheca Caesarea Vindobonensi asseruatus, teste *D. IO. FRID. MAYERO in Hist. Vers. Germ. Bibl. D. M. LVTHERI p.* 162. *ss.* Prior sub finem seculi XIV. conscriptus sacra verba ita sistit

 verna-

vernacule: *Im anegenge schaffte GOtt Himmel und Erde: Die Erde war aber unnütz und lere, und Vinsternüße waren auf der gestalt der Abgrund.* Posterior codex anno MCCCCLXIII. exaratus autore quodam *Matthia Erbeler* textum sacrum h. m. exhibet: *In dem Angange schuff GOtt Himmel und Erden, aber das Erdrich was ytel und lere, und Vinsterniß was ob dem Antlitz des Abgrundes.* Nec sine omni fundamento inde colligitur, in prima terrae atque indigesta mole aquas superiorem locum, seu superficiem terrae occupauisse, eamque operuisse penitus. (*) Vocabulum מים in multitudinis numero efferens versio Danica eos sequitur, qui ab Aethiopico inusitato מַי

(*) *IO. RAINS in meditationibus physico-theologicis de ortu, mutationibus & interitu mundi ex versione TH. ARNOLDI C. III. p. 12. 13.* Man mag gar vernünftig schließen, inquit, daß das Wasser anfangs zuoberst gestanden, und die Erde bedecket habe, und dies scheinet mir aus den Zeugnissen der Schrift gar deutlich zu erhellen; denn in der Historie der Schöpfung Gen. I. 2. wird erzehlet, daß der Geist GOttes auf dem Antlitz der Wasser geschwebet, dadurch anzudeuten, daß das Wasser zuoberst gestanden. Conf. v. 9. huj. Cap. & add CLERICVS *in paraphrasi* h. v. Vt a terra ordiar, cum incolis careret, quippe quae vniuersa marinis aquis contecta erat, tenebris tantum & spiritu Dei incumbentibus. cet. OVID. *Lib. I. Metam Fab. I.*

Quaque erat & tellus, illic & pontus & aer,
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda.

שַ formant aut dualem (*) aut (**) pluralem מַיִם. Non vero diffitemur, magnam veritatis speciem eorum prae se ferre sententiam, qui מים ad singularia referunt, quibuscum fecit in versione LVTHERVS, & quorum argumenta, digna sane, quae pensitentur, excitatâ autoritate insignis Philologi, IAC. ALTINGII recenset vir Hebraice doctissimus *IO. SIMON l. c. p. 341. not.* (1) *itemque p. 441. Mantiss. ad p. 341.* (***)

 Cap.

(*) *Vid. Cel. TYMPII Capita V. Genes. analytice euoluta in mantiss. p. 95. M. IOANN. FRID. HIRTII Biblia Ebraea Analytica ad h. l. IOH. IAC. SCHVDTII Trifolium Hebr. Philol. p. 375. s.*

(**) In qua cum KIMCHIO aliisque est sententia LVDOVICVS DE DIEV.

(***) Verba & rationes, quibus hanc ornat sententiam Vir doctus, cui etiam subscripsit GEO. VENZKY *in diss. inaugurali de Schammajim.* 1749. hic legantur: „Cum ALTINGIO in Gram. „Ebr. § 77. מים ad singularia referimus, quia „1) cum verbo sing. construi solet vt Gen. 9, „15. Lev. 11, 38. Num. 19, 20. & Cap. 24, 7. 2) „Ratio dualitatis reddi nequit, quod nonnullos, „vt HIERONYMVM, KIMCHIVM, HOTTIN-„GERVM, LVD. de DIEV, BOHEMVM, LOE-„SCHERVM, HEESERVM permouit ad statu-„endum, מים esse plurale, contra quos vid. „*PFEIFFERVS* in *Introd.* in Orient. Diss. „V. qu. 20. Vulgo quidem volunt, dualem „respicere duplicem aquam, de qua Gen. 1, 7. sed.

„sed מַיִם de aqua ante illam separationem
„v. 2. & de quauis alia aqua dicitur. 3) For-
„matur inde pluralis מֵימִים, quod fieri non
„posset si מַיִם duale esset. 4) Si מַיִם esset
„a singulari מַי, vt vulgo putant, in Duali di-
„cendum foret, non מַיִם sed מָיִים (ad For-
„mam שָׁרַיִם) vel potius cum Dages F. מַּיִּים
„Sed obiiciunt, מַיִם in statu constructo dici
„מֵי. Respondetur: illud מֵי est vel ab abso-
„luto inusitato מֵי, apud Aethiopes superstite,
„vel tribuendum vsui vulgi, regulas Gram-
„maticas non semper curantis, cui se scripto-
„res sacri accommodarunt. Nugae vero sunt,
„quae asserit *MEIBOMIVS in Interpret. Nov.*
„*Specim. I. p.* 27. מֵי esse pro מֵימֵי per ab-
„breuiationem a Librariis adscribendi celeri-
„tatem aut parcendae membranae causa in S. Co-
„dicem inuectam.

Cap. I. v. 9.

An sondere Oerter.

Til een Sted.

(Zu) An einen Ort.

אל מקום אחד. Tertii diei θαυμα-τȣργημα, *aquarum*, quae infra firmamentum erant, *in unum locum* omnipotenti Dei imperio factam *collectionem*, MOSES enarrat, quam quidem B. noster LVTHERVS ad sensum in plurali numero exprimere, quam linquere in dubio pium lectorem maluit, an vnum ma-

re,

re, an vero plura creata fuerint, (*) licet maria quaeuis, quae vndequaque terram cingunt, diuersis quidem nominibus veniant, re vera autem ita cohaereant, vt vnum constituant, idemque mare. Iudicent eruditi, anne, si vocabulum אחד vertatur *primus*, omnis h. l. exularet ambiguitas? *Colligantur aquae in locum primum.* Eo nimirum ipso momento, quo ita iubebat supremus Creator, & maria, & flumina, & fontes, & quicquid aquae nomine venit, *primum* suum occupauere locum. Si nobis obiiciatur: in textu, si ita seres haberet, positum ראשון fuisse, respondemus cum *SIXT. AMAMA* in *Antibarb. bibl.* p. 175. *Nihil in sancta lingua esse tritius, quam cardinale* אחד *poni pro ordinali* ראשון Imo in hoc ipso capite v. 5. אחד significatum τȣ ראשון suscipit, recteque a Teutonico Interprete אחד יום translatum est, *der erste Tag.* Quidni & אל מקום אחד verteretur:

(*) Verba ipsius LVTHERI in Comm. ad h. l. e versione BAS. FABRI ita habent: „daß der lateinische Text saget: in locum vnum collectiue, „an einen Ohrt, ist vielmehr von vielen Oertern, „darinn sich die Wasser theilen sollen, zu verstehen, als wolltest du sagen, in mancherley „Oerter besonders, als daß nicht die gantze „Kraft des Wassers in das Meer an einen „Ohrt sich versamle, sondern daß viele Arme „und Flüsse seyn, der eine oben, der andere „unten, u. s. w.

teretur: *an ihren ersten Ohrt?* Vid. quae ad h. l. *B. MELECH ex R. Aben Esra, et R. BECHAI HADDAIAN lib. de debito, in ea parte, quae agit de vnitate Dei Cap. VIII. p.* 16. *Col.* 2. bene obseruat.

Cap. I. v. 20.

Und mit Gevögel (rege sich das Meer),

das auf Erden fliege.

Og Fugle skal flyve over Iorden.

Und Vögel sollen über die Erde fliegen.

ועוף יעופף על הארץ. Secundum vernaculam aues cum piscibus ex aqua productae videntur, cum tamen secundum hebraeam veritatem pisces tantummodo inde originem trahant, de auibus vero expressis dicatur, Cap. II. v. 19. quod *ex humo terrae* desumtae fuerint, sicuti reliqua animantia terrae atque bestiae omnes. Nec dum solide hoc argumentum euertere potuerunt, qui contra literam textus sibi probandum sumunt, aues ex aqua fuisse creatas, quorum quidem sententiam exponit, alboque notat calculo *B. STARCKIVS in Syn. bibl. Exeg.* ad. h. l. Conf. *S. Reu. REINBECKII. Meditat. in Aug: Conf. artic. de Creat.* Taceo, accentuum seriem vernaculae

naculae, quae sine dubio vulgatam; a Pontificiis nequicquam h. l. defensam, secuta est, obstare. Conf. *H. B. STARCKII Not. in h. l. et SIXT. AM. Antibarb. Bibl. p.* 184.

v. eod.

Unter der Veste des Himmels.

Imod Himlens udstrakte (Bevestnings) Overdeel.

Gegen das ausgedehnte Obertheil (der Bevestigung) des Himmels.

על פני רקיע השמים. IVN. bene: *Superficiem versus expansi coelorum.* Praeterquam enim quod על פני non *subter*, verum *ante, versus* superficiem *gegen das Obertheil* (vid. notata ad l. 2.) vertendum sit, (vid. Gen. XIV. 6. XVI. 7. Exod. XIV. 9. Ps. XXIV. 2. &c.) vocabulum רקיע non firmamenti notione tantum venit, nedum ea exhauritur, quemadmodum vulgata, Graecum *στερεωμα* sequuta illud transtulit, verum *expansi* quid indigitat, quicquid etiam CLERICVS obloquatur.

quatur. (*) Feliciſſimus linguarum ſ. indagator, aetatisque ſuae ac Argentinenſis academiae decus quondam eximium, *PAVLVS FAGIVS in ſuccinctis*, quas vocat, *annotationibus ad Paraphraſin Chaldaicam ONKELOSI Argentor.* 1546 editis, *Vox Ebraea & Chaldaica*, inquit, רקיע *non proprie firmamentum, vt fere noſtri interpretes vertunt, ſignificat, ſed magis expanſionem, ſiue extenſionem.* רקה *enim Ebraeis expandere, extendere, diducere ſignificat, vel vt aulaea, cortinae, & tentoria diducuntur, vel vt lamina malleo extenuatur, & diducitur, hinc coeli a nimia illa expanſione, qua ſuper vniuerſam terram porrecti ſunt,* רקיע *vocantur.* Idem *ANDR. SENNERTVS*, Prof. Wittebergenſis ſtatuit *in Exercit. de aquis ſupra coeleſtibus, quae in Heptade Exercit. Critico-Philologicarum Wittebergae* 1675. quartum occupat locum. *Radix*, inquit, *vel thema aut primitiuum ipſum* רקע *quod originaliter & in formali ſuo ſignificat, expandit, diſtendit aliquid, diduxit in longum & latum applicatur perplurimis aliis rebus, laminae ſiue bracteis Num. XVI. 38. & in ſpecie auri Exod. XXXIX. 3. Eſa. XL. 19. it. argenti Ier. X, 9. Nubibus in aere.* *Vid.*

(*) Quem multo ſtudio cauſam τȣ ςερεωμα ſuſcipientem legas *in Comment. ad h. l.*

(**) §. 57. Das Wort Rakia heißet bey den Ebräern etwas, das da aus einander geſpannet, und ausgebreitet iſt, und kommt her vom Wort Rakah, das da heißet: Ausbreiten und aus

Vid. Iob. XXXVII, 18. & confer omnino mox Deut. XXXIII, 26. Ps. XIX. 12. Ps. LXXXIX. 35. quinimo adhuc, quod mireris, terris Ps. CXXXVI. 6 (ita & Chald. ibid.) Esa. XLII. 5. Cap. XLIV 24. adde pedibus hominis Ezech. VI. 11. XXV. 6. Idem & confitentur Theologi Ienenses *in der ausführlichen Erklärung loc. V. p. 980. teste B. BVDDEO H. E. V. T. p. 57.* qui vero cum *CLERICO* aliisque, qui Graecum *στερεωμα* defendunt, notionem hanc *expansionis* migrare maluit. Nec ipse LVTHERVS, quamuis cum hisce faciat in versione, in expositione GENESEOS ab illis dissentire, atque *τω* רקה *primam* suam formalemque vindicare notionem dubitauit. (**) *Primam* inquam, si enim secundarias ex illa elici posse notiones *firmandi, comprimendi* quis putabit, sua is sententia abundet. Qui vero *premendi* significationem primariam statuet, vtpote ex qua altera illa *extendendi* seu *dilatandi* per consequens postmodum fluxerit, *cum NIC. FVLLERO* (***) omnino is a vero non hilum tantum, quod asserit *FVLLERVS*, sed in totum aberrabit. Conf. Ezech. I. 22. v. 26.

aus einander wickeln. it. §. 63. Ferner habe ich gesaget, daß dies Wort, Veste oder Firmament bey den Ebräern den Namen hat vom ausbreiten. Wer sich denn auf dies Wort Firmament des Gleichniß von Häuten oder Gezelten, so Ps. 104, 2. stehet: Du breitest aus den Himmel, wie einen Teppich.

(***) *in Miscellan. Theol. Lib. I. Cap. VI.*

v. 26.

Lasset uns Menschen machen ein Bild, das uns gleich sey.

Lader os giore & menniske i vort billede, efter vor lignelse.

Lasset uns einen Menschen machen in (zu) unserm Bilde nach unserer Gleichheit.

נעשה אדם בצלמנו כדמותנו. Cum in vnitatis numero אדם pronunciatur, verititurque Danice, non ad personam primi parentis, sed totam speciem respectum esse, bene obseruat ZEIBICHIVS (*) quod quidem nomen *ad sensum* non male in plurali vertit LVTHERVS noster, vti vel ex insequenti וירדו, *dominentur*, apparet, quippe quod, sensu collectiuo singularem loco pluralis positum esse, docet. Quae vero addit vernacula, *ein Bild, das uns gleich sey*, sane cum fontibus haec non concordant. Non enim צלם כדמותנו *imaginem secundum similitudinem nostram* sed בצלמנו כדמותנו *in imagine nostra secundum similitudinem nostram* fontes loquuntur, adeoque negligitur in vernacula & ב & suffixum נו. Quid vero sibi vult haecce vocum, quae idem

idem significare videntur, congeries? An nihil istae, an vero aliquid emphaseos prae se ferunt? Prius CLERICVS lectorem suum docet, imo cauillari non erubescit, *nullam nos hodie emphasin, si eam etiam intendisset scriptor sacer, hic rescire certo posse, cum lingua Hebraica adeo sit repetitionibus plena.* Sane si ex cerebello CLERICI, & eorum, qui cum eo faciunt, diiudicare textum sacrum vellemus, *repetitionibus* eum scatere, id est, verbis inanibus, futilibusque, cum CLERICO cauillandum nobis esset. Apage vero impium atque detestandum facinus! Repetit sacer Codex, sed non repetit *sine ratione. Ratio* vero repetitionis inuestiganda erit a pio interprete, & explicanda. Nec frustra in eiusmodi investigatione atque repetitionum textus sacri scrutinio, *si mens non laeua fuerit*, adhibeanturque preces seriae, operam impendi, tot cordatorum interpretum testimonia vno omnia ore loquuntur. *Emphasin* omnino prae se fert *το* בצלמנו כדמותנו, atque per figuram, quam *Hendiadyn* nuncupant scholae, *imaginem* indigitat *Deo simillimam.* Duo substantiua quando haec lingua coniungit, praesertim cognatae significationis, alterum vim adiectiui exprimit. Quicquid etiam contra hunc linguae idiotismum eblateret CLERICVS, ipse illum non agnoscere aliis in locis & notare non potuit. Gen, III, 16.

16. ad verba: *dolorem et conceptum tuum*, expressis verbis scribit: *Videtur esse* ἓν διὰ δυοῖν, *cum dicere velit Moses, dolorem conceptus tui*; idem ad Cap. IV, 4. palam confitetur, adeoque sibi ipse dicam scribit. Non enim *nihil* haec repetitio, sed omnino *aliquid*, & quidem cum singulari coniunctum emphasi & elegantia inuoluit. Quod de mendaci fert prouerbium, eadem & mordaci atque feroci obtrectatori scripta lex est: *Oportet esse memorem*. Particulae כ τῷ דמותׄ praemissae cum ב τῷ צלם praefixo vnam eandemque vim inesse recte eruditissimus de DIEV obseruat. (**) Quemadmodum itaque B. LVTHERVS comma 27. bene in vernacula exhibet: *GOtt schuff den Menschen* בצלמו *ihm zum Bilde*, vel *zu seinem Bilde*, ita & h. l. vertendum fuisset: *Lasset uns den, (vel. die,) Menschen machen zu (in) unserm Bilde, nach unserer Aehnlichkeit i. e. ad* sensum: *Lasset uns den Menschen nach unserm Bilde machen, (so,) wie es am ähnlichsten geschehen kann.*

(*) *In Bibliis exegeticis ad h. l. Conf.* CLERICVS *ib.*

(**) *In Animaduers. ad. h. l. Vid.* SIXT. AMAMA *c. l. p. 180. 181.*



III.

III.

IOH. HERMANNI BECKER
Theol. D. & Past. Mar.

DE

GLORIA APPARITIONIS FILII DEI IN V. T.

vtrum audiat

μορφη θεου

Philipp. II. v. 6.

breuis disquisitio.

---

§. I.

Hypothesis, quod μορφη θεου Philipp. II, 6. maiestaticam Christi, visui humano sese reuelandi rationem, personae λογου ante incarnationem, temporibus V. T. solemnem designet, quam *DANIEL WHITBY* excudit in *commentariis et paraphrasi N. T.* *IOHANNES DAVID MICHAELIS* allegauit & suam fecit in *Paraphrasi* und Anmerckungen über den Brief an die Philipper, *LAVRENTIVS HAGEMANNVS* rei octam proposuit in

 dem

dem herrlichen Evangelio des seeligen Gottes P. I. p. 162. adeo S. R. Domino *E. L. RATHLEF Superintendenti Nienburgensi meritissimo* sese commendauit, vt, quam propria meditatione prosequeretur, & rationibus muniret, dignam eandem iudicauerit, im Bremisch und Verdischen Heb-Opfer Vol. II. p. 579 seq. Causam cum WHITBY & HAGEMANNO facere communem videri non vult s. r. Auctor. Hinc a disputatione ab I. H. TRINIO contra HAGEMANNVM instituta in den fortgesetzten Sammlungen von alten und neuen 1750 p. 567 abstinere se professus, filum propriarum meditationum solummodo prosecutus, approbare eandem & docere non dubitauit. Praeuia hac declaratione intelligimus, quod argumentorum pondere victus s. r. Auctor, in has partes concedat, ab omni auctoritatis praeiudicio remotus. Sunt mihi contra hanc hypothesin, & probationes a clarissimo Auctore adlatas dubia, eaque grauiora, quae, pace viri clarissimi, cum ipso, qua par est modestia, communicabo. Iisdem, quibus vir s. rev. causis motus, ab omnibus Theologorum in hunc locum institutis commentationibus & disputationibus abstineo, lectorem ad fontes eosdem remittens, quos indicauit ille, vt ex iis notitia scriptorum in hoc argumento colligatur, quibus addo *B. LILIENTHALII Archiuarium Theologico Homileticum* p. 248, &

Bi-

Biblicum, ad l. c. Sunt enim haec S. R. Auctori notiora, quam vt repetere eadem opus sit. In rebus autem Theologico dogmaticis non auctoritate, sed argumentis pugnare fas est. Imo haud parum operae impendendum esset, si conciliare inuicem, & conferre diuersas Theologorum loci huius Paulini explicationes vellemus. Nil quidquam agam, nisi vt argumenta Viri doctissimi examinem, persuasus, quod potiori iure solitae in ecclesia Lutherana explicationi, quam huic nouae hypothesi subscribatur.

§. II.

Non parum gauisus sum, fateor, ex §. 10 p. 592 meditationis Rathlefianae perspiciens, quod Vir doctissimus ecclesiae nostrae illustre hoc de exinanitione Christi testimonium eripere se nolle protestetur; doleo vero, quod, posita hac explicatione, protestatio sit facto contraria. Me enim iudice, si non alia in re κενωσις Christi a PAVLO hoc loco adstructa, consistit, quam quod maiestatica apparitione sese abdicauerit Christus, non adeo magni momenti rem esse exinanitionem dixerim. Sed vero hypothesin ipsam non minus exinanitionem, quam exaltationem tollere audacter pronuncio. Datam Christo homini omnem ἐξȣσιαν in coe-

lis et in terra, diuina ἀυχηματα, humanae naturae communicata, & veram realemque humanae naturae βελτιωσιν concipere mihi nullatenus possum, si alia non re, quam maiestatica apparitione, se abdicauit Christus. Exinanitionis enim status exaltationis statum, ut hic illum explicat. Quod exinanitione deposuit Christus, hoc exaltatione ad vsus incessantes iterum accepit, & in quo exaltatus est, in eodem fuit antea exinanitus. Quod si igitur, Paulo teste, aliud non, quam maiestaticam oculis hominum sese monstrandi rationem deposuit, reassumta apparitionis maiestas totum negotium exaltationis absoluet. Sed de longe aliis loquitur Paulus citato loco, nimirum de dignitate & gloria suprema; de dominio supremo, de cultu adorationis, de omnipotentiae, omnipraesentiae & reliquorum attributorum diuinorum vsu glorioso & perfecto, de potestate iudicium celebrandi &c. Haec omnia, qui quaeso ex sola apparitionis maiestate deriuabuntur. Interim in haec omnia inquirendi necessitas adhuc existit nulla. Sufficit, quod s. reuerend. Auctor concedat, de exinanitione Christi institui hic sermonem. Quia vero Christi exinanitio, non ex dicto hoc vnico & solo discitur, eadem fortean Domino RATHLEF videbitur salua, & ex aliis scripturae locis secundum confessionem nostrae ecclesiae explicanda & defendenda, si vel maxime hoc

hoc dictum Paulinum plura, quam apparitionis maiestatem, deposita esse non adstruat. Suadent hoc Auctoris verba: Es ist diese Lehre meinem Vortrag nicht entgegen. Denn ich behaupte ebenfals, daß JEsus ein Werck der Macht GOttes, seine prächtige Erscheinungen habe abgebrochen, weil es mit seinem Menschwerden nicht bestehen konnte. Und aus diesem besondern Exempel schliessen wir billig auf alles übrige, und behaupten, daß der Sohn GOttes alles dasjenige göttliche, was neben seinen menschlichen Tagen auf Erden nicht bestehen konnte, den Menschen nicht habe vor die Augen geleget. Stent haec suo talo. Plura enim, pro scopo meo, non obseruo, quam quod ad exinanitionem referat cl. Auctor depositionem maiestaticae apparitionis. Interim non diffiteor, quod verba Auctoris: den Menschen nicht habe vor Augen geleget, solam κρύψιν profiteri videantur. In hac thesi autem, ne pollicem premam Auctori, veritas passionis Christi prohibet, quae, vt ipse nouit cl. Auctor ex disputatione *Giessenses* inter & *Tubingenses* Theologos in hac causa, in nudam per κρύψιν pessime transmutatur simulationem.

§. III.

Supponit Auctor doctiss. §. 4. quod

Paulus loquatur de temporibus ante incarnationem, & asserat, quod Iesus ante incarnationem fuerit ἐν μορφῇ θεȣ. Hoc suum suppositum primam allegat causam totius explicationis. Quaerit praesidium in locutionibus: er äußerte sich, er nahm Knechts Gestalt an. Format syllogismum, pro demonstrando, quod forma Dei, quando de Iesu praedicatur, designet: die große Darstellung desselben bey den Vätern vor seiner Geburt. Eruit duplicem veritatem: alteram, quod forma Dei, de ipso Deo praedicata, sit manifestatio Dei coram oculis aliorum, alteram, quod forma Dei, quam Paulus allegat, sit maiestatica reuelatio coram oculis patrum V. T. Occurrunt in his diuersa, quae meo quidem iudicio scrutinio indigent curatiori. Primum quidem est ipsum suppositum Auctoris, quod de temporibus ante incarnationem loquatur Paulus. Nego. Phrases textuales: er äußerte sich, er nahm Knechts Gestalt an, plane rem non probant. Omne praesidium, quod cl. Auctor inuenire se credit, positum est in ipso conceptu formae seruilis & eius assumtione. Si forma seruilis cl. Auctori est idem quod humana natura, tunc salua res est. Si vero secundum explicationem ecclesiae nostrae, imo & ipsius Auctoris, vt monstrant subsequentia, forma seruilis non est ipsa humana natura, sed conditio humanae naturae misera & humi-

humilis, tunc fallitur consequentia. Subiectum enim incarnationis est λογος ἀσαρκος, subiectum autem formam seruilem assumens est λογος ἐνσαρκος. Atque ita corruit tota argumentatio.

§. IV.

Et sane hoc caput causae dixerim. Suppono ex concessis cl. Auctoris, de exinanitione hic institui sermonem. Quaero de subiecto exinanitionis? Non sufficit mihi nomen personae, quo vtitur Auctor, der Heyland JEsus. Sufficit hoc ad indicandum *subiectum quod*; sed velim eius restrictionem explicitam ad eam naturam, cui exinanitio competit, vt determinetur *subiectum quo*, vti in scholis loqui amamus. Certo persuadeor, cl. Auctorem mecum affirmaturum: Christum secundum humanam naturam esse exinanitum. Etenim secundum quam naturam Christus est exaltatus, secundum eandem fuit exinanitus, & vice versa. Atqui nec exinanitio nec exaltatio cadunt in naturam diuinam. At vero de temporibus ante incarnationem vult Auctor esse sermonem, quia incarnationis mentio fit in phrasibus: er äußerte sich, er nahm Knechts Gestalt an. Quaeso! quomodo haec conciliari possunt inter se? Assumtio formae seruilis est incarnatio, & forma ser-

 uilis

uilis tamen non eſt humana natura. Si forma ſeruilis non eſt humana natura, vti optime dein probat Auctor, neque aſſumtio formae ſeruilis poteſt eſſe aſſumtio humanae naturae. Nulla igitur conſequentia: Paulus affirmat, Chriſtum ante aſſumtionem formae ſeruilis fuiſſe ἐν μορφῇ Θεοῦ, ergo affirmat, Chriſtum ante aſſumtionem humanae naturae, id eſt, incarnationem, fuiſſe in μορφῇ Θεοῦ. Ante incarnationem humana natura non exſtitit. Vtut igitur nomina, perſonam inſinuantia compoſitam, *Chriſtus*, *ſaluator*, adhibeamus aliquando, de temporibus V. T. loquentes, aut de ipſo actu incarnationis, tamen volumus haec nomina ſemper reſtricta ad naturam diuinam. Λογος enim ἄσαρκος, diuina Chriſti natura, haec ſola fuit ante incarnationem, & haec eſt ſubiectum incarnationis. Non humana natura, nec perſona compoſita. Deſidero igitur medium terminum in argumentatione Auctoris. Vix enim perſuadeor, quod ſomnia PETERSENII de praeexiſtentia humanitatis ante incarnationem ſua faciat cl. Auctor. Sed miror, quare ad hoc argumentum a cl. TRINIO allatum vel leuiter reſpicere operae pretium non iudicauerit Auctor. Ponamus igitur, ſermonem hic eſſe de iis, quae egit λογος ἀσαρκος in reuelando ſeſe ſpecie quadam maieſtatica; tunc manifeſto ſequitur, vt depoſitio formae Dei aut ad exinanitionem non

per-

pertineat, nec referri poſſit; aut, vt non ſit explicanda forma Dei de maieſtate filii Dei, qua ſeſe patribus monſtrauit. Ego quidem eligo ex his duobus ultimum. Etenim quia humana natura non exſtitit ante incarnationem, dici nequit quod exſtiterit in forma Dei, ſiue vt placet Auctori: in dem majeſtätiſchen Aufzug. Qui autem patribus ſeſe reuelauit, λογος eſt, in ſpecie aliqua glorioſa. Paulus autem notanter ponit ſubiectum *perſonam compoſitam*. Aſſerit de hac perſona compoſita quod fuerit in μορφη θεȣ. Igitur μορφη θεȣ iſtiusmodi quid deſignat, quod perſona compoſita habuit poſt incarnationem, non ante, iſtiusmodi quid, quod terminatiue ad humanam naturam referri poteſt. Nam ſermo eſt de exinanitione, vt ipſe Auctor concedit. Humana autem natura, non diuina, ſeu perſona compoſita ſecundum humanam naturam, eſt exinanita.

§. V.

Ex hac ſubiecti conſideratione certo certius euincitur, quod de gloria apparitionis filii Dei in V. T. ſermo hic non ſit. Siquidem humana natura, vtpote quae ſubiectum eſt exinanitionis, in eo ſeſe non exinanire potuit, quod hac gloria ſe euacuauerit. Non enim exſtitit in V. T. Gal. IV, 4.

Ergo nec ea gloria vſa eſt in V. T. Verum enim vero perſuaſum eſt cl. Auctori, quod Paulus per μοϱφην θεϰ nihil aliud *indicare poſſit* quam reuelationem Dei coram oculis hominum. Nominat hanc veritatem primam, cui ſuperſtruit conſequentias. Sed petit principium. Satis quidem verum eſt, quod μοϱφη θεϰ a Deo ipſo ſit diuerſa, nullatenus tamen ſequitur, vt μοϱφη ſit *neceſſario* externa quaedam, oculis vſurpanda ſpecies & figura. Examinemus quaeſo aſſertum, quod μοϱφη ſemper imaginem, externum aliquod, den Aufzug, den Auftritt, die Darſtellung, das Kleid einer Sache denotet. Concedimus, quod in hoc ſignificatu vocabulum μοϱφη adhibeatur, ſi praedicatur de Deo, ſed negamus, quod ſemper & quod neceſſario ita adhiberi debeat. Vocabulum μοϱφη aequiuocum eſt, aeque ac vocabulum latinum *forma.* Vti forma aliquando ſpeciem externam, aliquando indolem & naturam indicat, pro re nata, ita & μοϱφη. Non tuto clariſſimus Auctor prouocare poteſt, neque ad loca ſcript. S. neque ad Auctores profanos. Attendat quaeſo ad idem illud ex *Euripide* ab ipſo allegatum teſtimonium: μοϱφην τ᾽ εμην μετεβαλον εις ανδϱος φυσιν. Hic φυσις & μοϱφη ſynonymice adhibentur. Igitur aut φυσις exprimit hoc loco adſpectum externum, aut μοϱφη indolem & naturam. Vtrum vero φυσις pro nudo adſpectu externo ſumatur,

tur, fine connotatione indolis internae, penes ipfum Auctorem iudicium efto. Euoluat cl. Auctor libros *Metamorph. Ouidii*, perpendat, quae de transmutationibus Poeta canit. Videbit, non transfigurationes nudas, fed transmutationes & externae apparentiae, & indolis internae, in fabulis coniungi. Vid. *Lycaonem* Libr. I. fab. 8. *Cadmi fegetem dentium* Libr. III. fab. 3. *Pyrrhae et Deucalionis progeniem ex lapidibus* Libr. I. fab. 11. *Philomelam* Libr. VI. &c. & tamen hae transmutationes & figurae externae & indolis internae Metamorphofes dicuntur OVIDIO. Velim porro cl. Auctor confideret *μορφωσιν της γνωσεως* Rom. 2, 20. Haecne pariter de externa apparentia, quae vifu percipitur, explicari poterit? Praefumtio certe, aut iudicium aliorum de nobis, quod fciamus quae funt recta fecundum legem, fiue vera eadem fit, fiue vana, ipfa requifita hominis legem fcientis, fiue fint praefentia vere, fiue fint fimulata, per *μορφωσιν* indicantur. Itaque vt dicimus latine: *fpeciem prae fe ferre eruditionis*, nec tamen de barba Philofophi, aut fronte corrugata, aut exftafin indicante greffus, vultus, morumque compofitione, aut de alia re oculis fefe exhibente cogitamus: ita & graece, *μορφωσιν ἐχειν της γνωσεως*. Taceo, quod *μορφωσιν της γνωσεως* nonnulli obiectiue fumant, nimirum de characteribus virtutum in lege expreffis, quos homo

homo affirmat ſe habere, id eſt optime ſe noſſe & ex lege intelligere. Addat cl. Auctor Gal. 4, 19. μορφωσν χριςȣ ἐν ἡμιν. Vbi quaeſo hic conceptus apparentiae externae, figurae viſibilis, ſpeciei oculis hominum ſeſe ſiſtentis? Vtrumne vox eſt translata? vtrumne de eo, quod indoles noſtra interna ita per euangelium modificetur, vt analoga fiat indoli Chriſti, vt nimirum renatus ita cogitet, ita agat, ita ſe dirigat, atque Chriſtus nobis reliquit exemplum, de ſpiritu Chriſti participet, & ſecundum qualitates internas ita per conuerſionem immutetur, vt non referat amplius Adamum ſed Chriſtum? Igitur de qualitatum nouarum productione, non de ſpeciei apparentis transfiguratione hic ſermo eſt. Vtut ergo ambabus largiar, μορφην frequenter adhiberi de ſpecie adſpicienda, imo addam, HESYCHIVM explicare μορφην per εἰδος & SVIDAM, qui ita: μορφη και εἰδος ταυτον ἐςι, και μορφη μεν ἐμψυχων εἰδος δε ἐστι ἀψυχων; fugere tamen clariſſ. Auctorem non potuit, quod HEINSIVS in *Ariſtarcho ſuo Cap. XIX. p. m.* 352. docet ex PHOTIO, nullo iure *Leonem primum* ab haereticis eſſe reprehenſum, quod voce μορφη pro ȣσια eſſet vſus, cum idem & ante eum & poſt eum multi fecerint. Sic THEODORETVS dial. 1. p. 29. μορφη τȣ θεȣ φυσις νοειται θεȣ. Necnon μορφη τȣ θεȣ ȣσια τȣ θεȣ.

Cum

Cum quo consentit GREGOR. NYSSENVS, Orat. IV. contra Eunomium, T. II. pag. 566. μορφη τȣ θεȣ ταυτον τη ȣσια παντως εϛιν. Eodem modo THEOPHYLACTVS ad hunc locum: μορφη θεȣ ἡ ȣσια λεγεται. Optime vero ATHANASIVS *de aduentu Christi aduersus Apollinarium* T. I. p. 634. ἡ μορφη τȣ θεȣ το πληρωμα της τȣ λογȣ θεοτητος νοειται. Comparatio horum testimoniorum ad oculum demonstrat, quod sensu ecclesiastico μορφη longe aliter sumatur quam de specie externa & visibili. Vult HEINSIVS l. c. p. 349. μορφην esse דמות, το εἰναι τι siue το εἰναι τινος. Interim non nego, quod in explicandis his meminisse necesse sit, tam ȣσιαν quam φυσιν multa aequiuocatione gaudere. Si quis igitur patrum testimonia perpenderit ab HEINSIO collecta, opus erit vt hanc non negligat cautelam.

§. V.

Ex hactenus dictis plura nondum concludo, quam quod μορφη non necessario de externa visibili apparentia intelligi debeat, quod tamen adstruxit cl. Auctor, sed quod & de *qualitatibus rei*, *de sorte*, *de conditione alicuius* rei explicari posit. Prouoco ad Rom. 2. 20. Gal. 4. 19. & significatum vocis ecclesiasticum. Concedo igitur, quod μορφη θεȣ, in

in qua exſtitit humana Chriſti natura, non ſit ipſa diuina eſſentia aut Deus; ſed potius affirmo, per *μορφην θεε* intelligi debere idiomata diuina & *αὐχηματα* Chriſto homini communicata. Chriſtus homo igitur dicitur *ὑπαρχων ἐν μορφῃ θεε*, & ita deſcribitur humana ipſius natura ſecundum illam *βελτιωσιν*, quam per vnionem hypoſtaticam obtinuit. Per illam communicationem *αὐχηματων* fuit in aequalitate cum Deo humana natura, licet non ſit mutata in Deitatem. Perſona vero compoſita eſt ipſe Deus, & *aequalis Deo; eſſentia* quidem & *natura*, ſecundum *diuinam naturam*, *maieſtate* vero & *Gloria* ſecundum vtramque. Locum igitur non inuenit obiectio Auctoris p. 583. Wolte der Apoſtel allhier das anzeigen, was GOtt iſt, ſo hätte er gar kurtz ſchreiben müßen: ob JEſus gleich GOtt war, ſo hielte er es nicht einen Raub GOtt seyn. Videt enim arduam cauſam, quare *μορφην θεε* ab *ἰσοθεια* diſtinguat Paulus. *ἰσοθεια* enim Chriſti hominis oritur ex *μορφῃ θεε*, ex gloria & proprietatibus diuinis humanae naturae collatis. Sine iisdem *ἰσος θεῳ* Chriſtus homo non fuiſſet. His autem interuenientibus tanto melior factus eſt angelis, quanto diſtinctiori prae illis nomine nominatus eſt Ebr. 1, 4. Sed vero glorioſa apparitio, ſi qua humanae naturae fuiſſet propria in V. T. quod ſtrenue nego, nullam *ἰσοθειαν* concedit. Vox *ἰσος* non aliquam cum alia re ſimilitudinem aut com-

comparationem, sed aequalitatem indicat. Igitur Ioh. 5, 8. Christus, Deum dicens patrem suum proprium, accusatur a Iudaeis, quod ἴσον τῷ θεῷ aequalem natura & maiestate se faciat Deo. Quodsi autem maiestaticam talem reuelationem humanae naturae afferre posses, qualem de Deo legimus, vtrum inde ἰσοθεία affirmari posset? Sunt inter reuelationes λόγȣ, quibus humanitatem futuram praefigurauit, nonnullae, quae ad tantam gloriam, qua angeli sunt visi, non adsurgunt. Apparitiones, quae leguntur Iudic. 13. Gen. 18. Ios. 5, 13. vbi specie hominis venerabilis quidem, sed tamen non insolitam gloriam prae se ferentis, apparuit, conferantur cum Dan. 10. Apoc. 10. ubi longe gloriosior angelorum apparitio enarratur. Ego vero ex gloriosa angelorum apparitione ἰσοθείαν non concludo. Christus homo autem secundum humanam naturam ἴσος θεῷ fuit per ἀυχήματα communicata.

§. VI.

Proinde vehementer miror syllogismum Auctoris: Quidquid Iesus in incarnatione non deposuit, hoc non pertinet ad μορφὴν θεȣ. Atqui essentiam Dei non deposuit. Ergo. Etenim haec argumentatio pluribus laborat vitiis. Primo quidem superstruitur expli-

plicationi verborum ἑαυτον ἐκενωσε, quae Auctor per separationem, reiectionem, depositionem rei, quam possidemus, interpretatur. Nouit autem, quid optimi Theologi in hac causa doceant. Nimirum, non annihilationem, destructionem, reiectionem possessionis, sed abdicationem vsus & exercitii rei, quam nihilominus possidemus, hac voce indicari. Ipse sane Auctor in hac κένωσεως explicatione sibi contradicit, quando p. 592 ita: daß JEsus ein Werck der Macht GOttes seine prächtige Erscheinung habe abgebrochen. Ex quo ad reliqua omnia sese recte concludere dicit. Si ergo ipse dicit, quod solum abgebrochen, id est, vsum rei omiserit, etiam de reliquis affirmet necesse est, quod abgebrochen, nicht habe vor Augen geleget. Ergo si sibi ipsi constans est Auctor, non de reiectione, destructione, depositione possessionis loqui potest. Secundo, si concludit: quidquid Iesus in incarnatione non deposuit, hoc non pertinet ad μορφην θεϗ; nego maiorem, quippe quae petit principium. Non enim de incarnando, sed de incarnato, non de actu incarnationis hic sermo est Nam agitur de exinanitione. Sed incarnationis actus non pertinet ad exinanitionem. Limito igitur maiorem: quidquid Iesus *incarnatus* non deposuit quoad χρησιν, hoc non pertinet ad μορφην θεϗ. Ita concedo maiorem Subsumit Auctor de essentia Dei, & absurditatem pro-

propositionis, explicat, si quis dicere vellet, filium Dei naturam humanam secum vniuisse, & tamen naturam diuinam deposuisse. Satis recte ita cl. Auctor; sed in vsum plane nullum. Fingit exinanitionis subiectum λογον ἄσαρκον, cum hic humanam naturam subiectum exinanitionis constituere debuisset, qua in causa ad superius dicta prouoco. De caetero, quod ipsa ȣσια Dei per μορφην θεȣ non intelligatur, ambabus concedo, hanc enim non deposuit λογος, nec ab ea sese separauit Christus homo. Rectius autem inuerto argumentum Auctoris: Quidquid Christus homo deposuit in exinanitione, hoc pertinet ad μορφην θεȣ. Atqui ἀυχηματα diuina, humanae naturae concessa & communicata, deposuit in exinanitione. Ergo ἀυχηματα diuina humanae naturae concessa & communicata pertinent ad μορφην θεȣ. Maiorem affirmat Apostolus, quod κενωσις Iesu Christi versetur circa μορφην θεȣ, in qua fuit. Minorem, vt spero, cl. Auctor non negabit, qui ex maiestatica apparitione ad reliqua omnia concludere se profitetur, quae neben seinen menschlichen Tagen auf Erden nicht stehen können. Cum sorte autem humanitatis, passionibus atrocissimis propter nostra peccata subiiciendae, consistere non potuit vsus ἀυχηματων. Nullus igitur dubito, quin clariss. Auctor mihi sit concessurus, vsu communicatae gloriae Christum se abdicasse, id est quoad

 vsum

vsum eandem deposuisse. Et haec est **vera** exinanitionis facies ex confessione nostrae **ecclesiae.** Vt vero de ipsa essentia diuina **hic** cogitemus, plane opus non est, licet sciam & patrum nonnullos, & Theologorum nostrorum aliquos termino essentiae diuinae, naturae diuinae, in explicando *μορφην θεȣ* vsos esse. Ex qua inaduertentia, sit venia huic vocabulo, omnis orta est disputatio & difficultas exegetica quoad hunc locum Paulinum.

§. VII.

Pergo ad argumentum tertium cl. Auctoris. Argumentatur ille: Quo sensu Paulus loquitur de *μορφη δȣλȣ*, eodem sensu loquitur de *μορφη θεȣ*. Sed intelligit Paulus per *μορφην δȣλȣ* non essentiam humanam serui, sed conditionem serui, die Knechts Beschaffenheit. Ergo intelligit per *μορφην θεȣ* non internum sed externum Dei. Aut omnia me fallunt, aut quatuor terminos in argumento inuenio. In minori loquitur Auctor von der Knechts Beschaffenheit, in conclusione von dem auswendigen GOttes. Ego vero magnam differentiam agnosco inter der Knechts Beschaffenheit, & dem auswendigen eines Knechts. Ad externa serui vestis, gressus, locus, & varia referri possunt, quae non ingrediuntur das Wesen eines Knechts, aut

aut die Knechts Beschaffenheit. Si sedet seruus domino suo a dextris veste pretiosa, non tamen desinit esse seruus, quoad subiectio ipsius, & obligatio ad inseruiendum non tollitur. Quare ergo non iisdem terminis vtitur Auctor? Certe si ita argumentaretur: Atqui Paulus nominat μορφην δουλου non essentiam hominis in seruo, sed proprietates serui, statum seruilem, conditionem seruilem, ergo per μορφην θεου non intelligit essentiam diuinam in Christo, sed conditionem diuinam, proprietates diuinas, tunc nil quidquam monerem. Ipse enim μορφην θεου explicaui per illam conditionem humanae naturae, qua concessa sunt eidem, & communicata ἀυχηματα diuina; illam conditionem, aut statum, si mauis, qua Christo homini data est omnis ἐξουσια in coelis & in terra. Conuenit igitur inter nos, quid sit μορφη δουλου. Humana natura non est, vt recte probat cl. Auctor §. 11. In eo enim non exinanitus est Christus, quod est incarnatus, licet ἀκυρως aliquando ita loquamur. Subiectum exinanitionis & exaltationis non est λογος ἀσαρκος sed ἐνσαρκος, & quidem secundum humanam naturam spectatus. Christus homo igitur, qui in ὁμοιωματι ἀνθρωπων fuit, & omnibus hominibus aequalis, Ebr. 2, 15. 17. accepit μορφην δουλου. Id est, cum verus homo esse potuisset sine illa subiectione, miseria, contemtu, paupertate & absentia felici-

licitatis externae, ſubiecit ſeſe quoad humanam naturam his miſeriis, indigentiis, laboribus, poenisque, & ſortem ſerui obedientiſſime ſubiit. Colloco igitur naturam ſerui die Knechts Beſchaffenheit in obedientia & ſubiectione, in laboribus moleſtiſſimis & ſorte viliſſima. Exulante vero ſubiectione & obedientia, licet aliquem videam miſerum, non ſtatim eundem pronuncio ſeruum. Eodem modo Paulus cogitat, & μοϱφην δȣλȣ collocat in eo, quod factus ſit ὑπηκοος μεχϱι θανατȣ, θανατȣ δε ςαυϱȣ. Vbi & ſortem & conditionem vilem, & obſequium, quapropter eandem conditionem vilem ſubiit Chriſtus homo, enarrat. Idem autem quia mecum affirmat cl. Auctor, eo magis miror modum argumentandi. Quodſi enim oppoſita iuxta ſe poſita ſe inuicem declarant, opponamus gloriam diuinam, id eſt ἐξȣσιαν ſupremam humanae naturae conceſſam, & indigentiam & miſeriam humanae naturae ex obedientia & ſubiectione Chriſti redundantem, ſic quid ſit μοϱφη δȣλȣ & quid ſit μοϱφη θεȣ facile videbimus. Subiectum totius orationis eſt Chriſtus homo. Hunc conſiderat Apoſtolus 1.) in ſua excellentia, quam habuit humana natura ex communicatis & datis, per & propter vnionem perſonalem, diuinis proprietatibus; & aſſerit, quod has proprietates poſſidens, (vrgeo vocem ὑπαϱχων) fuerit 2) ἰσος θεω. Sed quod 3) non laudem aut

aut gloriolam captauerit ex illa sua vera aequalitate cum Deo, sed 4) concessis, quoad vsum, sese euacuauerit ἀυχημασι, siquidem ille 5) homo existens & hominibus per omnia similis 6) serui conditionem subire voluit & induere naturam per 7) omnimodam illam subiectionem adeo vsque ad mortem crucis. Ita plana, ita manifesta apparent omnia, vt causam de alia explicatione cogitandi ne vnicam quidem inueniam.

§. VIII.

Defendit meam explicationem ipse phrasium ordo textualis, vt & scopus, ad quem inuestigandum protinus cum Auctore me conferam. Est propositio Pauli: ἰησȣς χϱιςος ȣχ ἁϱπαγμον ἡγησατο το ἐιναι ἰσα θεῳ ἀλλ' ἑαυτον ἐκενωσε. Describitur subiectum 1) a status excellentia ἐν μοϱφῃ θεȣ ὑπαϱχων, 2) ab humanae naturae veritate, ἐν ὁμοιωματι ἀνθϱωπων γενομενος και σχηματι ἑυϱεθεις ὡς ἀνθϱωπος. Describitur praedicatum μοϱφην δȣλȣ λαβων, explicatur praedicatum ἐταπεινωσεν ἑαυτον γενομενος ὑπηκοος. Notatu dignum itaque, quod κενωσις & ταπεινωσις hic ab se inuicem distinguantur. Prior, qua Christus homo praerogatiuas & gloriam diuinam, qua vsum

 &

& exercitium depoſuit; poſterior, qua ſubiit ſortem viliſſimam inter homines, ſortem nimirum ſerui. Quantum autem ad ſcopum, nullatenus ab Auctore diſſentio. Id autem ſtatim obſeruo, quod ſcopi conſideratio nodum hic non ſoluat. Admonet Apoſtolus Philippenſes, vt praerogatiuas, quibus inſtructi, non impendant ita vt ſeſe in iis iactitent, ſed, ſua non reſpicientes, ad ea attendant quae ſunt aliorum, nimirum vt iis vſui ſint. Prouocat ad exemplum Chriſti. Agnoſcit igitur praerogatiuas, quas Chriſtus habuit; allegat, qua ratione has ſuas magnas praerogatiuas non reſpexerit, non in iis iactitauerit ſe, ſed vſus noſtros quaeſiuerit. Hic ſcopus autem non explicat, quaenam fuerint praerogatiuae illae depoſitae. Opinatur Auctor, maieſtatem apparitionis eſſe eam praerogatiuam. Nego. Conceſſa humanae naturae omnis poteſtas in coelis & terra, haec magna prae omnibus hominibus & angelis praerogatiua. Sed eandem Chriſtus depoſuit, non abiiciendo, quemadmodum nec vult Paulus, vt abiiciant ſuas praerogatiuas Philippenſes, ſed ab vſu abſtinendo, id quod & Philippenſibus praecipit Paulus. Non ſua quaeſiuit Chriſtus Ebr. 12. 2. quaeſiuit noſtra 2. Cor. 8, 9. etiam formam ſeruilem aſſumendo. Aptius vero, me judice, haec cum ſcopo Paulino conſpirant, quam maieſtaticae apparitionis glo-

ria.

ria. Igitur ex scopi consideratione lis clarissimum inter Auctorem & me non componetur.

§. IX.

Reliqua, quae Auctor affert, vt ex hac maiestaticae apparitionis depositione Deitatem Christi probet, non tango, ipsam enim rem non ingrediuntur, licet negare non ausim, quod mihi non arrideant. Ego enim semper respicio ad subiectum λογον ἐνσαρκον. Hinc petunt mihi omnia principium. Multo minus subscribo iis, quae §. 15. leguntur, de gloria, quam habuit filius ante mundum, apud Patrem. Haec enim de gloria essentiali λογȣ agunt, in tempore humanae naturae communicata, sed per exinanitionem deposita, abhinc iterum ad vsus incessantes reassumenda, vt ita persona composita apud Patrem existat in gloria λογȣ. Meditata autem Auctoris valde sunt torta & coacta, imo ad hypothesin pandunt eidem viam, ne dicam rapiunt eum, quam problematice adfert: de Deo semper certa figura vestito, quam nec meam facio, propter Exod. 20. 4. Deut. 4. 15. nec oppugno, quia nihil ad praesentem scopum. Hoc solummodo moneo: caueamus, ne Deum ipsum corpore quodam vestiamus, quod nonnulli

hodiernorum Philoſophorum intuitu angelorum facere nulli dubitant. Ex iſtiusmodi paradoxis enim forte, temporis ſucceſſu, Deus corporalis emerget & materialis. Hominum enim ſapientia in dies augetur, ſcilicet! Et ſi demonſtratori cuidam felici & temerario rem commiſeris, fortean negotium probe ita abſoluet, vt meditata ſua literis Q. E. D. ſub calcem ornare queat. Non ſane iraſcor, ſi inter eos me numerauerit lector veritatum caeleſtium amatores, quibus nude ingenioſa in hoc forum illata, ſuſpecta videntur & licentiae hodiernae in ſentiendo inſeruientia. Aequum enim, imo neceſſarium iudico, vt veritati & verbo diuino adhaereamus preſſe, nec noſtro ingenio aliquid demus. Lubrica ſunt noſtra tempora, & fertilis ingenii foetus, de quibus, quid noceant, non ſtatim perſpicimus, aliis orientibus occaſionibus, monſtroſiſſimarum doctrinarum euadunt matres.



IV.

IV.

Q. D. B. V.

MENONIS NICOLAI CARSTENS,

Paſt. Eccl. Cath. Lubec.

Disquiſitio

DE

COMMVNIONE BONORVM
a D. Luca

Act. II. 44. & Act. IV. 32.

commemorata.

De communione bonorum, occaſione verborum d. LVCAE,

Act. II, 44. Πάντες δὲ οἱ πιςεύοντες εἶχον ἅπαντα κοινά: B. LVTH. Alle aber, die gläubig waren worden, hielten alle Dinge gemein.

Act. IV, 32. ȣδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά: B. LVTH.

Auch keiner sagte von seinen Gütern, daß sie sein wären; sondern es war ihnen alles gemein, acturi, totam rem tribus absoluemus sectionibus, & Exegetica, & Historica, & Elenchtica. Priorem hac tantum vice tractabimus; duas posteriores in aliud v. D. tempus referuaturi.

SECTIO I. EXEGETICA.

§. I.

Fuisse *inter primitiuae Ecclesiae Christianos communionem bonorum*, eo minus quis inficias ibit, quo luculentiora textus nostri verba sunt: εἶχον ἅπαντα κοινά; Sie hatten alles gemein: Item ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά; es war ihnen alles gemein. Interim nec alia desunt testimonia, quae rei veritatem satis superque euincunt. Ita enim GREG. NAZIANZENVS, 1) *Atque hoc*, inquit, *vobiscum cogitate, meliorem esse partem exiguam cum iustitia, vt loquitur scriptura, quam latiorem & uberiorem cum sordibus & turpi parcimonia, ne quid dicam ominosum, illud que etiam, permultos extitisse, qui totas etiam domos Ecclesiis addici passi sunt; non defuisse etiam, qui suapte sponte*

1) in Eiusd. Opp. p. m. 870.

sponte facultates omnes suas obtulerint, praeclarissimeque negociati sint, h. e. propter futurae vitae opes egestatem amplexi sint, cum quo consentit PHILO apud EVSEBIVM, 2) *Etenim*, scribens, *in actibus Apostolicis, qui nihil, praeter sinceram veritatem, continent, scriptum habetur, omnes Apostolorum discipulos, praediis & facultatibus suis venditis, pretium fratribus, prout cuiusque necessitas flagitabat, diuisisse, adeo, vt inter ipsos nemo egenus existeret.* Quae omnia satis confirmant, fuisse olim *communionem* aliquam *bonorum inter primos Christianos*; quamuis negari haud possit, eandem testes hosce adductos plus iusto extendere. Imo, vt aliorum nunc omittamus testimonia; duos tamen testes Ethnicos praeterire non possumus, quos eo lubentius adducimus, quo maiores Christianorum inimicos fuisse, compertum est. Alter est IVLIANVS ille Apostata, qui, GVIL. CAVEO 3) teste, ait: daß sie (Christianos intelligit,) wegen ihrer Mildigkeit die Armen πολυ]ῆς ἀθεο]ῆ]ος θαυμα eine große Verwunderung über ihre Religion in den Gedancken der Menschen erwecket hätten. Et rursus: 4) Weil bey uns die Armen so schlecht verpfleget werden, so wissen sich die gottlosen Galiläer dieser Vortheile gar wol zu bedienen: Denn sie

2) In Hist. Eccl. L. 2. c. 17. p. m. 54.
3) Im ersten Christenthum. P. 3. c. 2. m. 667.
4) l. c. p. m. 667. 668.

sie befleißigen sich auf nichts, als auf Liebe v. ꝛc. Quae licet nimis scabiose & impie de primis Christianis, more huius Apostatae solito, dicta sint; tamen ex hostili ore prolata veritatem rei satis confirmant. Alter vero est LVCIANVS, 5) cuius verba notatu dignissima haec sunt: Καταφρονȣσιν ȣν ἁπάντων ἐξίσης καὶ κοινὰ ἡγȣνται ἄνευ τινὸς ἀκριβȣς πίστεως τὰ τοιαυτα παραδεξάμενοι, i. e. interprete B. WOLFIO 6) *Idcirco omnia contemnunt, sc. bona s. facultates suas & communia habent vel ducunt, nulla firma & certa ratione reddita hanc doctrinam recipientes.*

§. II.

Πάντες πιστεύοντες; *Omnes credentes communionis huius subiectum* constituunt, per quos LVCAS eos intelligit, in quibus paulo ante tum per concionem Petrinam Hierosolymae habitam, tum per baptismum fides in Christum crucifixum erat accensa, & qui eandem, constanter in Apostolorum doctrina perseuerantes, per varia & pietatis & caritatis opera declarabant. Quod autem τῶν πάντων men-

5) de morte Peregrini Tom. 2. p. 762. 763. coll. CAVEO l. c. p. m. 669. 6) in Curis philol. - Crit. ad Act. II. 44. p. m. 1047.

mentionem iniiciat LVCAS, id *non absolute* ad omnes omnino Ecclesias extendendum, sed *respectiue* ad solius Ecclesiae Hierosolymitanae membra, ea praecipue, quae tum temporis erant conuersa, & vt recte iudicat *MOSHEIMIVS*, 7) *quibus illud integrum videbatur*, restringendum esse, in sqq. demonstrabimus.

§. III.

Obiectum, vti in scholis loqui amant, siue id, circa quod *communio veterum Christianorum* fuit occupata, scriptor sacer per ἄπαντα exprimit, & quae per ea subintelligenda sint, statim in sequentibus docet. Generatim enim, vti ex Cap. II. v. 45. apparet, sub voce ἄπαντα comprehendit τὰ κτήματα & τὰς ὑπάρξεις; quae vero cap. IV. v. 34. speciatim χωρίων ἢ οἰκιῶν nomine veniunt. Non itaque est, vt cum CLERICO 8) eadem ad sola immobilia bona restringamus. Quamuis enim agri, domus, & id genus alia immobilium bonorum nomine veniant, nostro tamen saltem iudicio, nec mobilia h. l. excipienda videntur. Κτήματα enim, quorum LV-

7) in Cogit. in Nou. foederis loc. select. L. I. p. m. 126. 8) in annotat. ad Hammond. N. T. h. l. p. 495.

LVCAS meminit, omne id, quod quis habet, vel possidet, siue sit pecunia, s. supellex, s. domus, s. fundus agri, s. aliud quid in genere denotare ex Matth. 19, 22. & Marc. 10, 22. constat. Idem etiam de voce ὑπάρξεως, qua LVCAS Act. 2, 45. vtitur, dicendum esse, existimamus. Quamuis id ipsum diffiteri non possimus, non solum hanc vocem bona, quae adsunt, praesentia, sed simul etiam futura, complecti iuxta Hebr. 10, 34. Nec etiam eo nos dilabi debere, vt statuamus, per ἅπαντα omnia, quae modo vnquam possederint, bona esse intelligenda, ex postea dicendis videbimus.

§. IV.

Ipsa autem κοινωνία per verba: εἶχον κοινὰ, indigitatur. Vocem vero hanc, num quis vel cum cel. MOSHEIMIO, 9) per *communitatem*; vel cum IO. CLERICO, 10) a κοινωνέω eandem deriuante, non per communionem; sed potius *communicationem* vertere velit, *quia liberalitatem, munificentiam, largitionem denotat, qua quis boni alicuius redditur particeps*, non adeo rigorosi erimus censores. Id tantum ὡς ἐν παρόδῳ cum B. WOLFIO 11) obseruantes, vocem κοινὰ h. l. cum

PFO-

9) l. c. p. m. 115. 10) l. c. p. 494. 11) l. c. ad h. l. p. m. 1047.

PFOCHENIO 12) non per impuritatem exprimi debere, nisi quis, tum vulgato hujus vocis apud scriptores profanos sensui, tum rei ipsi aperte contradicere velit, id quod pluribus posset demonstrari, nisi MOSES SOLANVS nobis iamdudum ferias fecisset. Nec HVGONIS GROTII cuiquam placere potest sententia, qui vocem *κοινωνίας* speciatim in Act. II. 42. occurrentem pro *colloquio* sumendam diiudicat, hisce potissimum inductus rationibus, quod de *communione bonorum* demum l. c. v. 44. agatur, & ipse Apostolus verbum *κοινωνεῖν* Gal. VI. 6. eodem modo vsurpet, quem tamen B. noster ABRAH. CALOVIVS 14) ideo reprehensione dignum iudicauit.

§. V.

Si dicendum, quod res est, pro *communione κοινωνίαν* praecipue h. l. sumendam esse, arbitramur, tum quia eius apud scriptores profanos maxima est auctoritas; 15) tum etiam, quia cum ipsius rei natura h. l. quam optime congruit. Ipsa vero *communionis* vox *πολύσημος* est, & tot admittit signi-

12) In Diatr. de ling. N. T. puritate §. 65. p. m. 31. 13) in Diss. anti-Pfocheniana de stilo N. T. §. 37. p. 289. Syntagmatis Rhenferdiani. 14) in Bibl. illustr. ad Act. 2. 44. 15) Vid. BVDAEI Diction. graeco lat. ad h. v.

significationes, quot eiusdem genera esse, nouimus. In genere, non male cum cel. CAMPEG. VITRINGA, 16) *communio* definiri poterit per *statum duorum vel plurium in se mutuo relatiuum, quo qualemcunque rem inter se communem habent.* Quaecunque enim in *communione* esse dicuntur, ea non vnus vel alter sibi soli vindicare potest, sed ad alios simul spectant, ita vt plures de vna eademque re participare possint.

§. VI.

Veram igitur *communionis* indolem in eo collocandam existimamus, *quod primi Christiani, non omnes, sed quibus integrum fuit, ex libera voluntate reuera pro conditione temporis & aliarum circumstantiarum certi quicquam de bonis & facultatibus suis collegerint, collectum ad Apostolorum pedes deposuerint, depositoque omni, communi illud vsui destinantes, sese plane abdicauerint, ita tamen, vt multorum aliorum bonorum domini & possessores manserint, & ad eadem cum aliis etiam communicanda, vrgente necessitate, promti pararique fuerint, eo fine, vt haberent, quo pauperibus, viduis, aegrotis & aliis, quibus erat curta admodum supellex, subuenire possent; tum etiam, vt communionem spiritualem hac ipsa communione demonstrarent.* Hac

16) In obseruat. sacr. L. 5. c. 6. §. 6. p. m. 97.

Hac enim ratione nullam vim textui inferri, opinamur. Ergo nec illis assensum nostrum praebemus, qui *omnimodam*, a primis Christianis libere susceptam, *bonorum s. facultatum suarum abdicationem* urgent, quae communis fere huius *antiquae communionis* est interpretatio. Nec eorum explicationi calculum addimus, qui verba *LVCAE de sola promtitudine* accipienda statuunt, ita vt dicant, primos Christianos ea caritate flagrasse, vt, si necessitas postulauerit, parati fuerint ad bona sua cum aliis communicanda; 17) sed media nos via tutissime incessuros arbitramur.

§. VII.

Primorum Christianorum communionem de omnimoda abdicatione explicare, quae sententia etiam CHRISTIANO WOLFIO 18) arrisit, dum ait: *Similiter primi Christiani Act. 2, 44. 45. omnia, quae habebant, in vnam massam conferebant, et distribuebatur singulis, prouti cuique opus erat*; simulque fatetur, 19) *Christianos primaeuos in Actis primaeuam rerum communionem fuisse imitatos*, nostro iudicio nihil est aliud, quam eosdem omni suarum facultatum dominio priuare, & recte

17) Vid. MOSHEIM. l. c. p. m. 119. 18) in Iure Nat. P. 2. cap. 1. p. 3. 19) l. c. p. 21.

dicitur a MOSHEIMIO 20) *Is, qui se bonis omnibus abdicauit, eaque in commune contulit, parum apte dicitur, sic agere, ac si nihil eorum suum esset: possessionem enim iam & dominium re ipsa amisit, nec pro suo aliquid habere potest.* Qui vero cum eodem MOSHEIMIO 21) *communionem* hanc *primorum Christianorum* ita accipiunt, *vt, eorum quemlibet bona sua non secus spectasse, ac si fuissent communia, semperque fuisse promtum & paratum ad omnes illis adiuuandum & fratrum calamitates subleuandum,* adseuerant, illi res suas bene quidem agunt; sed num mentem Sp. S. exhauriant, est, de quo eo magis dubitamus, quo clariora Euangelistae verba: Act. IV. 34. *Nullus erat egenus inter eos, quotquot erant enim possessores agrorum aut domorum vendentes afferebant pretia eorum, quae vendita fuerant.* Quae adducta LVCAE verba nos quidem non adigunt, vt nihil proprii primis Christianis relictum fuisse, putemus, interim tamen conuincunt, vt credamus, certi quicquam de facultatibus suis ab illis siue per singulas hebdomades, vel menses, siue certo statuto anni tempore, siue quotannis ad communem pauperum & aliorum eiusd. generis hominum sustentationem collectum fuisse, cuius dominium primi Christiani plane recusarunt.

§. VIII.

20) l. c. p. m. 25. 21) l. c. p. m. 122.

§. VIII.

Nostra igitur de *communionis* huius *indole* sententia eo redit:

I. *Eam non fuisse vniuersalem*, neque *intuitu bonorum*, quae in commune contulerunt, neque *personarum*, apud quas communio tum temporis obtinuit. Has enim quod attinet, Ecclesiae Hierosolymitanae fideles, illi praecipue, quibus integrum fuit, solum modo hic in censum veniunt. De omnibus promiscue, *qui*, verba sunt Ven. *MOSHEIMII*, 22) *tum Christi profitebantur doctrinam, nihil prope quis reperiet, quod ad hanc rem demonstrandam valeat. E contrario quod bina tantum exempla sacer scriptor producit, Barnabae & Ananiae, qui hoc sui duxerim officii, id, non omnes hanc sibi legem dixisse, suspicionem commonet. Neque vox* ὅσοι Act. 4, 34. *id quod graece docti non nesciunt, tam absoluta est praedita potestate, vt nullam prorsus exceptionem admittat.* Atque hisce, non possumus, quin & nostrum addamus calculum, quicquid etiam LVCIANVS 23) de vniuersalitate garriat. Id ipsum enim ipsa Apostolorum acta & Pauli epistolae suadent, quippe quae passim mentionem iniiciunt collectarum, quas Antiocheni Act. 11. 29. 30. c. 12, 25. Corinthii & Galatae 1. Cor. 26, 1. 2. Cor. 8, 7. 8.

E 2

22) l. c. p. m. 125. 126. 23) in verb. 5. 1. cit.

7. 8. 20. c. 9, 2. Macedones pariter & Achaei Rom. 15, 25. 26. 2. Cor. 8, 2. 3. 4. instituerunt, institutasque, (quo non sane contemnendo SALMASIVS 24) vtitur argumento,) in vsum pauperum ex Apostolorum praescripto 1. Cor. 16. frequentarunt, quibus autem, (vt cum WOLFIO 25) loquamur,) *opus certe non fuerit, si quidem bonorum a singulis facta vniuersorum collatio exstiterit.* Qua propter bene sese habent, quae obseruat IOS. MEDE 26) *gentiles*, inquiens, *ad Christum conuersos idem fecisse* (loquitur de communione bonorum) *nullo exemplo constare inter quos Apostoli potius ad subleuandos pauperes collectas instituere consueuerint.* Ne quid dicamus de Thessalonicensibus, quibus Paulus expresse hisce verbis officia sua praescribit: Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε. 1. Thess. 4, 11. 12. Et simul 2. Thess. 3, 7. 9. ab iisdem efflagitat, vt iuxta sui ipsius, & reliquorum Apostolorum exemplar dies noctesque cum labore & aerumna operentur, ne cuiquam sint oneri. Nec etiam eadem vniuersalitas ad *bona* 27) primorum Christianorum extendi

24) In Lib. de vsuris p. 656. 25) in Cur. philol. Crit. ad Act. 2. 44. p. m. 1047. 26) in Opp. p. 127. 27) Assensum suum sustinere videtur LAMB. BOS in Exercitat. philol. in nou. foed. nonnulla loc. p. m. 70.

tendi debet. Quamuis enim spiritus s. expresse, ἅπαντα ipsis κοινὰ fuisse, dicat, tamen ad ea omnia, quae vendiderunt, restringenda esse, ipse contextus docet. Non enim dicitur, quod omnes facultates, omnia bona, &c. quae modo vnquam possederunt; sed *indefinite*, quod facultates, bona &c. vendiderint, atque ita *ea omnia*, quae vendiderunt, communia habuerint; reliquorum vero Domini & Possessores ipsi manserint. Ita enim ex Act. 10. 5. de Simone coriario constat, quod nihilominus domum propriam habuerit, id quod etiam de Cornelio Act. 10, 30. Lydia Act. 16, 15. & aliis tam certum est, quam quod certissimum.

§. IX.

II. *Nec eam fuisse factam ex praecepto quodam diuino, sed ex libera voluntate susceptam.* Eiusmodi enim speciale mandatum, quod *communionem* hanc, vt absolute necessariam commendet, nullibi in sacris literis extat. Agedum! Percurramus omnes earum paginas, & deprehendemus passim monita quidem multa, quae nos excitant tum ad caritatem inter nos inuicem Ioh. 13, 34. c. 15, 12. Rom. 13. 8. 1. Ioh 3, 14. c. 4, 11. tum etiam inprimis vrgent, vt pauperum curam semper habeamus, & a DEO bonorum multitudine cumulati iisdem, quantum

tum possumus, de illis distribuamus Deut. 15, 10. Ps. 41, 2. Prou. 3, 27. Sir. 4, 1. Ephes. 4, 28. Hebr. 13, 16. specialem autem huius *communionis* modum a DEO praescriptum esse, nullibi deprehendemus. Confirmat id potius exemplum ANANIAE, quem D. PETRVS ita alloquebatur: Ἀνανία, διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου, οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε. Act. 5, 3. 4. Quod ipsum Apostolus sane non dixisset, si ANANIAS vi juris & legis diuinae fuisset obstrictus ad agrum suum vendendum, & pretium in commune conferendum.

§. X.

Nec

III. *Ex ἐθελοθρησκείᾳ quadam, s. cultu electitio.* Hic enim, quomodocunque etiam sese habeat, summo Numini maximopere displicet, id quod exempla NADABI & ABIHV, filiorum AARONIS, ignem alienum, quem Iehovah non praeceperat, offerentium Lev. 10, 1, 2. & SAVLIS pro arbitrio suo contra praeceptum diuinum immolantis, satis superque confirmant. Si igitur *communio*

rio bonorum inter primos Christianos species ἐθελοθρησκείας fuisset, vtique sequeretur, quod hac ipsa commisissent aliquid, quod praeceptis Dei fuisset contrarium, quod vero de iis ne quidem cogitandum; multo minus dicendum. Imo tantum abest, vt Apostoli illorum *communionem* tolerassent, vt eosdem potius eam propter grauiter reprehendissent. Ne quid dicamus, quod ἐθελοθρησκεία in prima tantum legis diuinae tabula locum habeat; *communio* autem *bonorum* ad secundam spectet. 28)

§. XI.

Nec

IV. *Ex opere supererogationis*, quo homo id non solum perfecte adimplet, quod suum est, & lex diuina ab ipso postulat; sed simul etiam plus praestat, quam ipsi praestandum erat, eo fine, quo sibi & aliis quicquam apud Deum mereatur, & maiorem gloriae gradum consequatur. His enim suppositis quis non animaduertit, ea ad *communionem bonorum inter veteres Christianos* applicari non posse. Lex enim, quae primos christianos ad eandem obligauit,

 nulla

28) Vid. STRES. comm. in Act. Ap. ad c. 4.32. p. m. 127.

nulla fuit, nec probari poterit, quod illi *communionem* introduxerint l. virtute quadam merendi aliquid, l. cupiditate maioris gloriae inducti, cum hac ratione sine dubio Apostolorum reprehensioni sese exposuissent. Nec obstat, si forsan aliquis obiiciat, *primos Christianos* tamen hac sua *communione bonorum* non solum legem diuinam, de subleuandis pauperibus, perfecte adimpleuisse; sed plus etiam praestitisse, quam ipsis praestandum erat. Non enim requisita essentialia operis supererogationis separatim, sed coniunctim illud constituunt; & ne quid dicamus de perfecta, quam falso docent Romanenses, impletione praeceptorum diuinorum, ipse gradus & modus huius beneficentiae in lege diuina debuit praescribi, si *communio bonorum* ex hoc capite ad opus supererogationis referri debeat.

§. XII.

Sed

V. Ita factam esse, vt primi Christiani certi quicquam de bonis suis collegerint, collectum ad Apostolorum pedes deposuerint, depositoque omni, communi illud vsui destinantes, sese plane abdicarint, ita tamen, vt multorum aliorum bonorum Domini & Possessores manserint, & ad eadem cum

alis

aliis communicanda, vrgente necessitate, promti etiam paratique fuerint. Ita enim omnia quam optime cohaerent, quae LVCAS Act. 4, 34. 35. de *communione bonorum inter veteres Christianos* commemorat, & aduersariis simul omne praesidium, quod in eadem quaerunt, adimitur. Quod enim certi quicquam de bonis suis collegerint & collectum ad Apostolorum pedes deposuerint, praeter verba LVCAE, quae extant l. c. exemplum IOSIS, cognomine BARNABAE, testatur. Act. 4, 37. & ex eo, quod vbique inter pauperes & egenos, quorum necessitate commouebantur, vixerint, confirmatur. Quod autem deposito omni, communi illud vsui destinantes, sese plane abdicauerint, etiam extra omnem positum est dubitationis aleam. Ipsa enim, qua Spiritus sanctus vtitur phrasis: *ad Apostolorum pedes deposuerunt*, nostro saltim iudicio nihil aliud inuoluere videtur, quam quod hoc ipso declararint, nullum amplius ius in depositum ipsis competere, sed sese potius Apostolis in solidum relinquere tantum cuilibet distribuendi, quantum necessitas efflagitaret. Eos tamen multorum aliorum bonorum Dominos & Possessores mansisse, & ad eadem cum aliis communicanda, vrgente necessitate, promtos & paratos fuisse, tum ea, quae in §. 8. adduximus; tum etiam, quod multitudini fidelium

vnum cor & vna anima fuerit Act. 4,32, demonſtrant.

§. XIII.

Denique

VI. *Eo fine, vt haberent, quo pauperibus, viduis, aegrotis* &c. *ſubuenire poſſent; tum etiam, vt communionem ſpiritualem hac ipſa communione oſtenderent.* Prius enim ipſa LVCAE verba perſpicue ſatis indigitant, dum Act. 4, 35. inquit, quod de collectis & ad Apoſtolorum pedes depoſitis bonis cuilibet dederint, quantum opus habuit. Pauperum igitur, viduarum, & eiusmodi generis hominum vſui deſtinabantur bona, id quod etiam recte cel. MOSHEIMIVS 29) ex Graecorum querimonia coniicit, *Conquerebantur*, ait *hi graeci, in quotidiana ſtipis publicae erogatione maiorem haberi rationem viduarum Ebraearum, quam graecarum Act. IV, 1. Quid hinc clarius, obſecro, conſequitur, quam hoc, publicum theſaurum Chriſtianorum, Hieroſolymis degentium, non ad omnes pertinuiſſe, verum ad pauperes tantum & inopes, in quibus foeminae erant maritis orbae? Omnium enim ſi hic fuiſſet theſaurus, tam opulentorum, quam egenorum, omnes haud dubie Graeci ſenſiſſent iſtam*

29) l. c. p. m. 130.

istam, quam accusabant, in pecunia publica distribuenda nescio quorum negligentiam. Posterius autem inde apparet, quia bona sua in pauperes &c. non peregrinos, & christianae religionis hostes conferebant, sed in eos, qui cum ipsis in fide erant coniunctissimi, & eandem cum ipsis veritatem coelestem profitebantur. Ex quo igitur omnes concludere poterant, eos, qui *de hac communione* participabant, non alienos ab ipsis esse in fide. De cetero, quam innocens & laudabile etiam hoc fuerit institutum primitiuae Ecclesiae Hierosolymitanae; non ita tamen diu durauit, licet tempus, quo desiit, accurate definiri nequeat. In tertio seculo adhuc in vsu fuisse hanc *bonorum communionem*, BEBELIVS 30) sequenti testimonio, TERTVLLIANI 31) comprobat: *Etiam si quod arcae genus est, non de ordinaria summa, quasi redemtae religionis, congregatur: modicam vnusquisquae stipem menstrua die, vel cum velit, & si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert.*

30) In antiquit. Eccles. p. m. 844.

31) Apolog. aduersus gentes Opp. Ejus. p. m. 877.

fert. Haec quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque & pueris ac puellis, re ac Parentibus destitutis, iamque domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis l. in custodiis duntaxat in causa Dei sectae, alumni confessionis suae fiunt.

S. D. G.



V.

EPISTOLAE QVAEDAM ANECDOTAE

E MVSEO

MEN. NIC. CARSTENS.

Past. Eccl. Cathedral. Lubec.

I.

Epistola D. MENONIS HANNEKENII ad M. ANTONIVM BVSCHERVM, Generosissimo Comiti Oldenburgico &c. a Confessionibus sacris, Concionibus aulicis & consiliis Ecclesiasticis, quaestionem de salute fidelium in regno gratiae concernens. (*)

S.P.S.

(*) Agitatam iam olim super hac quaestione in Ecclesia fuisse controuersiam, ex historiarum monumentis constat. Primo quidem intuitu videbatur illa leuior; at ipso deinde successu sic inualuit, vt non mediocres excitauerit turbas. Nam superiori iam seculo STEPHANVS PRAETORIVS, Eccl. Saliswedelensis Pastor, & hos inprimis errores sparserat: *Regenitos iam esse in vita aeterna, eandemque possidere in medio Paradisi: Credentes non solum spe,*

* * * * * * * * *

S. P. S. Reuerende & Clarissime Vir, Amice & in Christo Frater plurimum honorande & dilecte. Gaudeo nomine beati M. FELICIS nostri, quod Generosissima Virgo

spe, sed etiam re saluos &c. vid. plures apud *OLEAR. in Isag.* CARPZ. in F. C. p. 1384. a D. WENCELIO autem eo redactus, vt palinodiam cecinerit. *conf. DIELFELDII commonitorium de gazophylacio Praetorio-Statiano Sect.* I. §. 5. Sequebatur hunc MARTIN. STATIVS in der Schatz-Kammer der Gläubigen, cui vero B. CALOVIVS anti-theses elenchticas, ex communi Ministerii Gedanensis consensu conscriptas obtulit, cumque iteratis congressibus admonuit, instituit, correxit, donec conuictum se de errore ingenue fateretur. Imo eo perductus est, vt conceptis verbis, datoque αὐτογράφω publico sancte affirmaret, sentire se cum orthodoxa Ecclesia, atque in hac consensione annuente gratia diuina ad extremum vitae halitum se perseueraturum. Vid. D. NEVMANN. *Disp. de brabeo ante victoriam* §. 3. p. 3. Resuscitavit illum errorem & ex instituto propugnauit SPENERVS integro libello, cui frons est Seeligkeit der Kinder GOttes. vid. id. l. c. §. 4. in Belgio FRIDERICVS van LEENHOFF, Pastor Zwollensis, in libro: De Hemel op Aarde ibid. l. c. §. 5. in Holsatia vero SIBBERVS verbi diuini minister, a cuius partibus quidem steterunt D. MVHLIVS & D. LVTKENIVS, cui vero sese opposuit WILDHAGENIVS & cum eodem

go etiam hanc gratiam reliquis maximis beneficiis, viuo collatis, clementissime adiicere dignatur, vt nomen eius inter alios meos Collegas publica in luce exstare liceat.

De quaestione proposita, *An verus Christianus Christo per fidem vnitus in regno gratiae saluus*

eodem speciatim D. SCHWARTZIVS, nec minus Academiae nonnullae in responsis publicis. Vid. NEVMANN l. c. §. 6. WALCH. Hist. und Theol. Einleitung in die Relig. Streitigkeiten der Evangel. Lutherischen Kirchen P. I. p. m. 816 sqq. Ex hoc autem iudicio HANNEKENIANO, vt & epistolis BVSCHERI sole meridiano clarius apparet, iam huius temporibus super hoc doctrinae capite fuisse controuersum, quo verba cel. WALCHII l. c. P. 5. §. 10. p. m. 778. Vorher hat sich niemand im Sinn kommen lassen, diese Lehre (nemlich es wäre nur eine Seeligkeit dem Wesen und der Art nach; nur sey jene in der Herrlichkeit grösser, als diejenige, welche die Gläubigen in diesem Leben hätten,) vor irrig anzusehen, da man sie aber in Speners Schrifften angetroffen, und zwar nachdem die Streitigkeiten angegangen waren, hat man sie in das Register der Spenerischen Irrthümer gebracht, emendari possunt. Nos autem hasce litteras non eo fine in lucem emittimus publicam, vt litem hanc, dudum sopitam, denuo excitemus & renouemus; sed vt ostendamus, quaenam horum Duum-Virorum Theologorum ὀρθοδοξοτάτων sc. B. FEVERBORNII & B. HANNEKENII, Proaui mei, iam, dum viuerent, de hac doctrina mens fuerit atque sententia.

saluus sit, & vitam aeternam vere habeat? illaque doctrina in Ecclesia publice vrgenda sit, nec propter quosdam auditores, aut plebem etiam, minus eam capientem, intermittenda? haec DN. D. FEVERBORNII, qui R. T. D. amicissime resalutat, & mea constans est sententia, vere fidelem in regno etiam gratiae vere saluum esse atque vitam aeternam habere. Sic enim Scriptura: Fides tua σέσωκέ σε. Matth. 9, 22. Marc. 5, 34. c. 10, 52. Luc. 7, 50. c. 8, 48. c. 17, 19. c. 18, 42. Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι Eph. 2, 5. 8 ἔσωσεν ἡμᾶς per lauacrum regenerationis. Tit. 3, 5. Qui credit, habet vitam æternam Ioh. 3, 36. c. 6, 47. 51. Qui sermonem meum audit, & credit in illum, qui misit me, habet vitam aeternam, & in iudicium non venit; sed μεταβέβηκεν ex morte in vitam. Ioh. 5, 24. 1. Ioh. 3, 14. Homicida non habet vitam aeternam in se ipso manentem. 1. Ioh. 3, 15. Hoc est testimonium nostrum, quod &c. 1. Ioh. 5, 11. 12. Haec scripsi vobis credentibus &c. v. 13. Atque hanc doctrinam ad articulum iustificationis pertinentem diligenter inculcandam esse censemus, vt & simpliciores videant abundantiam & diuitias gratiae Dei & meriti Christi fide apprehensi, Rom. 3, 24. 25. c. 4, 4-9. c. 5, 17. Eph. 1, 17. consolationem inde solidam hauriant, &, ne tantam felicitatem rursus per peccata amittant, studiosius caueant. Vnde & Catechesi nostrae in-

insertum est, quod nobis per verba illa: Quod pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum, remissio peccatorum, vita, iustitia & salus donentur. Vbi enim remissio peccatorum est, ibi est & vita & salus.

Monendi tamen sunt auditores, fideles in hac vita ita vitam & salutem possidere aeternam, vt ex parte cognoscant, 1. Cor. 13, 9. & non nisi primitias, (non totam, vt ita loquar, messem,) Spiritus habeant; Rom. 8, 23. sub cruce adhuc sudare teneantur; a corpore mortis nondum plane sint liberi; peccatum adhuc habitet in membris ipsorum, a quo saepius captiuentur, vt, quod nolunt, faciant; Rom. 7, 18. sqq. de die in diem renouari debeant, 2. Cor. 4, 16. in futura demum vita futuri gloriosi, non habituri rugam aut maculam aut quid huius modi. Eph. 5, 27. Quando enim hoc corruptibile induit &c. 1. Cor. 15, 54-56. Et tunc Deus erit omnia in omnibus; non quaedam in quibusdam. 1. Cor. 15, 28. Vbi & haereditatem caelestem occupaturi sumus, cuius arrhabo in hac vita est Spiritus S. Eph. 1, 14. 2. Cor. 1, 21. 22. Vbi vita nostra, quae &c. Col. 3, 3. 4. Vbi non mors &c. Apoc. 7, 16. 17. c. 21, 4. Cuius haereditatis caelestis & vitae gloriosae & salutis, consummatae respectu dicimur spe saluati & adoptionem atque redemtionem corporum no-

 strorum

ſtrorum per patientiam exſpectare. Rom. 8, 23-25. Ita nos hic cum Collegis noſtris & Iuuentutem & Eccleſiam publice docemus, ſimulque Photinianos, qui remiſſionem peccatorum indiſtincte docent eſſe ipſam vitam aeternam, eamque in hac vita cuipiam obtingere negant, confuſionis vitioſae arguimus & refellimus. Deum precor ex animo, vt ne permittat, dilectiſſimam Patriam meam noxiis & ſcandaloſis ſchismatibus turbari; ſed in vnitate fidei nos omnes conſeruet, donec rapiamur in occurſum illi, cum eo in caeleſti gloria & beatitudine aeternum futuri. Vale, Clariſſime Vir, in Eccleſiae & Patriae meae commodum diutiſſime. Dabam Marpurgi 31. Aug. Anno 1636.

MENO HANNEKENIVS D.

II.

Epiſtola M. ANTONII BVSCHERI ad D. MEN. HANNEKENIVM.

Immanuel!

Pergratas tuas, *Vir Reu. Clariſſime, Amice & frater in Chriſto dilecte*, vt & admodum nobis mihique literas cum gaudio perlegi, quoniam authoritas veſtra in doctrina de

de praeſenti fidelium ſalute multum & plus pollet apud Antagoniſtas rationi ſuae innitentes, & opinioni, (ne propter mundi amatas illecebras ſalutem datam amittere videantur,) quam mea in hoc dogmate e ſacris literis dilucide demonſtrata aſſertio. Gratias igitur hoc nomine R. T. D. vt & D. FEVERBORNIO, cui ſalutem & officia mea in Domino offeras, ago, ſimulque id contendo vnice, vt pro iis, apud quos harum rerum ſcientia eſt; (hoc autem in aurem, vt dicitur) & in dicto themate hallucinantes, & fidem tamen rerum futurarum eſſe aſſerentes, precibus veſtris Deum ſollicitare non deſinatis, vt illuminet mentes eorum ad videndum & credendum ea, quae nobis gratuito per Chriſtum parta, & per media verbi & Sacramentorum in fide ſunt conceſſa. Sic certus ſum vt erubeſcant, (quod forte a quibusdam minus caute vel ad applauſum loquentium Doctorum hauſerunt) dicere: Non hic ſe ſaluos in regno Caelorum eſſe, cum quo tidie peccent; alias hac hora beatos; altera damnatos; mox in inferno, mox in caelo eſſe ſtatuendum. Rectius ergo dici: *Spe, non Re*, vel, vt illi loquuntur, promiſſione de futuro; non de praeſenti nos beatos in regnum Filii Dei poſitos eſſe. Animus mihi eſt, ſi Deus vires & vitam ſuppeditabit, germanicum de praedicta doctrina ſalutis tractatum meditari, & de ea dubitantibus in lucem edere, eum-

que verbis ſcripturae, conſenſu noſtrarum Confeſſionum Theologorum & argumentis ad conſolationem in afflictione & vitae pietatem directis fulcire, in quo tamen T. R. conſilium & auxilium prius requiro, eandem mihi non defuturam confido, meque in omnibus, quibus poſſum, eidem obſtringo. Pecunia M. FELICIS p. m. cauſa T. R. deſtinata apud me eſt adhuc, fratre veſtro M. GERHARDO eam hactenus non requirente; futurum autem puto ad proximas nundinas Francofurtanas. Valeat & viuat T. R. ſuis & nobis in Domino 12. Nov. 1636.

T. a. M. ANT. BVSCHERVS.

III.

D. MENONIS HANNEKENII, ad eundem Epiſtola

Salutem & Pacem a Domino noſtro Ieſu Chriſto. *Reuerende & Clariſſime Vir, Domine & in Chriſto Frater plurimum colende.* Propter turbas bellicas non potui per nuperum tabella-

bella-

bellarium, qui veſtras mihi attulerat, reſpondere, & nunc me valde brevem eſſe iubet Rectoratus Academici, quo per Dei gratiam, voluntate ſuperiorum, pro tempore fungor, officium. Gratam fuiſſe V. R. D. meam de quaeſtione propoſita reſponſionem laetor. Opto autem ex animo, commode ſine detrimento caeleſtis veritatis liticulam iſtam ſopiri poſſe, ne Eccleſia inde ſcandalum capiat. Video, controuerſiae ſtatum non ab omnibus ſimiliter formari. Vos *de re*, Antagoniſtae veſtri *de modo* loquuntur. Mallem priuatis potius colloquiis componi, quam publicis vel concionibus vel ſcriptis agitari. Vbi compoſita fuerit lis, atque amice Collegas conſentire intellexerint auditores, tum demum vtiliter rem ipſam pro concione explicari poſſe exiſtimo. Videbit V. R. D. quid e re Eccleſiae futurum ſit, atque eo omnia ſua conſilia diriget.

Praeſens Tabellarius Henrich Schlömer tres mihi numerauit imperiales, totidem promiſi ipſi per V. R. D. vel per meum fratrem M. GERHARDVM HANNEKENIVM redditum iri. Si pecunia, quae B. M. FELICIS nomine huc transmittetur, adhuc apud vos aſſeruatur, V. R. D. meam fidem liberabit, aut Fratri, vt hoc fideliter faciat, literis ſignificabitis. Vale, *reuerende Vir*, in Patriae &

Ecclesiae commodum diutissime. Dabam Marpurgi 26, Ian. An. 1637.

T. R. D.

addictissimus

MENO HANNEKENIVS. D.

IV.

Epistola M. ANTONII BVSCHERI ad D. MENONEM HANNEKENIVM.

Immanuel!

Pluribus iam, *V. R. & Clarissime, Frater in Christo dilecte*, pergratis tuis non respondeo ob progressum ad concionem aulicam. Tabellioni huic Imperiales solui, quos frater M. GERHARDVS restituit mihi de pecunia R. T. nomine ipsi data. Consilium tuum de nota controuersia non improbo. Silent & iam, qui ex inuidia vel ignorantia mihi, imo S. S. verbis aduersi. Et rem & modum rei priuatim ipsis odiosum impugna-

gnatum esse constat. Salutem enim a Christo partam, verbo & Sacramentis oblatam, & fide hic in regno gratiae sub peccato, cruce & nostrae vitae imperfectitudine apprehensam negatam esse & omnia ad visionis regnum translata, fuit istorum opinio.

Sint Deo gratiae, quod superauit malum non paruum & vitae rectitudinem impediens; faxit, vt omnes in agnita veritate consistant. Dominus S. Sluterus diem suum obiit, Vale in Domino d. 17. Febr, 1637.

T. R. A.

M. ANT. BVSCHERVS.

V.

D. MENONIS HANNEKENII
ad D. CAELESTINVM MISLENTAM
Epistola.

Admodum Reuerende, Nobilissime & Excellentissime Domine Doctor, Fautor, Amice & in Christo Frater pie colende,

Non

Non ſine animi moerore intueor Veſtratis Eccleſiae & inclytae Academiae ab admod. R. V. Excell. delineatum ſtatum. Nuperrimae Veſtrae ſpem faciebant alicuius ſalutaris remedii a Conſiliariis Electoralibus & Prutenicis Statibus propoſiti, vt ſc. omnium controuerſiarum ſtatus accurate ab vtraque parte formaretur, ſicque totum negotium Academiis & Conſiſtoriis inuariatae Auguſtanae Confeſſioni ſincere addictis diiudicandum committeretur, in quo iudicio acquieſcere tenerentur partes litigantes. Ita conſultum fore & veritati & paci veſtrae ſperaui. Sed conſilium hoc ab Antagoniſtis veſtris repudiatum eſſe, retulit elegantis animi Iuuenis Dn. M. FRID. WILH. LYSERVS. Res igitur Deo commendanda eſt; ipſi ſuae Eccleſiae ſalus curae erit.

Anticriſin veſtram amicus quidam ante paucos dies legendam obtulit; perlegere per occupationes nondum licuit. Monebat amicus idem, & mei mentionem factam eſſe in literis Dn. D. CALOVII, quas cum auide inſpexi, miratus ſum in ane iſtud ſomnium, Dn. D. LATERMANNI me in tranſitus adiiſſe, meque ſibi fauentem & addictum deprehendiſſe. Non memini, me vnquam vllum LATERMANNVM vidiſſe. Homini quidem & Doctori Theologo faueo & inſeruire cupio; ſed errores & nouitates verbo Dei re-

pu-

pugnantes approbare non possum. Non Theologi; imo non Christiani nomine dignus forem, si בלב ולב scriberem vel loquerer, aut lingua in rebus tam sacris sibi minus constaret. Misit ad me Dn. D. LATERMANNVS per Studiosos quosdam *Declarationem suam Apologeticam*; non tamen vllam ad illum literulam remisi, quamuis ex ipsius apparere videatur. Attamen cum *in praefatione ad Prutenicos Proceres* & *Lectorem* se ab imputatis erroribus immunem non obscure profiteatur, & promittat, se pacis causa linguam correcturum; putarem & hoc medio litem componi posse, si conceptis verbis Dn. D. LATERMANNVS contestaretur, se Corpori Prutenico animo & calamo subscribere, errores obiectos tota mente detestari, cum libris Symbolicis & aliis orthodoxis Theologis, quos vos hactenus imitati estis, locuturum, phrasesque nouas suspectas & scandalosas; etiam illas, quae has turbas excitarunt, quamuis nihil incommodi illas continere arbitratus sit, vitaturum esse. Haec cogitatio animum subibat, cum dictam Praefationem perlegerem. Sed quid e re Ecclesiae, Aca-

demiaeque veſtrae futurum, vos pie diſpicietis.

Programma Senatus Academici Helmſtadienſis legi. Neſcio an R. V. Excell. an vero ipſis Authoribus ignominioſum ſit. Poſterius iudicant omnes cordati, quos quidem mihi audire licuit, non Theologi ſolum, ſed & JCTi. Minus igitur V. R. Excell. iſto turbabitur. Deus illam Eccleſiae ſuae diutiſſime incolumem ſeruet. Lubecae d. 25. Mai. Ann. 1649.

T. adm. R. Excell.

obſerv.

MENO HANNEKENIVS, D.



VI.

VI.

M. IOACHIMI HENRICI OSTERMEIER

COMMENTATIO ad VERBA Lev. X, 6.

quibus praeceptum de capitibus non nudandis Aaroni eiusque filiis superstitibus Eleazari & Ithamari inculcatur.

CONSPECTVS.

§ I. *Verba textus sacri, quibus praeceptum continetur, adducuntur, additis interpretationibus Vulg. Alex. Paraphrastarum Chaldaeorum ac Arabum, & simul differentia* τῶν *Thargumim a Vulg. & Alexandr.*

§ II. *Inquiritur in significationem biblicam radicis* פרע, *quam excepto Iud.* V. 2. *significationem denudandi esse probatur.*

§ III. *Exinde infertur,* τῷ פרע *in loco nostro Mosaico significationem nudandi tribuendam esse, quae ab obiectionibus vindicatur & praeterea ex contextu stabilitur.*

§ IV. *Vox Interpretum Alexandr.* ἀποκιδαρόω *illustratur.*

§ V.

§ V. Rationem, cur Aaron filiique capita vetentur denudare, vitationem luctus esse indicatur.

§ VI. Rationes cur a luctu auocentur proferuntur.

§ VII. Selecta ex antiquitate sacra de Tiaris sacerdotalibus.

§ VIII. De ritu capitis operiendi in Sacris V. T. & amentis, quibus eundem in finem Tiarae sacerdotales instructae erant, vbi simul BRAVNIVS notatur.

§ IX. Rationes, cur operto capite Sacerdotes ministrarent, proferuntur.

§ X. De ritu capitis operiendi in Gentilium & praesertim Romanorum Sacris.

§ XI. Contra ALEXANDRVM ab ALEXANDRO, BRISSONIVM, TAVBMANNVM & LAKEMACHERVM euincitur, ritum hunc in superstitiosis Gentilium Sacris obseruatum non mere Romanum esse.

§ XII. Colophon Commentationi cum verbis PRIDEAVXII imponitur.

§. I.

Non e multis sed nobilis inprimis & sacrae antiquitatis notis impressus ac quasi insignitus locus est, qui Lev. X, 6. extat, vbi Moses Aaroni, eiusque filiis superstitibus, Eleazari & Ithamari interdicit, ne Nadabum & Abihu ferali ac coelitus demisso igne letho datos, solito luctu prosequantur, ac propterea lege diuina auctoritate munita illos capita denudare vestesque lacerare vetat, quae lex Lev. 21, 10. repetitur

titur, ibique ſigillatim ſummis ſacerdotibus perpetuo obſervanda proponitur. Non tamen in argumento de laceratione veſtium noſtra opera verſabitur, quod a praeſtantiſſimis Viris IS. CASAVBONO 1), MELCH. LEIDEKKERO 2) & IOH. CHRISTOPH. WICHMANNSHAVSEN 3), aliisque, quos praetermittimus, praeclare excuſſum eſt. Expendenda nobis tantum erunt haec verba Moſaica, quae in contextu ſacro leguntur: ראשיכם אל־תפרעו *Vulgatus* haecce vertit: *Capita veſtra nolite nudare*; *Alexandrini*: τὴν κεφαλὴν ὑμῶν οὐκ ἀποκιδαρώσετε, quos diuus AVGVSTINVS ex antiqua verſione Itala, quae ex Graeca Alexandrina facta erat, ad verbum expreſſit: *caput veſtrum cidara non denudabitis* 4). ONKELOS, Paraphraſtes Chaldaeus, in alia omnia hic abit & haec verba reddit: רישיכון לא־תרבון פירוע. *capitum veſtrorum non multiplicabitis comam.* In altero Lev. 21, 10. idem, numero & perſona mutata, extat. Cum quo conſentit Paraphraſis Chaldaea altera, IONATHANIS nomine vulgo trita. Arabica interpretatio ab ERPENIO edita in noſtro loco habet: *Caeſariem*

1) Exercit. XVI. in BARONIVM n. 68. p. m. 428. 2) De Republ. Hebr. L. X. Cap. I. §. VIII. p. 577. ſq. 3) Differt. de laceratione veſtium apud Hebraeos vſitata Vitemb. 1716. 4) Quaeſt. XXXII. ſuper. Leuitic. Tom. IV. Opp. P. I. p. m. 276.

ſariem capitis veſtri non creſcere faciatis; in altero Lev. 21, 10. idem, numero & perſona mutata. In Arabica verſione SAADIAE extat: *Capita veſtra non diffundatis* (capillitio ſcilicet luxuriante); in altero, mutato numero & perſona, idem repetitur 5). Hebraeorum denique Magiſtros, quotquot traditionum & gloſſematum patriorum tenaces ſunt, a partibus ONKELOSI ſtare certum eſt ac exploratum. Antiquiſſimus enim & ad tertium p. Chr. n. ſaeculum referendus Commentarius Iudaicus in Leuiticum, qui ספרא ſeu תורת כוהנים vocatur 6), ad hunc locum P. 2. fol. 55. eandem cum Chaldaeo interpretationem profert. MAIMONIDES in *Hal. Kele Hammikdaſch* Cap. V. §. 6. cuius verba IOH. IAC. HOTTINGERVS protulit 7), verbum פרע opponit tonſioni ſingulis veſperis Sabbathi a ſummo Sacerdote obſeruandae. A quo non diuerſus eſt SALOMON IARCHI, qui ad locum noſtrum אל תגדלו שער מכאן שאבל עשר *ne hinc alatis capillitium vt lugentes faciunt*, & ad Lev. 21, 10. לא יגדל פרע אל אבל *non nutriet capillitium propter luctum*, annotat. Quibus addimus LEVI

5) Cit. SELDENO de Succeſſione in Pontificatum Hebr. L. II. Cap. V. p. m. 468. 6) Vid. IOH. BVXTORF. Biblioth. Rabbin. p. 389. 7) In notis ad GOODWINI Moſen & Aaron. p. 94.

LEVI BARZELONITAM in ספר החנוך seu Catechismo suo Iudaico tradentem: שלא וכוסי הכהנים למקדש מגודלי שער כמו שעשו האבלים כלומר שלא יגדלו שערותיהם כלומר ראשיכם אל תפרעו *Non ingrediantur Sacerdotes sanctuarium, promissum alentes capillitium, quemadmodum facere solent lugentes, sicut dicitur: non nutrient comam suam, quod videlicet dicitur* (scil. Lev. 10, 6.) ראשיכם אל־תפרעו 8). Nec dissimulandum est, non deesse e Christianis insignis eruditionis viros, quibus interpretatio Thargumica, quam Rabbini sequuntur, placuit. Probari illam videas PAVLO FAGIO 9), VAL. SCHINDLERO 10), IOH. SELDENO 11), IOH. MARSHAMO 12), IOH. SPENCERO 13) aliisque, quibus quoque THEODORVS DASSOVIVS iungendus est 14).

§. II.

Vt vero luculentius cognoscamus, quae genuina horum verborum interpretatio sit, in significationem biblicam verbi פרע nobis in

8) Vid. IOH. HENR. HOTTINGERI Ius Hebr. Leg. CLV. p. 212. 9) Vid. ej. Versio ONKELOSI ad h. l. 10) Lexic. Pentagl. v. פרע 11) l. c. p. 466. 12) Can. Chron. Saec. IX. p. 217. 13) De legibus Hebr. ritualibus L. II. Cap. XXV. p. m. 429. 14) Dissert., qua Scholia Critic. in Leviticum in Anglia & Belgio edita ad veterem Historiam Hebraeam reuocantur. Vitemb. rec. 1713, p. 14.

inquirendum eſt. Quod ſi vero Concordantias Hebraeas euoluamus, in Scriptura Sacra hac voce generatim *denudationem*, *remotionem* ſeu *reiectionem* indicari conſtat 1). Ex. 32, 25 Populus Iſraeliticus recens in idololatriam prolapſus dicitur פָּרֻעַ *nudatus* כִּי־פְרָעֹה אַהֲרֹן לְשִׁמְצָה בְּקָמֵיהֶם *quia eum nudauerat Aaron; vt ludibrio eſſet inter inſurgentes in eos* ſeu hoſtes. Minime hic exprimitur emphaſis τοῦ פרע, ſi nudatio haec ſolum ad ornamenta inaurium populi referatur, ex quibus Aaron vitulum conflauerat, & ſic populum nudauerat, ornamentis ſcilicet iam deſtitutum. Additur enim, quod Aaron nudauerit ipſum לשמצה בקמיהם *in ignominiam coram inſurgentibus in eos*, τοῖς ὑπεναντίοις αὐτῶν *aduerſariis eorum*, vt Alexandrini habent. Nihil autem intererat hoſtium, quod Iſraelitae inauribus deſtituerentur, nec vlla hinc infamia adſpergebantur. Accedit, quod eiusmodi hic nudatio intelligenda ſit, ob quam Moſes auctoritate diuina ſeuere in Iſraelitas animaduertit v. 26. 27. 28. Recte proinde cum OLEASTRIO, RIVETO 2) & CLERICO 3) exiſtima-

1) Excipiendus tamen hic eſt locus Iud. 5, 2. vbi פרע aptiſſime ex vſu in Chaldaismo frequenti ſignificationem *vlciſcendi* habet. Conferatur ad h. l. SEB. SCHMIDIVS Comment. p. 457.
2) Commentar. in Exod. ad h. l. T. I. Opp. p. 1186. vbi ſimul Oleaſtrii verba leges.
3) Commentar. in Exod. ad h. l.

mamus, in hoc loco metaphoram Hebraeam a vestibus desumtam obtinere, verumque Numinis cultum & gratiam Dei cum illo connexam, ac diuinum patrocinium vesti conferri, praesertim cum alias in scriptura s. non inusitatum sit, vt peccatis dediti & vero Numinis cultu eiusque gratia ac fauore destituti *nudi* vocentur Gen. 3, 10. Apoc. 3, 18. Vt autem vestibus detractis homo nudatus aliis ludibrio est; sic Israelitae, qui idololatriae crimen admiserant, destituti vero Numinis cultu ac praerogatiuis genuinorum Numinis cultorum nudati, hostibus suis ad ignominiam obiiciebantur. *Commutauerant* enim, quae ex Psalm. 106, 20. repeto, כבדם *gloriam suam*, cultum scilicet veri Dei (qui clypeus & gloria piorum est, Psalm. 3, 4.) *cum structura seu simulacro bouis.* Vox denique פרע Prov. 1, 25. *remotionem* seu *reiectionem consilii*, Prov. 4, 15. *reiectionem viae improborum*, Cap. 8, 33. c. 13, 18. c. 15, 32. *reiectionem disciplinae* significat. Addimus hisce bigam locorum, in quibus פרע cum voce ראש constructum est Lev. 13, 45. & Num. 5, 18. De leproso Lev. 13, 45. praecipitur: וראשו יהיה פרוע ועל-שפם יעטה *et caput eius sit nudatum, et mystacem cooperiet.* SPENCERVS quidem l. c. nec hic in τῷ פרע nudandi significationem agnoscit, sed verba hebraea וראשו יהיה פרוע ex SCHINDLERO exponit, & *caput eius erit liberum*

(*a no-*

(*a nouacula nempe vel forcipe*) *in luctus testimonium.* Cum enim sequatur & *labrum eius cooperiet*, necesse esse existimat, vt verba praecedentia de capite aperto perperam intelligantur: nisi credatur, Antiquos in moerore constitutos caput apertum, os autem velatum simul habuisse, adeoque luctum ritu plane contrario indicasse. Sed salua res est, nec tanti momenti ratio SPENCERI est, vt hic significationem nudandi a פרע seiungamus. Praetermitto, expositionem doctissimi Viri merito coactam censeri, vtpote in qua anxie & operose de nouacula & forcipe cogitandum erat, vt aliqua ךָ֗ פרע notio responderet, & quidam sensus ex verbis Mosaicis exquireretur; cum tamen longe apertius alibi dicatur, si de capillitio nouacula non abradendo praecipitur. Conferatur modo Num. 6, 5. lex Naziraeo praescripta, vbi eidem inculcatur:

כל־ימי נדר נזרו תער לא־יעבר על־ראשו

Omnibus diebus voti Naziraeatus sui nouacula ne transito super caput eius. Existimo autem inprimis in hoc loco obseruandum esse, peculiarem oris vultusque habitum indicari, quo leprosus ab omnibus aliis puris nec lepra infectis & solitis capitis integumentis vtentibus distingueretur. Quapropter hic rectissime frequentissima nudandi significatio retinetur. Deinde hoc quoque notandum est, ipsos Thalmudicos significationem *nudandi* hic praetulisse; quamuis alii Rabbini hic in

par-

partes scindantur, & quidam in hoc loco de promisso capillitio cogitent, quos etiam LEVI BARZELONITA sequitur 4). Sic enim Mischnici memoriae prodiderunt: מה בין איש לאשה האיש פורע ופורם ואין האשה פורע ופורמת. *Quid discriminis inter virum & foeminam? Vir* (leprosus) *se nudat* (vestemque) *discindit: nec foemina nudat se, nec* (vestem) *discindit.* Nam ex more Iudaico nudatio capitis in publico foeminis probro erat 5). Subdubitauerim denique, an hic tuto SPENCERVS ad ONKELOSI consensum prouocet, qui hic habet: ורישה יהי פרוע, cum τὸ פרע saepe in Chaldaismo *nudatum* & *retectum* significet. Hinc Paraphrasis Chaldaea, quae IONATHANIS nomen praefert, & Hierosolymitana Exod. 22, 25. habet: ארום פריען אנון *quod nudi essent illi.* Idem de radice פרע liquet, quae in laudatis Paraphrasibus, in Exodi loco modo citato, *nudandi* significatione gaudet. Verba enim hebraea כי־פרעה אהרן vertunt ארום פריען אל ידי דאהרן *nudati erant per manus Aaronis.* Subiungimus hisce ONSKELOSVM,

G 2 ver-

4) Vid. IOH. HENR. HOTTINGERI Ius Hebr Leg. CLXIX. p. 239. 5) Vid. Liber Mischnicus Sota ex edit. WAGENSEILII p. 446. sq. add. locus ex Rabbath fol. 230. col. 3. a Wagenseilio l. c. p. 43. allegatus, & IOH. BEN. CARPZOVIVS in Notis ad Schickardi Ius regium Hebr. p. 356.

verba contextus ſacri Num. 5, 18. mox profe-
renda vertentis: ויפרע ית־רישא דאתתא
et nudabit caput mulieris. Animadvertamus quoque clariſſima verba ex inſigni loco Num. 5, 18. vbi ſacerdoti praecipitur, foeminae adulterii ſuſpectae & accuſatae caput nudare, priusquam aquas amaras maledictionem reis inferentibus epotaret: ופרע את־ראש האשה & *nudabit caput mulieris.* Denudationis huius modum docte & eleganter exponit SAL. IARCHI ad h. l. סותר את קליעת שערה כדי לבזותה מכאן לבנות ישראל שגלוי הראש גנאי להם: *Diſturbans cirros capillitii eius, quantum ſufficit ad exponendam eam contemtui. Exinde* (conſtat), *quod filiabus Iſraelis caput retectum ignominiae ſit.* Cui addantur Miſchnici in Sota 6).

§. III.

Cum igitur ex vſu biblico frequentiſſimo *nudandi*, *abiiciendi* & *remouendi* ſignificatio radici פרע propria ſit, nec vllus in Scriptura S. extet locus, vbi *capillum alere* innuat; nihil nobis cauſſae eſt, quamobrem alienam nullaque auctoritate aliorum Codicis ſ. locorum ſuffultam eidem in loco noſtro Moſaico tribuamus. Quapropter ratam merito habemus Grae-

6) Cap. 1. Miſchn. 5. p. 28. ex ed. Wagenſeil. p. 42. coll. AND. ACOLVTHO de Aquis amaris p. 270. ſq.

Graecam Alexandrinam & Vulgatam latinam horum verborum interpretationem 7), ac ONKELOSVM cum Pseudo IONATHANE hic, vt alias, vacillare existimamus 8). Frustra certe ex versionibus Arabicis suae sententiae subsidium comparare student SELDENVS & SPENCERVS l. l. c. c. quia hic Thargumistas Chaldaeos a vero deflectentes sequuntur, & ad textus hebraei amussim expendendae sunt. Minime quoque Magistrorum Hebraeorum nos moueat auctoritas, quibus alias solenne est, trita & frequenti via relicta, per deuios oberrare tramites, & propterea caute admodum fides habenda est, nisi falli & decipi velimus. Verum nec illud reticendum est, inter ipsos gentis recu-

7) Probatur quoque HIERONYMO nudandi significatio in hoc loco, quod ex epistola eius ad Paulum super obitu Blesillae obseruamus. Vbi *Nos vero*, inquit, *qui Christum induimus, & facti sumus iuxta Apostolum genus regium & sacerdotale, non debemus super mortuos contristari. Et dixit* (inquit) *Moyses ad Aaron & Eleazar & Ithamar filios eius, qui relicti erant: Caput vestrum non denudabitis. Opp.* Tom. I. p. 103. 8) Vid. indicem naeuorum Paraphrastarum Chaldaeorum apud IOH. GERHARDVM Exeg. Loc. 1. Sect. 1. § 505. p. m. 553. sq. & BELLARMIN. Libr. II. de V. D. Cap. III. Opp. Tom. I. p. 78. Addatur hisce omnino S. R. CARPZOVII, Praesulis Lubecensis, exquisita eruditione & insignibus meritis conspicui, Crit. S. Part. II. Cap. I. p. 455. sqq.

titae melioris notae interpretes non deesse, qui vel dubitent de veritate interpretationis Thargumicae & Rabbinicae loci nostri Mosaici, vel falsam illam esse arbitrentur, & significationem *nudandi* hic retineant. Videas enim ABEN ESRAM, qui Sapientis nomine a gente sua ornatur, ad locum nostrum Lev. 10, 6. suum יש אומרי *sunt qui dicunt*, repetere, cum Thargumicam & Rabbinicam interpretationem producit, & nihil definire. Iudaei vero Hispanienses in antiquissima versione Codicis s. Hispanica in significatione *nudandi* radicis פרע conquiescunt, locum nostrum transferentes: *Vuestras cabeças non descubrades* & Lev. 21, 10. & *sua cabeça non descubrira* cit. SELDENO l. c. p. 467. In meram autem eamque admodum dubiam & incertam coniecturam abeunt, quae MARSHAMVS l. c. pro vindicanda ONKELOSI & ὁμοψήφων interpretatione ex HERODOTO protulit. Obseruat nimirum HERODOTVM L. 2. 36. asserere: τοισι αλλοισι ανθρωποισι νομον αμα, κηδει κεκαρθαι τας κεφαλας τȣς μαλιςα ικνεεται. Αιγυπτιοι δε υπο τȣς θανατȣς ανιεισι τας τριχας αυξεσθαι τας τε εν τη κεφαλη και τω γενειω τεως εξυρημενοι: *apud alios homines more receptum est, vt in luctu statim capita tondeantur, ab iis quos potissimum is attingit; at Ægyptii, in morte suorum, sinunt capitis barbaeque pilos crescere, cum alioquin antea tonsi fuerint.*

Hinc

Hinc ipsi verisimile fit, ONKELOSVM & sequaces recte pro *non alendis comis* pronunciasse; cum enim teste HERODOTO, Ægyptiaci moris fuerit, in luctu alere comam, sacerdotes ab hac consuetudine Ægyptiorum praecepto diuino auocari, quae illos minime decebat. Verum maiori veri specie asseri potest, sacerdotibus propterea interdici, ne capita abiectis tiaris aperiant, & illa cinere conspergant, quia haec consuetudo apud Israelitas inualuerat, quod infra pluribus docebimus 9). Nullum quoque robur inest rationi SCHINDLERI (quam suam facit SPENCERVS), vsum Chaldaicum radicis פרע vrgentis. Coniicit nimirum, cum laudata radix apud Chaldaeos etiam significet *vacuus fuit* & transitiue *liberauit*, in loco nostro Mosaico Sacerdotes prohiberi capita sua vacua seu libera reddere a rasione, ne capilli crescerent & augescerent. Primo enim hoc modo longis ambagibus ellipsis admodum dura & insolens excogitatur. Deinde frequentissimae radicis פרע significationes sunt: *Vltus est*, *vindicauit*, *soluit*, *retribuit*, quo modo verbis hebraeis שלם & גמל respondet, item *nudauit, retexit* 10). Accedit, accurati interpretis esse, non temere vsum biblicum idiomatis authen-

 tici

9) Vid. §. V. huius Commentationis. 10) Conf. IOH. BVXTORFII Lexicon Chaldaico-Thalmud. ad V. פרע.

tici deserere, nec verbi hebraei significationem ex Chaldaica vel alia cognata lingua arcessere; si iustae rationes suadeant, tritam & aliorum locorum inductione confirmatam significationem commodissimam esse. Idem valeat de ratione a significatione radicis Arabicae פרע *Farag* petita, quae obseruante IOH. HENR. HOTTINGERO & doctissimo eius nepote IOH. IACOBO significat *longo & humeris involitante capillitio esse* 11). Infinitis profecto tricis sic interpres implicaretur, ac impediretur, vt vel in clarioribus locis, vbi tuto pedem collocaret, vix reperiret. Ingeniosa, fateor, SELDENI saepius nobis laudati coniectura est, quam ex mente Magistrorum Hebraeorum profert, *cum* 7ò פרע *comam seu caesariem significet, vt Ezech.* 44, 20. & *Num.* 6, 5. *verbum etiam* פרע (*quod saepius quidem retegere aut denudare significat*) *velut ab ea notione factum, pro eo quod est comam nutrire sumi.* Verum minus solida haec recte iudicantur esse, quia haec significatio radicis exemplo plane nullo ex Codice f petito demonstrari potest. Quodsi denique connexionem verborum Mosaicorum animaduertamus, ipse contextus sacer planum facit, consuetam *nudandi* significationem verissimam esse. Etenim Moses Aaronem filiosque superstites in tabernaculo versantes, sacraque obeuntes munia, alloquitur, quibus haud ita pridem

solen-

11) Vid. IOH. HENR. HOTTINGER. l. c. p. 212. & IAC. HENR. HOTTINGER l. c. p. 93.

solenni ritu initiati erant. Quamobrem illis interdicit commate 7, ne atrio sancto egrediantur, vt nempe sacris operari pergerent. Iam vero in perfunctione rei diuinae tum vsus sacerdotalis amictus sacerdotibus ad vnum omnibus iniunctus erat, tum sigillatim summa religione cautum erat, vt capite sacra Tiara operto sacra administrarent, de quibus mox pluribus agemus. Ex hisce denuo conficimus, hanc esse legis Mosaicae vero conuenientem sententiam: capita vestra non denudate, nec abiectis Tiaris luctui indulgete, sed continuate opera sacra. Quibus addimus S. R. nostri I. G. CARPZOVII ἐπίκρισιν, ex connexione textus sacri recte inferentis: *de alendis crinibus tam subito interdicendum non fuisse, quod hoc in eorum potestate non erat, tempusque requirebat, vt capillos demitterent; verum ne detractis Tiaris suis pilos sibi euellant, aut cinere caput conspurcent pro lugentium more* 12).

§. IV.

Perspicue igitur & eleganter Alexandrini interpr. textum Hebraeum vertunt *τὴν κεφαλὴν ὑμῶν οὐκ ἀποκιδαρώσετε.* Quos voce semipersica hic vti animaduertimus,

12) Apparatus Historico-Crit. Antiquit. S. Codicis ad Goodwini Mosen & Aaron. p. 96.

cum ἀποκιδαρόω ex ἀπὸ & voce persica κίδαρις, (quae & κίταρις ab aliis scribitur), composita sit, cuius vocis origo non inepte à BECMANNO aliisque ab Hebraeorum כתר *cinxit in modum coronae* arcessitur. Κίδαρις proprie regum Persarum insigne erat, quibus ad regiam dignitatem euectis Cidaris diademate ornata imponebatur. SVIDAS κίδαριν vocat πῖλον βασιλικὸν τῶν Περσῶν & HESYCHIVS κίδαρις, inquit, πῖλον βασιλικὸν ὃν καὶ τιάραν καλοῦσι, 13): quibus subiungimus

13) Cidaris enim & Tiara eandem rem saepe apud optimae notae Auctores significant, quod exemplo PLVTARCHI & XENOPHONTIS liquet. PLVTARCHVS in Artaxerxe p. 873. testatur, Dario datum fuisse την καλουμενην κιταριν ορθην φερειν. Quam autem PLVTARCHVS κιταριν appellat, XENOPHON Tiaram dixit. Describens enim vestitum CYRI: επι δε τουτοις inquit ηδη αυτος εκ των πυλων προυφαινετο ο κυρος εφ αρματος ορθην εχων την τιαραν και χιτωνα πορφυρουν: *Posthaec vero ipse conspiciebatur Cyrus ex portis super currum rectam tiaram habens, & tunicam purpuream.* Cyropaed. l. VIII Opp. p. 127. ed. H. STEPHANI. Solis enim Persarum Regibus recta tiara seu acuta instar metae vti licebat. Hinc TISSAPHERNES apud XENOPHONTEM l. II. de expeditione Cyri minoris Opp. p. 170: την μεν γαρ επι τη κεφαλη τιαραν βασιλει μονῳ ἐξεστιν ὀρθην εχειν: *Tiaram enim capite*

mus Q. CVRTII locum: *Cidarim Persae regium capitis vocabant insigne: hoc coerulea fascia albo distincta circumibat* 14). Quod Alexandrini Interpr. voce ἀποκιδαρόω exprimunt; ob similitudinem quandam Tiarae sacerdotalis & Persarum Cidaris, PHILO verbo ἀπομιτρόω eloquutus est. Respiciens enim

pite rectam gerere soli Regi licet. Proceres autem & milites tiaram κεκλιμενην *inclinatam* seu depressam gestabant. Vid. SVIDAS v. τιαρα coll. PASCHAL. L. IX. de Coronis Cap. 18. & IOH. NICOLAI, in Not. ad SIGONIVM de Republica Hebraeorum L. V. Cap. 11. p. 324. Tiara praeterea diademate regiae frontis nota insignis erat. Hinc XENOPHON Cyropaed. l. c. de Cyro tradit ειχε δε και διαδημα περι τη τιαρα, *habebat etiam diadema circa Tiaram.* HESYCHIVS illud vocat ςεμμα βασιλεως, LVCIANVS in Dialogo Diogenis & Alexandri Tom. I. Opp. p. m. 175. ταινιαν λευκην, *fasciam candidam*, PLINIVS L. VII. Hist. Nat. p. m. 127 *regum insigne* appellat. Vid. plura apud FREINSHEMIVM l. c. & CASAVBONVM ad Sveton. Caesarem Cap. 79. p. 89. ed. Schild.

14) L. III. Cap. 3. coll. IOH. FREINSHEMII Comment. ad. h. l. Plura de cidari dabunt BARNAB. BRISSONIVS de Regno Persarum L. I. p. 7. ALEX. ab ALEXANDRO dierum genialium L. I. Cap. 28. fol. 46. IOH. GERHARD. Tomo VI. L. I. l. I Theol. de Magistratu §. 96. p. m. 729. & DILHERR. Tom. I. Disput. Acad. p. 140. sq.

enim ad Lev. 21, 10. de summo Sacerdote asserit: *καὶ ὅτι τὴν κεφαλὴν ὐδέποτε ἀπομιτρώσει, quod autem nunquam* (scilicet in luctu) *caput mitra priuabit* 15). Addamus hisce eiusdem ex L. II. de Monarchia verba, in quibus alio & elegantiori loquendi modo eandem rem tradit: *κελευει δε μητε τα ἑιματα περιρρηττειν ἐπι τοις ὀικειοτατοις ἀποθανυσι, μητ' ἀφαιρειν ἀπο της κεφαλης τα παρασημα της ἱερωσυνης, μητε συνολως ἐκ των ἁγιων ἐξιεναι κατα προφασιν πενθυς: Idem vetatur in domestico luctu vestimenta scindere, et insigne sacerdotii capiti suo detrahere, aut omnino ex sancto propter luctum exire* 16).

§. V.

Cum vero Aaron filiique vetentur sacerdotalia integumenta capitum deponere, ne luctui vacent, illos inprimis ab externis luctus signis auocari certum est, & ex proxime sequentibus verbis clarissime colligitur, quibus a laceratione vestium prohibentur. Nec enim dubitandum est, quin diem illum, quo Pater filios, Eleazar & Ithamar fratres misere prostratos viderunt, acerbum & sibi luctuosum experti sint. Facile etiam lugubrem

15) Vid. PHILONIS liber de Profugis Opp. p. 466. 16) Opp. p. 828.

brem Aaronis animum ex ipsius verbis comm. 19. colligas, quas ϛοργας naturales Deus minime extinctas voluit. Interdicitur igitur illis, ne abiectis Tiaris tristes & conturbati ex tabernaculo egrediantur, nec vel capillitium radant, quod in luctu factum Ier. 7, 29. Mich. 1, 16. vel caput cinere aspergant, quem ritum familiares Iobi c. 2, 12. Iosua ac Israelitarum proceres Ios. 8, 6. Thamar 2 Sam. 13, 19. Mardochai Esth. 4, 1. & Iudaei Esth. 6, 1. obseruabant 17); quapropter cinis acerbissimi luctus symbolum est, & Ies. 61, 3. pro luctu accipitur. Moris qui-

17) Ritum spargendi cinerem in caput etiam a lugentibus aput Gentes obseruatum esse constat. Sic HOMERVS de Achille Patrocli obitum lugente Iliad. L. XVIII. v. 25. 26. 27. p. m. 649. argute canit: τον δ' αχεος νεφελη εκαλυψε μελαινα αμφοτερησι δε χερσιν ελων κονιν αιθαλοεσσαν χευατο κακκεφαλης, χαριεν δ' ησχυνε προσωπον. *Hunc vero doloris nebula obtexit nigra. Ambabus autem manibus capiens puluerem atrum, fudit super caput, gratiosam vero deturpauit faciem.* Et Laertem Patrem Vlyssis eodem ritu lugentem fingit Odyss. Libr. XXIV. p. 665. Apud VIRGILIVM similiter Latinus Rex Laurentum moerens fingitur: *Canitiem immundo perfusam puluere turpans.* Aneid. L. XII. v. 611. coll. SERVIO ad h. l. Plura dabunt ALEX. ab ALEXANDRO. l. c. L. III. Cap. 8. fol. 128. sq. RAVANELLVS Biblioth. S. v. CINIS. & IOH. NICOLAI de luctu Graecorum Cap. 11. p. 140. sqq.

quidem apud Hebraeos erat, vt lugentes capita velarent praesertim in luctu, quem casus improuisi ac tristes afferebant, quod exemplo Davidis, tum miseram suam sortem deplorantis 1. Sam. 15, 30. tum Absolomi interitum lugentis 1 Sam. 19, 5. & ex oraculo Ier. 14, 3. 4. probatur. Recte proinde DAV. KIMCHI ad 1. Samuel. 19, 5. notat: כתרגומו כריך כי כן דרך האבלים להתעטף לאט: *Sicut interpretantur* כָּרִיךְ *operuit* (sic enim לאט hebraeum Chaldaeus transtulit): *quia consuetudo tulit, vt lugentes se obuelarent.* Quamuis autem moerentes sub initium luctus consueto integumento ac ornatu caput nudarent, deinceps tamen illud vel pallio vel peplo alioque lugubri involucro obnupserunt. Quamobrem minus recte PISCATOR ex loco nostro & Ezech. 24, 24. quem CLERICVS ad h. l. & Lev. 13, 25. & GOODWINVS 18) aliique sequuntur, coniicit, lugentes capite nudo & puluere consperso incedere consueuisse. Discrimen enim, quod recte obseruat b. GEIERVS 19), hic statuendum est, tum ratione temporum, ita, vt qui sub initium luctus caput solito integumento priuauerat, mox illud altius obuelaret; tum ratione locorum, vt qui domi forsan

18) Mosis & Aaron Libr. VI. Cap. 5. p m. 919.
19) De luctu Hebraeorum p. 166. coll. S. R. I. G. CARPZOVIO l. c. p. 649.

forsan capite denudato sedit, peplo illud eo magis obtegeret, quando exeundum ipsi ad alios erat, aut cum alii lugentem conuenirent.

§. VI.

Singulares sine dubio & graues suberant rationes, cur Aaron filiique superstites a luctu prohiberentur, qui toti populo indictus erat. Nam eodem commate perhibet Moses: *Sed fratres vestri, tota familia Israelis, destebunt hoc incendium, quod incendit Iehova.* Hasce vero caussas hinc imprimis desumendas esse arbitror, quia I. hoc ipso die, quo tristissimus Nadabi & Abihu interitus contigit, ministerium altaris inchoatum erat, octavo scilicet post septem consecrationis dies, cum Aaron & filii pro se & populo sacrificarent, quod clarissime colligitur ex comparatione commatum 3. & 15. Cap. 9. Lev. cum commate 16. Cap. 10. 20). Cum igitur non ita pridem Deo eiusque cultui consecrati, ac eodem tempore in sacris faciendis occupati essent, immodica priuati doloris testificatio grauitati muneris minime conuenisset. Spectant huc quoque verba Mosis

20) Conf. IOH. LIGHTFOOT Chronica temporum & Ordo Textuum V. T. Tom. I. Opp. p. 30. Addatur IOSEPHVS Antiq. L. III. C. 10. p. 89.

Mosis comm. 7: *Neque a porta tentorii conuentus exite, ne moriamini, nam oleum unctionis Iehouae super vos est.* II. Paucitas sacerdotum obseruanda est, quorum numerus tum temporis tribus personis, Aarone videlicet eiusque duobus superstitibus filiis, absoluebatur. Facile enim tristitia abrepti a contactu extinctorum fratrum pollui poterant. Quoniam vero immundities legalis a mortuis contracta elapsis demum septem diebus plene eluebatur, per cinerem scilicet iuuencae Num. 19, 9. 11. 12. 21); Aaron filiique residui a luctu propterea auocantur, vt in facienda re diuina rite pergere possint. Quodsi enim illos cerimonia funebri contaminari contigisset, nulli alii fuissent, qui sacrificia peragere potuissent. III. Nec denique praetermittenda est diui AVGVSTINI ratio, quippe qui idcirco eos a luctu auocari autumat, quia in Nadabi & Abihu *poena sanctificatus est Dominus, id est commendatus est timor eius* 22), quod testatur Moses Lev. 10, 3. Deus nimirum Exod. 30, 20. sacerdotibus grauissime edixerat, vt *sacrificium adoleant igne absumendum Iehouae.* Hac ergo seuera animaduersione & supplicio, quo in Nadabum & Abihu vsus erat, demonstrauit, quanti referat, ex eius praescripto, quae ad sacrorum cultum spe-

21) Add. MAIMONIDIS More Neuochim Part. III. 47. 22) Vid. l. c.

ſpectant, peragere. Accedit, ad totius populi exemplum hanc poenam illis immiſſam eſſe, qui triſtiſſimo hocce ſpectaculo admonebatur, praecepta diuina reuereri, iisdemque morem gerere. Proinde ſacerdotibus maxime dignum erat a luctu ſibi temperare, ac iudicia diuina ſubmiſſo animo venerari. Excurrit hic in laudes Aaronis IOSEPHVS, eiusque conſtantiam eximio orationis cultu praedicat 22). Adſunt etiam ex gentibus illorum exempla, qui improuiſam & inopinatam filiorum mortem forti animo exceperunt, cum in faciendis ſacris occupati fuerunt. Cum XENOPHONTI hoſtias immolanti nunciatum eſſet, Gryllum filium in acie periiſſe, depoſita ſolum corona in ſacrificando perſtitit, eandemque mox capiti repoſuit, cum certior redditus eſſet, illum fortiter dimicantem occubuiſſe 23), quod ipſum etiam ante XENOPHONTEM MINOS Gratiis litans fecit 24). Illuſtre hic imprimis eſt HORATII PVLVILLI exemplum, quod praeter LIVIVM 25) VALERIVS MAXIMVS 26) commemorat: *Horatius Puluillus, cum in Capitolio Ioui Optimo Maximo aedem Pontifex dedicaret, interque nuncupationem ſolennium verborum poſtem tenens*

22) L. p. a. c. 23) ÆLIANVS Var. Hiſtor. L. III. C. 3. p.m. 167. 24) Vid. APOLLODORVS L. III. Biblioth. cuius verba profert KVHNIVS ad Æliani l. c. 25) L. II. Cap. 8. p. m. 52. 26) L. V. Memorabilium Cap. 10. p. m. 186.

nens, mortuum esse filium suum audisset; neque manum poste remouit, ne tanti templi dedicationem interrumperet; neque vultum a publica religione ad priuatum dolorem deflexit: ne Patris magis, quam Pontificis partes egisse videretur. Tolle, inquit, cadauer.

§. VII.

Ceterum vestigia sacrae antiquitatis in loco nostro Mosaico cernere licet. In memoriam enim hic nobis revocantur sacrae Tiarae, ad decus & honorem sacerdotii V. T. comparatae, Exod. 28, 40. integumenta illa & ornamenta nobilissima, quibus sacris operantes sacerdotes vsi sunt. Nostri quidem instituti non est, nec limites, quos opellae nostrae fiximus, permittunt, vt sacrae antiquitatis delicias de מצנפת seu *cidari* summi sacerdotis & מגבעות seu *pileis sacris* aliorum sacerdotum pluribus persequamur: indicasse tamen sufficiat, Tiaram, tum summi sacerdotis tum gregariorum, fasciam fuisse sedecim vlnarum 27) candidissimi

27) Non quidem ex Scriptura S. liquet, quanta longitudo fasciae fuerit; vnanimi tamen consensu Hebraeorum Magistri illam XVI ulnarum fuisse tradunt. MAIMONIDIS hic verba tantum legisse iuuabit: המצנפת של כהן גדול או הדיוט ארכו ששה עשר אמות׃ *Tiara summi sacerdotis aut vulgarium longitudinis* (est) *sedecim cubitorum.* Vid. *Hal. Kele Hammikd.* saepius nobis laud. Cap. 8. §. 19.

mi & ſubtiliſſimi lini 28) multis voluminibus contortam & in arcuatam formam
H 2 flexam

28) Frequentiſſimi vſus in ſacris veſtimentis linum optimae notae erat, ex quo non tantum IV veſtes gregariorum ſacerdotum, Tunica, Femoralia, Tiara & Balteus confectae erant; ſed etiam IV. ex octo illis veſtibus ſummi ſacerdotis, quae vulgo ab Hebraeorum Magiſtris בגדי זהב *veſtes aureae* nuncupantur (de quibus conf. MAIMONIDES l. p. a. c. §. 1.), nimirum Tunica, Femoralia, Tiara & Balteus ex lino praeſtantiſſimo conſtabant. De Tiara ſummi ſacerdotis ſigillatim Deus Moſi praecipit ועשית מצנפת שש & *confici curabis tiaram lineam* Exod. 28, 39. idem de Tiaris gregariorum ſacerdotum Scriptura S. teſtatur, quod videlicet Bezaleel & Ahaliab inter plurima ſacra vtenſilia etiam את פארי המגבעות שש *ornamenta mitrarum*, ſeu *elegantes tiaras lineas* confecerint Exod. 39, 28. Quamuis interim reperiantur Interpretes, qui *7o* שש, quod ll.cc. aliisque e. g. Ex. 25, 4. Cap. 28, 5. extat, vel per *ſericum album* exponant, quae ſignificatio B. LVTHERO placuit, vel *Xylinum* aut *Goſſypium* cum IVNIO, TREMELLIO aliisque vertant, rectiſſime tamen aſſeritur, hac voce linum praeſtantiſſimum indicari. Ipſa enim Scriptura S., norma quoque ſacrarum antiquitatum certiſſima, ſe ipſam exponit, cum Ezechiel Cap. 44, 17. 18. loco vocum שש & בד, quibus Moſes materiam ſacrorum veſtimentorum indicauerat, vocem פשתים, quae *lina* proprie dicta ſignificat, adhibeat, & ſacerdotibus בגדי פשתים *veſtes lineas* v. 17. ac פארי פשתים *pileos lineos* v. 18. tribuat. Illuſtratur denique ſignificatio *78* שש tum ex Ale-

Alexandrinis Interpr., qui hanc vocem βυσσον vertunt, tum ex Paraphrastis Chaldaeis, quibus vsitatum est, eandem vocabulo בוץ, quod emphatice בוצא dicitur, interpretari. βυσσος ex frequentissimo vsu apud Graecos linum eximium, subtilissimum & candidissimum designat, quo modo HERODOTVS L. II. Cap. LXXXVI. *σινδονος βυσσινης lintei praestantissimi* iniicit mentionem, quibus *οι ταριχευται pollinctores* cadauer ablutum peracta reliqua conditura apud Ægyptios inuoluerint. POLLVX, Onomast. L. VII. Cap. 15. docet: *και μεν και τα βυσσινα και ή βυσσος λινȣ τι ειδος παρ' ινδοις, Etenim & byssina & byssus lini quaedam species apud Indos.* βυσσον in Scriptura S. passim *τη πορφυρα* iungi obseruamus Prov. XXIX, 22. Esth. I, 6. Cap. 8, 15. Luc. XVI, 9. unde colligitur, pretiosissimum linum fuisse, nec minoris aestimandum, quam purpuram, cuius materia sericum erat. PHILO de somniis Opp. p. 597. de summo sacerdote, expiationis Festo adytum sanctum cum vestibus, quae *κατ' ἐξοχην* בגדי לבן vestes albae nuncupantur, intrante: *την μεν*, inquit, *ποικιλην ἐσθητα ἀπαμφισκεται, λινην δε ἑτεραν βυσσȣ καθαρωτατης πεποιημενην ἀναλαμβανει Variam quidem vestem exuit, sumens aliam lineam, factam e bysso purissima*, & L. III. de Vita Mosis Opp. p. 667. *βυσσος εκ γης byssus e terra* (prouenit). Obseruauit quidem SVIDAS, vocem βυσσος etiam *βαφην ἐκ πορφυρας colorem purpureum* designare. Verum rarissima (si modo vera) haec significatio est, de qua dubitat OCTAVIVS FERRARIVS de Re Vestiaria Part. II. L. IV. Cap. 12. quamque diserte

flexam 29). Etsi autem magna inter utramque similitudo obtineret, cum vtraque & eiusdem materiae esset, & multis plicaturis caput circumcingeret; minime tamen Tiara summi sacerdotis cum Tiaris ceterorum sacerdotum plane exaequanda est. Ipsa certe diuersa nomina arguunt differentiam. Tiara enim summi sacerdotis tantum מצנפת in Codice s. vocatur, & praeter scripturam Mischnici aliique Hebraeorum Magistri communium sacerdotum pileos sacros voce מגבעות clare distinctos, eodem nomine, quo sum-

H 3

serte falsam pronunciat Lexicon Graecum Basileense ad voc. *βυσσος*. Vocabulum vero בוץ, quod Paraphrastis Chaldaeis familiare est, sicubi שש vel בד in textu hebraeo legitur, *linum candidissimum & subtilissimum*, quale erat Ægyptium & praesertim Pelusiacum, notat, quod solide probauit BVXTORFIVS in Lexico Chaldaico-Thalmudico ad h. voc. Constat ex dictis, veritatem cum MAIMONIDE facere praeclare obseruante: בכל מקם שבאמר בתורה שש או בד הוא פשתים והוא הבוץ *In omni loco in quo dicitur in lege* שש *aut* בד, *illud est linum, & id est byssus. Hal. Kele Hammikd.* Cap. VIII.

29) Quod vel nomen Tiarae summi sacerdotis מצנפת indicat, quod a radice צנף, *circumuoluit*, deriuatur. Hinc IOSEPHVS Antiqu. Iud. L. III. Cap. 8. p. 84. tradit: *Τη δε κατασκευη τοιοῦτος ἐστιν, ὡς στεφανη δοκειν ἐξ ὑφασματος λινεου, ταινια πεποιημενη παχεια*

ſummi ſacerdotis Tiara venit, inſigniunt 30), Splendidiſſimum capitis integumentum, eminentiae Pontificalis clarum indicium faciens, voce *Miznepheth* indicari, ex hac quoque ratione recte colligitur, quia Ezech. 21, 31. de Cidari regia legitur. Praeterea vox cognata צניף Ieſ. 62, 3. cidarim regiam, Zach. 3, 5. cidarim ſummi ſacerdotis ſignificat. Nec gentibus a veris ſacris remotis inaudita fuit magnifica ſummi ſacerdotis Tiara, quod PLVTARCHI exemplo docemur, qui Pontificem Hebraorum μιτροφορον vocat 31). Licet

χεια, και γαρ ἐπιπτυσσομενον ῥαπτεται πολλακις. *Hoc vero modo adornatur, vt videatur corona ex textili lineo confecta, in modum faſciae denſae: etenim ſaepius in orbem replicatur, & conſuitur.* Indubium quoque eſt, pileos ſacros gregariorum ſacerdotum ſimiliter multis volucris ac plicaturis caput circumcinxiſſe, quam ſimilitudinem IOSEPHVS l. c. Cap. IX. p. 86. indicat, de Tiara ſummi ſacerdotis aſſerens: πιλος δ' ἠν, μὲν ὁ και προτερον αὐτῳ παραπλησιως εἰργασμενος τοις πασιν ἱερευσιν *Pileus, qui primo ipſi* (imponebatur) *ſimiliter confectus erat ac aliorum ſacerdotum pilei.* Statuit enim Ioſephus l. c., mitram hyacinthinam ſummo ſacerdoti ſupra tiaram candidam impoſitam eſſe; quam quidem nullibi Scriptura S. commemorat, ſed tamen fieri potuit, vt illa inde a temporibus Asmonaeorum inani ſaepe faſtu turgidorum ſolitae Tiarae addita fuerit.

30) Vid. IOH. NICOLAI Not. ad SIGONIVM de Republ. Hebr. L. V. Cap. 2. p. 323. ſq.

31) L. II. Sympoſiac. Tom. II. p. 672.

cet igitur Tiara summi sacerdotis, & gregariorum sacerdotum pilei sacri in arcuatam formam flecterentur: a veritate tamen minime alienum est, discrimen in forma statuere. Cum vero Scriptura S. non expresse efferat, in quo praecise diversitatis vtriusque Tiarae fundamentum quaerendum sit, in partes hic scinduntur antiquitatum sacrarum scrutatores. MAIMONIDES cidarin Pontificalem instar vestis seu potius integumenti oblongi fuisse existimat, quo mulieres capita obnubunt, *Migbaoth* autem ad galeae formam accedere putat 32). R. ABRAHAM, citatus a LEIDEKKERO 33), arbitratur, gregariorum sacerdotum Tiaras veluti galeas fuisse, sed in maiorem altitudinem Cidarin Pontificalem porrectam fuisse, fasciis in formam orbicularem sic contortis, vt hodie in Arabum Tiaris obseruatur. Summa diligentia in hoc argumento versatus est IOH. BRAVNIVS 34), qui, multis vltro citroque ventilatis, tandem censet: Tiaram Pontificalem instar sphaerae dimidiatae frontem vix texisse, ad formam autem capitis maxime adaptatam, depressiorem atque humiliorem, quam quidem *Migbaoth*, sed latiorem tamen insimul, & circa tempora ampliori mole, in-

 star

32) Vid. HOTTINGER. Ius Hebr. L XCIX. p. 126.

33) De Republ. Hebr. L. X. Cap. 2. p. 582.

34) De Vestitu Sacerdot. Lib. II. Cap. III. §. 15 sqq. & Cap. XXI. §. 2. sqq.

ſtar alicuius rotae propemodum diffuſam fuiſſe: cum e contrario pilei ſacri ſacerdotum inferioris ordinis paulo altiores quam caput fuerint, atque huic profundius impoſiti ſuperne inſtar Galeae in mucronem exierint. Neque vero BRAVNII ſententia clariſſimo nuper Theologo Serueſtano B. HENR. AND. TOEPFFERO placuit, qui BRAVNIVM refutare ſtuduit, & rationibus veriſimilibus probare ſategit, ad indicandam eminentiam ſummi ſacerdotis eius quoque Tiaram pileis ſacris reliquorum ſacerdotum altiorem fuiſſe, qui e contrario in ſignum inferioris conditionis depreſſiores ac humiliores fuerint 35). Verum mittamus hasce controuerſias, quas ad puluiſculum hic excutere nobis non licet, & obſeruemus, praerogatiuae Pontificalis praeterea clariſſimum ſignum fuiſſe צִיץ זהב *bracteam* illam, ſeu *laminam auream*, cum inſcriptione קדש ליהוה Exod. 28, 36. quae Exod. 39, 30. & Lev. 8, 9. *corona ſanctitatis* appellatur, & vitta hyacinthina Tiarae alligata a ſummo ſacerdote geſtabatur in fronte, quam vsque ad aures cingebat 36). Non vero promiſcuus nec communis Tiararum ſacrarum vſus erat, ſed cum reliquo veſtitu ſacerdotali tantum faciendae rei diuinae inſeruiebat. Quamobrem Scriptura S. accurate docet, ſacrum amictum ad pertunctionem munio-

35) p. 2. Diſſert. de Tiaris minorum ſacerdotum.
36) Vid. LEIDEKKER. l. c. p. 554. & S. R. CARPZOV. l. c. p. 85.

muniorum sacrorum pertinere Exod. 28, 3. 4. 35. & Ezech. 42, 14. 44, 17. 18. 19. inculcatur, vt sacerdotes, peractis sacris in atrium exterius exeuntes, vestes sacras in cellis sanctuarii reponant, & aliis, communibus scilicet, se amiciant. Inseruiebat huic fini, ex relatione Thalmudicorum, *cella*, vel *conclaue Pinchasi vestiarii* in templo, vbi sacerdotes vestiebantur & finito ministerio amictum sacrum reponebant 37). Obiter hic notemus diuersum Romanorum paganae adhuc superstitioni deditorum morem, apud quos seuera lege Flamines Diales deuincti erant, ne sine Apice sub dio essent, quam ex sacerdotum libris et Fabio Pictore seruauit A. GELLIVS Noct. Attic. Libr. X. Cap. 15.

§. VIII.

Sed & digitum veluti intendit hic locus in summae celebritatis & diuini instituti

 ritum

37) Vid. Cod. Middoth ex edit. CONSTANT. L'EMPEREVR Cap. 1. Sect. IV. p. 15. & notam doctissimi Viri p. 19. Quamuis autem alias semper tantum sacris vestimentis sacerdotes in facienda re diuina vterentur, excipiendus tamen hic casus insolitus est, cum videlicet communis salus exigeret, vt sacro vestitu amicti extra templum comparerent, cuius exemplum legas apud IOSEPHVM l. c. L. XI. Cap. VIII. p. 385. vbi Iaddus Pontifex cum reliquis sacerdotibus Alexandro M. *ταις νομιμοις ϛολαις vestibus sacris* obuiam processisse dicitur.

ritum, quo nonnisi capite solita Tiara operto sacerdotes re diuina perfuncti sunt. Hunc ritum tam religiose seruari, diuinis auspiciis Moses Aaroni filiisque tum in faciendis sacris occupatis praecepit, vt ipsis edicat, eius neglectum ipsis mortem allaturum, ac populum Israeliticum irae ac indignationis diuinae malis afflicturum esse, quod ipsum proxime sequentia indicant: *ne moriamini, & contra totum hunc coetum efferuescat Iehova.* Quibus addimus, quae MAIMONIDES Cap. 10. *Hal. Kele Hammikd.* profert: וכל זמן שיעבוד הכהן בין הדיוט בין גדול בפחות מבגדיו המיוחדין לעבודה ההיא או ביותר מהם עבודתו פסולה וגם יתחייב מיתה שמים, *Et omni tempore, quo ministrabit sacerdos tam vulgaris, quam magnus, in paucioribus vestibus prae destinatis ad hoc ministerium aut superfluis, cultus eius profanus est, et simul obnoxius erit morti coelitus ipsi inferendae.* Proinde exquisita opera danda erat sacerdotibus, vt caput rite tecti sacra curarent. Quinimmo in hunc finem Tiarae sacerdotales redimiculis quibusdam constrictae fuere, ne delaberentur, sed eo arctius capiti adhaererent. Quod non obscure colligas ex verbis diuinis Ex. 29, 9. quibus Deus Mosi praecipit: וחבשת להם מגבעות & *adligabis ipsis Tiaras.* Huc quoque IOSEPHVS respexit de Tiara sacerdotum exponens: ἥρμοσαι ἀκριβῶς ὡς ἂν μη περιρρυῇ πονοῦντος περι

περὶ τὴν ἱερουργίαν, adaptatur accurate, ne inter ſacrificandum delabatur 38). Idem refert Pater Stridonenſis, qui antiquitatis & ſacrae & profanae ſcientia plane exquiſita excelluit, & ſigillatim de Tiara ſummi ſacerdotis *atque*, inquit, *ita in occipitio vitta conſtricta eſt, vt non facile labatur ex capite* 39). Vittae nomine hic HIERONYMO venit ex vſu linguae Romanae amentum ſeu redimiculum. Quamobrem ISIDORVS Hiſpalenſis *Infulam* appellat *faſciolam ſacerdotalem capitis albam in modum diadematis, a qua vittae ab vtraque parte dependent, quae infulam vinciunt, vnde vittae dictae quod vinciant* 40). Quapropter BRAVNIVM l.c. minus recte perhibere exiſtimamus, ſacerdotalem Tiaram omni redimiculo caruiſſe, & per ipſam faſciam ſine alio quodam redimiculo capiti adligatam eſſe.

§. IX.

Ceteroquin ritus hic capite rite operto ſacra faciendi auctoritate diuina ſacerdotibus praeceptus & reuerentiae & timoris ac ſubiectionis ſymbolum erat. Vt nimirum profun-

38) l. c. p. 84. 39) Conf. Diui HIERONYMI doctiſſima Epiſtola de Veſte ſacerdotali ad Fabiolam T. III. Opp. p. 40. 40) Vid. ISIDORI Origin. L. XIX. Cap. 30. Opp. p. 267. ex edit. IACOBI DV BREVL, cui addatur SERVIVS ad L. X. Aneid. ex quo ISIDORVS ſua depromſit.

fundam, quam de infinita Numinis maiestate persentiscerent, venerationem indicarent, operto capite sacra curare sacerdotes iussit Deus. Ex more enim Orientalium populorum omni memoriae repetito caput opertum reuerentiae, apertum animositatis & audaciae nota erat, quem morem elegantissime effert ONKELOS in Paraphrasi Chaldaea, qui Israëlitas durissima seruitute liberatos & Ægyptum linquentes facit נפקן בריש גלי *egredientes capite aperto seu intecto* Exod. 14, 8. quos Moses ביד רמה *manu elata* exiisse dicit 41). Huc omnino referendum est, quod Seraphini in nobilissima visione prophetica Ies. 6, 2. binis alis faciem texisse dicantur; quam tamen non ita obuelabant, quin aliquo fruerentur Dei conspectu, cum reuerentia eorum cum summa Deum cognoscendi desiderio coniuncta esset 42). Quemadmodum autem illi reuerentiam, qua Deum prosequuntur, oris vultusque integumento declarabant, sic quoque capitis occultatio, quae sacerdotibus solennis erat, venerationis diuinae luculentum signum erat. Non alienum erit ab instituto nostro, hic paucis annotasse, INNOCENTIVM, Papam Romanum, Lib. II. de mysterio Miss. cit. PAVLO AARINGHIO Rom. Subterr. L VI. cap. 29. p. 317. Tom. II. ritum hunc ad indicium humilitatis referre,

41) Idem fere obseruauit H. WITSIVS Miscell. S. L. II. p. m. 389. 42) Vid. FORERIVS ad h. l. apud POLVM.

referre. Etenim *Cidaris*, inquit, *vel Tiara, quam vltimo Pontifex assumebat, significat humilitatem, de quo Dominus dicit: Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Recte denique idem ritus subiectionis ac timoris indicium appellatur. Sacerdotes scilicet Dei, vtpote Regis Israëlis, ministri erant, ac propterea phrasi biblica elegantissima stare coram eo dicuntur, Ier. 15, 19 Ezech. 44, 5. Zach. 3, 1-3. tum quia stando suas functiones obirent Ps. 134, 1. 2. Chron. 29, 26. tum vt ministerium & seruitium eorum significetur, quod ministrorum regiorum instar praesto adstent, iussa Domini exsequuturi. Gen. 41, 46. 1Sam. 16, 21. 43). Quamobrem caput adopertum similiter ad subiectionis testificationem pertinet, quod in morem gentium Orientis, teste LEIDEKKERO 44), seruorum ministrantium symbolum est. Nec est, cur dubitemus, diuinum hoc institutum capitis in sacris operiendi reconditae rei imaginem gessisse, quam scite his verbis exponit LEIDEKKERVS c. l. *Cum autem Deo seruirent sacerdotes V. T. in sacrificiis, quam maxime sub veteri oeconomia Ps. CXXXIV, 1. 2. aequum videbatur, eos operto capite sacra obire Gal. IV, 1. 2. Nec enim erant* שרים *Ecclesiae domini & tutores, sed*

43) Conf. praeter FLACIVM & RAVANELLVM v. Stare, IOH. PHIL. CASSEL. Theologi hodie Bremensis Differt. de Gloria Iesu Christi in Regno Gratiae ad Ies. VI, 1-4 Part. III. §. XIII. p. 59. sqq. 44) l. c. p. 582.

ſed potius ipſi ſub tutela legis quoque erant, θεραπευοντες, ſeruili oeconomiae ſubiecti cum populo Dei, cui ſeruiebant veluti δουλοι, non domini aut dii Gal. IV, 9. Hebr. XIII, 10. Atqui in N. T. ad libertatem vocati, & reuelata facie intuentes Dei gloriam veluti in ſpeculo, prophetamus ac precamur, ſed aperto capite 1. Cor. XI, 4.

§. X.

Idem capitis in Sacris operiendi ritus a Gentibus verae religionis expertibus ſummo ſtudio cultus eſt, apud quos ſimiliter operto capite ſacerdotes ſacra faciebant. Loquuntur hanc conſuetudinem pileorum ſacerdotalium nomina *Apex*, *Tutulus*, *Galerus* & *Inſula*, quorum frequens apud antiquos ſcriptores mentio iniicitur. *Apex*, vt docet doctiſſimus Maronis Scholiaſtes SERVIVS 45), ***Pileus erat, quem Flamines habebant in capite, in quo erat breuis virga deſuper habens lanae aliquid***, a qua breui virgula in ſummo pileo eminente totum pileum Apicis nomine venire obſeruauit SCALIGER 46). Appellat Apicem ***pileum ſutilem*** SVETONIVS ***circa medium virga eminentem*** 47), quem ex pellibus ouillis con-

45) Ad Æneid. L. VIII. v. 664. 46) In Coniectaneis ad Varronem cit. ROSINO Antiqu. Rom. L. III. Cap. 15. p. m. 292. 47) Cuius locum ex eius libro deperdito de genere veſtium ſeruauit SERVIVS, PETRI DANIELIS cura climatus ad L. II. Æneid. v. 683.

consutum esse erudite obseruat PHILIPPVS RVBENIVS ex verbis LARENSII seu potius LAVRENTII, sacris a Marco Imperatore praepositi, apud ATHENAEVM dicentis: πιλȣς δε τοις κεφαλαις περικειμεθα των προβατιων δερματων δασεις, *pileos capitibus, imponimus ex pellibus ouillis densos* 48). Tradit Apicis figuram DIONYSIVS Halicarnasseus, morum Romanorum obseruator diligentissimus, L. II. H. Rom. τȣς απικας appellans πιλȣς ὑψηλȣς εις σχημα συναγομενȣς κωνοειδες ȣς ἑλληνες προσαγορευȣσι κυρβασιας, *pileos altos in modum coni, quos Graeci Kyrbasias vocant.* *Tutulum* SVETONIVS apud SERVIVM l. c. *Pileum lanatum metae figura* vocat, qui etiam a FESTO 49) *pileus lanatus forma metali figuratus*, nuncupatur, *quo Flamines ac Pontifices vtantur.* FVLGENTIVS PLANCIADES 50) quidem ex NVMAE Pontificalibus notat, Tutulum *pallium* dici, *quo sacerdotes capita tectabant, cum ad sacrificium accessissent*; sed ex SVETONII & FESTI locis citatis liquet, *pallii* vocem hic notione postea obsoleta sumi, qua *pileo* respondet, quod etiam

48) L. II. Elect. Cap. 25. cuius verba profert MATTH. ZIMMERMANN in Florilegio Philolologico-Historico p. 135. sq. Plura de Apice dabunt LVDOV. VIVES in Notis ad Augustinum de Civ. Dei L. II. p. 199. & 292, ac ANSELMVS SOLERIVS de Pileo. 49) Vid. Auctorum de Latina lingua corpus p. 217. ed. Genev. 50) De prisco sermone ad Chalcidium, Auctorum de Lat. L. cit. p. 803.

etiam vberius SALMASIVS docuit 51). Non ergo ſententiae b. LAKEMACHERI ſubſcribimus, ex Numae verbis a FVLGENTIO l. c. prolatis coniicientis, Tutulum fuiſſe velum capiti toti, collo obuoluendo, humerisque inſternendis aptum 52). Excipiat Tutulum *Galerus* ſeu *Galerum*, vt ab aliis vocatur, quem SVETONIVS apud SERVIVM l. c. nuncupat *pileum ex pelle hoſtiae caeſae*, & diuus HIERONYMVS *rotundum pileum, qualem picturam in Vlyſſe conſpicimus, quaſi ſphaera media ſit diuiſa, & pars una ponatur in capite* 53). Albo tamen Galero, ex ouis albae Ioui immolatae tergore confecto, ſolus Flamen Dialis inſignis erat 54). *Infulae* denique deſcriptionem SERVIVS ad Æneid. L. X. v. 538. tradit, a quo *Faſcia* vocatur, *in modum diadematis, a qua vittae ab vtraque parte dependent, quae plerumque lata & plerumque tortilis de Albo & Cocco.* Veteres Gloſſatores 55) has expoſitiones *Infulae* obſervarunt: *Infulae* ϛεμματα item ϛεμμα, *Infula*, *Offula*, *Mitra.* FESTVS l. c. p. 300. *Infulas* dicit *filamenta lanea, quibus ſacerdotes et hoſtiae templaque velabantur.* Quoniam vero ſacra, in quibus ſacer pileus ſacerdotibus decidebat, illegitima habe-

51) Ad librum Tertulliani de Pallio p. 308. 52) Obſerv. S. Part. II. p. 214. 53) In Epiſtola ad Fabiolam ſupra cit. 54) Vid. ALEX. AB ALEXANDRO l. c. L. VI. Cap. XII. fol. 347. 55) Vid. BAS. FABRI Theſaur. erud. Scholaſt. v. Infula.

habebantur, accurata opera ſacrificulis in hoc ponenda erat, vt ritum capitis in ſacris operiendi inuiolate obſeruarent. Accipimus a VALERIO MAXIMO 56), Sulpitium ſacerdotii honoribus priuatum eſſe, cum Apex ipſi inter ſacrificandum decidiſſet. Vt igitur pileus ſacer eo firmius capiti adhaereret, vittas quasdam adiunctas habebat, quod SERVII locus modo citatus docet, quas ſub mento religatas eſſe SCALIGER tradit 57). Nec vero tantum ſacerdotes capite operto rem diuinam peragebant, ſed praeterea omnibus, qui vel ſacrificia offerri curabant, vel Deos ſalutabant, iisque ſupplicabant, vel quocunque nomine ſacris intererant, caput velandum erat 58). Commemorat hunc ritum, cuius celebritas olim in Romanis praeſertim ſacris perlate patuit, PLVTARCHVS 59) ac ſimul in eiusdem rationes inquirit, quas haſce fuiſſe exiſtimat: I. *Vt demiſſionem animi confiterentur.* II. *Ne vox mali ominis foris accideret.* Quamobrem ſacrificia offerentes Diisque ſupplicantes, eodem ſcriptore teſte, l. c. ἄχρι τῶν ὤτων ἀνελάμβανον τὸ ἱμάτιον *vsque ad aures ſurſum veſtem attrahebant.* Duabus his rationibus SERVIVS ad Æneid. L. III. v. 407.

56) L. c. L. I. Cap. 1. p. 4. 57) Ad Varronem l. c. 58) Saturno tamen, Opi, Herculi & Honori aperto capite ſacra fiebant, teſtibus PLVTARCHO Quaeſt. Rom. Tom. II. Opp. p. 266. & MACROB. Saturnal. L. I. Cap. X. p. 288. L. III. Cap. 6. p. 437. 59) Quaeſt. Rom. l. c.

tertiam addit: *ne se inter religionem vagis aliquia offerret obtutibus.* Expressit hunc morem PLAVTVS Amphitr. Act. V. Sc. I. v. 41. 42. pag. 90. ed. Taubmann.

Inuocat Deos immortales, vt sibi auxilium ferant,
Manibus puris, capite operto.

Et Cucul. Act. III. v. 19. pag. 336.

Quis hic est, qui operto capite Æsculapium
Salutat?

PLAVTO subiungimus Andinum Poëtam Æneid. L. III. v. 545. canentem:

Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.

Pertinet huc SVETONII locus, qui absurdas Vitellii blanditias hisce verbis testatur: *Idem miri in adulando ingenii primum Caium Caesarem adorari vt Deum statuit: cum reuersus ex Syria non aliter adire ausus est, quam capite velato, circumvertensque se, deinde procumbens.* Vitell. Cap. 2. p. 692. ed. Schild. Cui insignem IOSEPHI locum L. VII. de B. Iud. Cap. 24. p. 978. subiungimus, vbi de Flauio Vespasiano, cum Tito filio ob res in Iudaea gestas triumphum celebrante asserit: *και πολλης ἐκ παντων ἡσυχιας γενομενης ἀναςας και τω περιβληματι το πλεον της κεφαλης μερος ἐπικαλυψαμενον ευχας ἐποιησατο τας νενομισμενας:* *Magnaque omnium quiete facta surrexit, & amictu magnam capitis partem adopertus solennia vota celebrauit.* Praeclare in hoc argumento enucleando versatus est vir summus & ad ornamenta saeculi referendus IOH. GVIL.

A BER-

a BERGER 60), Praeceptor quondam noſter in Alma Leucorea optime de nobis meritus, cui nunc (vt hic vtar phraſi Virgiliana, Chriſtiano tamen ſenſu intellecta)

Niuea cinguntur tempora vitta.

Cui quoque doctiſſimi Medici B. GEORG. WOLFG. WEDELII 61). Exercitatio de Numis capite retecto addi poterit. Prius vero quam hinc abeamus, paucis notaſſe iuuabit, Iudaeos quoque ex inſtituto maiorum capite operto orare ſolitos eſſe, & ad hodiernum vsque diem hunc ritum a Patribus ſibi traditum ſumma aſſiduitate colere, quorum nemo niſi operto capite Synagogam frequentat. Referendum huc eſt טלית *Tallis*, velum illud laneum, quod tempore precum & aliorum ſacrorum circa caput & collum circumvoluunt, de quo erudite commentatur B.LAKEMACHER l. c., ac conſuetudinis huius originem a Romanis repetendam eſſe euincere ſtuduit. Ita tamen comparatas eſſe has coniecturas doctiſſimi Viri exiſtimo, vt vlteriori examini ſubiici mereantur.

§. XI.

Quamuis autem ritus capitis in ſacris operiendi apud Romanos domicilium fixerit,

I 2 &

60) Conf. B. Viri eruditiſſima Diſſertatio, qua ex antiquitate Virgiliana ritum capitis in ſacris operiendi conſiderauit, Vitemb. 1703. 61) Exercitationum Medico - Philolog. Dec. VI. Exercit. IX. p. 449.

& summa diligentia custoditus sit; non tamen ita iisdem tribuendus est, ac si Graecis aliisque Gentibus plane incognitus & incultus esset. Magno quidem plausu videas Viros antiquitatis peritissimos, ALEX. AB ALEXANDRO 62), BARNABAM BRISSONIVM, & ex eo FRID. TAVBMANNVM 63), quibus laudatus LAKEMACHERVS l. c. accedit, asserere, hunc ritum mere Latinum esse. Sic enim TAVBMANNVS, *et mos hic*, inquit, *purus Romanus fuit, Aenea auctore.* Verum vel me non monente constat, admodum lubrico haec niti fundamento. Primo enim grauissimis dubiis ipsa relatio de Æneae in Italiam aduentu exposita est, quod argumentum SAM. BOCHARTVS, immortale eruditae Galliae decus, admiranda eruditione excussit 64). Deinde si vel maxime Æneas in Italia unquam fuerit, dissensus certe, qui in narrationibus scriptorum obseruatur, originem ritus incertam reddit. PLVTARCHVS quidem ab instituto Æneae hunc ritum repetit, sed simul candide fatetur, se incerta modo fama niti. Enimuero cum in *Quaest. Rom. cit.* fallaci fama auctore retulisset, Æneam, cum rem sacram faceret, Diomede praetereunte, caput velasse, ac ita sacrificium absoluisse; mox ipse de hac expositione dubitat, quod clarissime eius verba

62) l. c. L. II. Cap. 22. fol. 94. 63) Ad locum Plautinum Amphitr. cit. p. 92. 64) In epistola ad SEGRAISIVM, Geograph. S. subiuncta.

ba indicant: *ἐι μὲν ȣ̓ν ὁ περι Αινειȣ λεγομενος λογος ἀληθης ἐϛιν, si igitur narratio de Ænea vera est*, quod nempe occasione Diomedis praetereuntis caput velarit. SERVIVS ad Æneid. L. III. v. 407 narrationem a PLVTARCHO prolatam repetit, additque, Diomedem, cum multis afficeretur casibus, Palladium, quod penes ipsum erat, Troianis oraculo iussum reddere, quod cum vellet implere, Æneam sacrificantem inuenisse: hunc vero sacrificii ordinem nihil turbasse, & Palladium Nauten accepisse. Diuersus hic a PLVTARCHO & SERVIO M. OCTAVIVS est 65), qui commemorat, Æneam, cum sacrificaret in littore prope Laurentum, conspexisse classem Vlyssis in mari, metuentemque, ne agnosceretur, caput obuelasse linteo, sicque sacrificium peregisse; id quod deinde in consuetudinem venerit. Stat ab OCTAVII partibus FESTVS 66), asserens, Italicos auctore Ænea velare capita, quia is, ne ab Vlysse cognitus interrumperet sacrificium, caput adoperuerit. Probe quoque obseruetur, PLVTARCHVM saepius a nobis laudatum l. c. vel plane negare vel minimum dubitare, vtrum idcirco Æneas sacra facturus caput obuelarit, quo legem suo exemplo posteris praescriberet. Quod eius verba planum facient: *το γαρ προς τȣς θεȣς ȣ̓κ ἰδιον ἐϛι, ἀλλα κατα συμβεβηκος, και ἀπ᾽ ἐκεινȣ*

65) Apud AVREL. VICTOREM A BOCHARTO l. c. p. 25. productum. 66) p. 426 auct. de lat. ling. cit.

μεμεληκε ϑησκμενον; quod vero ad Deos pertinet (scil. vt capite velato colantur) *non proprium id est, sed fit per accidens, facto isto* (*Æneae*) *in consuetudinem tracto.* Multum ab hoc discrepat Andinus Poëta, qui L. III. Æneid. v. 403. sqq. ritum capitis in sacris operiendi Heleni, Priami filii, hortatu Æneae commendatum esse, ab eoque ad posteros propagandum esse tradit. Sic enim ex Heleni persona VIRGILIVS loquitur:

Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto,
Hac casti maneant in relligione nepotes.

His vero consideratis clarum est, admodum incertam & vltro citroque iactatam opinionem eos sequi, qui existimant, Æneam hunc ritum inuenisse primum. Immo quamuis ex relatione scriptorum ritus hicce, Ænea auctore, primitus florere inceperit: facile tamen intelligimus, originem huius ritus ex Oriente repetendam esse, cum e Phrygia in Italiam Æneas profectus esse dicatur. Liceat hic nobis coniecturam B WEDELII, originem ritus huius rimantis 67), ipsius verbis proferre: *Argumentum est velabrum hoc reuerentiae et deuotionis, exemplo summi Prophetarum Mosis, qui ad conspectum ignis non vrentis, cum diuinum Numen inde cognouisset, faciem velabat, Exod. III, 6. ex quo tracta forsan sacrificantium laudata ceremonia, velut indigno homine habito, qui inoperto vultu ad sacra illa etiam puta-*

67) l. c. p. 53.

putatitia et vanissima feratur. Gentiles quoque in apparitione Deorum faciem velasse constat, & plurimis exemplis comprobatum est a cel. ELSNERO 68). Quod vero Graeci nec semper nec omnes a ritu caput in sacris velandi abhorruerint, ex Q. CVRTIO cognoscimus, qui L. IV. Cap. 13. de Aristandro vate, ad vota & preces ab Alexandro Macedone vocato, scribit: *In candida veste verbenas manu praeferens, capite velato praeibat preces Regi, Iouem, Mineruam, Victoriamque propitianti.* Suspicatur quidem B. LAKEMACHERVS l. c. magnam hic de CVRTIO suspicionem esse, quod mores Romanos Graecis tribuerit, quem in finem ad CLERICVM prouocat, qui Part. III. Art. Crit. Sect. II. Cap 3. alios Curtii naeuos detexerit. Verum enimuero etsi negauerim minime, CVRTIVM ab erratis alibi immunem esse; nondum tamen euictum est, in hoc loco eundem recte vitii argui. Etenim in ipsa Graecia ceremoniae sacrae diuersae erant, cuius exemplum APOLLODORVS profert 69), de Pariis referens, quod inde a Minois tempore Gratiis sine tibiis & coronis litare soliti fuerint, quarum vsus in Graecorum sacris alias celeberrimus erat 70). Ceteroquin non inficias

 imus

68) Obferv. S. in N. T. Tom. I. p. 284. 69) L. III. Biblioth. cit. a KVHNIO l. c. p. 168. sq. 70) Vid. de Coronis LAKEMACHERI Graecia Sacra Part. III. Cap. 1. p. 304, & de vsu tibiae in sacris I. PHIL. PFEIFFERI Antiqu. Graec. L. I. Cap. 33. p. 61.

imus, ritus a Romanorum institutis diuersos Graecos coluisse. Peruulgatum enim est, sacerdotes apud Graecos non pileis sacris, Romanorum sacrificulis vsitatis, sacra fecisse, nec alios sacrificantes Diisque supplicantes veste ad aures, Romanorum more, attracta caput obnupsisse. Quapropter VARRONI *aperto capite* est *Graeco ritu sacrificare* 71). Hoc tamen minime praetereundum est, Graecos in sacrificiis sacrisque solennibus, capitis seu ornamentis seu integumentis minime caruisse, quod στεμματα, δεσμοι, διαδηματα, quorum frequens vsus erat in sacris, comprobant. Referenda huc sunt ATHENAEI verba 72): Ευανθεστερον γαρ και κεχαρισμενον μαλλον τοις θεοις στεφανεσθαι τους θυοντας: *Magnificentius est, magisque Diis placet, si corona redimiti sint qui sacrificant* 73). Quod vero sigillatim ad ritum capitis operiendi, a sacerdotibus in Gentilium sacris obseruatum, pertinet, PLVTARCHVS de sacerdote Herculis apud Coos in Antimachia commemorat, quod γυναικειαν ἐνδεδυμενος ἐσθητα, και την κεφαλην ἀναδουμενος μιτρα καταρχεται της θυσιας: *Vestem muliebrem indutus, capite mitra tecto, sacrificium auspicetur* 74). Simili amictu sacerdos Naharualorum, veteris Germaniae

71) Vid. MACROB. L. III. Saturnal. Cap. 6. p. 457. 72) Dipnosoph. L. XV. p. m. 674. 73) Conf. B. BERGER. l. c. §. XXV. fol. 30. sqq. qui pluribus haec pertractauit. 74) Quaest. Graec. sub finem p. 304. Tom. II.

niae populi, quorum ſedes in Sueuia erat, conſpicuus erat, teſte CORN. TACITO de Moribus Germanorum Cap. 43. *Apud Nabarualos*, inquit, *antiquae religionis lucus oſtenditur. Praeſidet ſacerdos muliebri ornatu, ſed Deos interpretatione Romana Caſtorem Pollucemque memorant. Eius Numinis nomen Alcis, nulla ſimulacra, nullum peregrinae ſuperſtitionis veſtigium, vt fratres tamen et iuuenes venerantur.* Dum vero muliebri ornatu inſignem ſacerdotem grauiſſimus ſcriptor dixit, illum ſimul capite operto fuiſſe affirmat, cum ex more Romano mulieres tectis capitibus in publicum progrederentur 75). Similiter vtebantur ſacerdotes Iſidis veſte muliebri, quod ex APVLEIO Metamorph. L. IX. declarat VLRICVS OBRECHT in doctiſſima Epiſtola de Numo Domitiani Iſiaco, in quo imago ſacrificuli, veſtimento muliebri & manicato cincti, ac capite Galero tecto conſpicitur 76).

§. XII.

Prius vero quam opellae noſtrae colophonem imponamus, paucis indicaſſe ſufficiat, vltimas origines ritus capitis in ſacris operiendi recte ab Hebraeorum ſacris repeti, cum conſtet, alias quam plurimas ceremonias prauam Gentilium ſuperſtitionem aemu-

 latam

75) Vid. PLVTARHVS Quaeſt. Rom. p. 267.
76) Vid. VLRICI OBRECHT Acad. p. 462. ſq.

latam esse, quod viri doctissimi IOHANNES SAVBERTVS 77), H. WITSIVS 78), EDMVNDVS DIKINSONVS 79), I. G. A BERGER 80) aliique insigni eruditione pluribus demonstrarunt. Quapropter concludamus verbis PRIDEAVXII: *Vt fuerunt illi in aliis Ecclesiae simia, ita in ista vestium sacrata solennitate nihil omisisse videntur, quo vel reuerentiam personis, vel religionem mysteriis suis, pro ratione loci aut colentium, conciliarent.* Et paucis interiectis: *Ita dictauit ipsa natura, non peragendum esse diuinum cultum absque omni cultu: sed ceremonias non nullas conducere siue ad rei solennitatem, siue ad personarum distinctionem, siue ad morum conformationem* 81).

77) De κακοζηλια Gentilium ex sacris ipsorum demonstrata Tom. II. Disput. Acad. DILHERRI p. 162. 78) Conf. eius Ægyptiaca passim. 79) In Graecis Phoenicissantibus. 80) l.c. fol. 8. sqq. 81) Vid. eius oratio de vestitu Aaronis cit. ab H. WITSIO Ægypt. L. III. Cap. 11. p. 206. sq.



VII.

VII.

ANDR. GOTTL. MASCH
V. D. M. Adi. ap. Beſeritzenſ.

OBSERVATIO
de Indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum.

Quo minus omnes, qui eccleſiae Romanae caſtra ſequuntur, ſciant, quid vel Proteſtantium Doctores ſcriptis ſuis doceant, vel in quibus veteris Eccleſiae Patres cum iis, qui Romanis vel heterodoxorum vel haereticorum nomine veniunt, conſentiant, vt impediant, omnem neruum intendunt ſummi eccleſiae Pontificiae Praeſules. Experientia enim edocti didicerunt, haud raro illos, qui Lutheranorum aliorumque ſcripta legerunt, vt vel illa refutarent, vel cenſerent damnarentque, veritatis luce illuminatos, relictis paternis errorum quisquiliis, ad eos acceſſiſſe, quos vel refutare vel damnare voluerunt. a) Serio itaque, quibus libros, vt aiunt, haereticos concedant le-

a) Habemus huius adſerti teſtes digniſſimos praeter P.P. VERGERIVM, aliosque, qui iam olim ſacris noſtris nomen dederunt, Cl. FRANCISCVM ROTHFISCHERVM, & ALEXIVM L. B. de REWA, olim ordinis Franciſcanorum Prouinciae S. Mariae in Hungaria Praedicatorem & Lectorem

legendos, prospiciunt, neminique eosdem euoluere, absque speciali superiorum permissione permittunt. Quo quidem in negotio adeo sunt seueri, vt ne Biblia sacra quidem lingua vulgari legi queant, nisi peccatorum absolutione se ipsum orbare velit lector. Sic enim Patres Synodi Tridentinae voluerunt. b) Ne vero quibusdam excusandi locus remaneat, se, quae licita, quae interdicta sint, nescire, famosi illi *Librorum prohibitorum expurgandorumque Indices*, qui, quae legi, quae sciri possint, definiant, olim confecti sunt, omnibusque simul iniunctum est, non alia legere, quam quae Indicis vigore permittuntur. Audiamus ipsos in Tridentina Synodo ad condendum Indicem deputatos Patres: *Ad extremum vero omnibus fidelibus praecipitur, ne quis audeat, contra harum regularum praescriptum, aut huius Indicis prohibitionem, libros aliquos legere aut habere.* Quod

ctorem Theologum, nec non Guardianum & Superiorem Nittriensem, quorum alter, cum quae nostrates de Iubilaeo Romano scripserunt, refutare vellet, veritati resistere haud potuit; alter vero cum in Hungaria censorio munere in libros importandos fungeretur, in damnandis libris salutarem veritatem purioris doctrinae agnouit. V. Epistolam Pastoralem Archiep. Viennens. cum Obseruat. ALEXII L. B. de REWA. Witt. 1752. 4. p. 24.

b) Qui autem absque tali facultate ea (sacra biblia lingua vulgari) legere seu habere, praesumpserit, nisi prius Bibliis Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit. V. Reg. Indic. SS. Synodi Trident. iussu edit. Reg. 4.

Quod si quis libros haereticorum, vel cuiusuis aucto-ris scripta, ob haeresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, siue habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat. Qui vero libros, alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, praeter peccati mortalis reatum, quo afficitur, iudicio Episcoporum seuere puniatur c). Ecclesiae enim Romanae Patres coronati, vel purpurati vel palliis ornati, quaeuis in aliorum auctorum libros committere, & quae alieni iuris sunt, eradere, corrumpere, obliterare, licere sibi credunt.

Indices porro expurgatorios, qui, quomodo libri sint castigandi aut castrandi, docent, summo studio celare allaborant. Nec citra fundamentum hoc adserimus. In mandato enim PHILIPPI II. Regis Hispaniae de Indice primo expurgatorio lato *Bruxellis* vltimo Iulii A. 1571. Index ipse occultari iubetur: *Index Expurgatorius, quem propriis impensis Architypographi nostri excudi curauimus, non quidem euulgandum distrahendumque, sed distribuendum solis cognitoribus institutis in vrbibus & municipiis nostrarum praedictarum prouinciarum, ecclesiasticis, praelatis & caeteris, qui huic muneri exsequendo speciatim a nobis ordinabuntur, si res postulauerit - - - Poterunt Praelati supradicti in omnibus vrbibus, vbi Bibliopolae inhabitant, vnum & item alterum sibi deligere, quos idoneos iudicabunt, sedulos & fideles, iique ipsi priuatim nullisque consciis apud se*

In-

c) Ibid. Reg. 10.

Indicem expurgatorium *habebunt, quem eundem neque aliis communicabunt, neque eius exemplum vlli dabunt, ſed tantum id curabunt diligentiſſime, vt loca praedicta inquirant, expungant, reſtituantque; qui libri ita reſtituti alicui Eccleſiaſtico Cenſori, qui ſubſignet & approbet, offerantur)* d). Occultant itaque indices, ne ii, quibus miſere laceratae traduntur librorum editiones, quaenam eraſa ſint, cognoſcant; & iis, quos religionis vinculis conſtrictos retinere ſatagunt, ne vllum quidem veritatis ſuperſit teſtimonium.

Quae cum ita ſint, arduum & difficile eſſe opus, ***Indicum librorum prohibitorum et expurgandorum*** condere hiſtoriam, nemo vnquam dubitabit. Cui enim, qui, quot, qualesue ſint Indices, qui adhuc in clauſtris Monachorum, aut inter manus Cenſorum, tenebris ſepulti latent, ſcire contingit? Non deſunt eruditiſſimi viri, qui Indicum hiſtoriam conſcribere tentarunt e), ſed vix argumentum ductis primis lineis a limine ſalutarunt. Cl. nuper

d) Praemiſſum legitur Indici Expurg. Antv. 1571. 8

e) V. DAN. FRANCVM de papiſtarum Indic. libr. prohib. & expurg. Lipſ. 1684. 4. IACOB. THOMASIVM de indicib. papiſtar. expurg. Lipſ. 1666. 4. I. C. SCHRAMMIVM de libr. prohib. Indicibus. Helmſt. 1708. I. A. FABRICIVM in Centifol. Lutheran. p. 2. 549. THOM. ITTIGIVM in Sched. de auctor. qui de ſcriptor. eccleſ. egerunt. p. 87. &c. Quibus adde ſi placet ADR. BAILLET iugemens des ſauans &c. Tom. II. p. 1. p. 28. GVIL. CAVE prol. ad hiſt. litt. ſcript. eccleſ. I. FR. REIMMANNI catal.

nuper REICHARDVM idem argumentum tractare voluisse, atque schediasma de indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum euulgasse, vtrum in litteris publicis eruditis legerim, an rumor sparsus mihi annunciarit, sum, confiteor, incertus; qui schediasma illud data opera nusquam indagare potui. Quod si Viro Cl. in animo sit, vti mihi persuadeo, (quo vero iure, definire haud audeo, qui memoriam labi posse, saepius experior) historiam illam cum orbe erudito communicare, symbolam aliquam huc conferre mihi liceat.

Habes itaque hic L. B. Catalogum *Indicum librorum prohibitorum et expurgandorum*, secundum temporis ordinem digestum, perpaucis obseruationibus illustratum.

I.) A. 493. Papa GELASIVS primum condidit indicem prohibendorum scriptorum, qui legi-

catal. bibl. theol. p. 90. 121. C. A. SALIGII hist. A. C. Tom. 2. p. 36. I. G. SCHELHORNII amoenit. Litter. T. 7. 296. T. 8. 341. &c. I. VOGTII catal. libr. rar. p. 367. &c. B. G. STRVVII introd. in not. rei liter. 1729. p. 792. Non omnes, quos nominaui, scriptores, dum haec scribo, ad manus habeo; fieri itaque potest, vt hi aliquas Indicum describant editiones, quas silentio praetermisi. Cum mihi plures, quam quos mihi comparare poteram, libros legendi facultas esset, exscripsi quidem, quae notatu digna tum videbantur; sed ita fieri solet, vt nonnulla tanquam leuiora praetermittamus, quae alio tempore scitu nobis sunt maxime necessaria; quibus nihilo minus nos carere oportet, quia, dum colligere ea poteramus, parui illa fecimus.

legitur in I. Can. Decr. P. I. Distinct. 16. p. 14. edit. Lips. 1705.

2.) Quae in sequentibus temporibus ab Ecclesia atro notata sunt lapillo, exponit CAROLVS DV PLESSIS D'ARGENTRÉE in opere, cui titulum fecit: *Collectio iudiciorum de nouis erroribus, qui ab initio XII. Seculi post incarnationem Verbi vsque ad an. 1632. in Ecclesia proscripti sunt & notati. Parisiis* 1728. III. Tom. folio.

3.) A. 1546. Theologi LOVANIENSES, qui cursui Euangelii non vnum posuerunt obicem, haereticorum catalogum conscripserunt; quorum vestigia deinde *Sorbonnistae* & *Romanenses* presserunt.

4.) A. 1548. SORBONNISTAE haud dissimilem conflarunt catalogum, nominaque multorum praestantissimorum veritatis defensorum albo haereticorum inscripserunt.

5.) Eodem Anno *Itali*, ne exteri tantum haereticos damnarent, IOHANNI CASAE opus hoc tradiderunt, qui primus in *Italia* Indicem librorum prohibitorum *Venetiis* euulgauit. Spurcissimus ille est Ecclesiae Romanae Episcopus, qui, qualis sit, ipse scire fecit turpissimo carmine, *Encomio Sodomiae*, id quod deinde in ipso Indice libris haereticis adnumeratum est. PETRVS PAVLVS VERGERIVS, Episcopus quondam *Iustinopolitanus* indicem hunc castigauit scripto aliquo *Italico*, quo & impietatem blasphemiasque, & inscitiam singularem auctoris reprehendit.

6.) A.

6.) A. 1550. Idem, quem (n. 3.) laudauimus, iterum prelo commiſſus eſt Index.

7.) A. 1551. Catalogus librorum ab anno 1544. vsque ad annum 1551. cenſura notatorum a Facultate Theologiae Pariſienſi, legitur in collectione *Pleſſiaca* (n. 2.) laudata.

8.) A. 1552. *Florentiae* recuſus eſt Index ex (n. 3. & 5.) conflatus, a mendis, quas *Vergerius* Cenſoribus monſtrarat, ex parte repurgatus. Sed antiquis erroribus, quorum larga meſſis ſuperfuit, noui acceſſerunt, contra quos idem VERGERIVS ſtylum acuit *Italico* ſermone.

9.) A. 1554. *Mediolani* indicem (n. 8.) recudi fecerunt haereticae prauitatis inquiſitores in *Italia*, emendatis quibusdam erroribus.

10.) Eodem Anno *Venetiis* eundem euulgarunt indicem, ineptis ſtultitiis refertum, quem latino ſermone exagitauit VERGERIVS. En Titulum rariſſimae editionis: Catalogus librorum Haereticorum, qui hactenus colligi potuerunt a Viris Catholicis ſupplendus in dies, ſi qui alii ad notitiam deuenerint, de commisſione Tribunalis, ſanctiſſimae Inquiſitionis Venetiarum. *Venetiis* apud *Gabrielem Iulitum et Fratres de Ferraris.* 8.

11.) A. 1556. Eundem hunc Catalogum P. P. VERGERIVS typis exſcribi curauit, ſ. t. Catalogus Haereticorum. Editus *Venetiis* de commiſſione Tribunalis ſanctisſimae Inquiſitionis. Apud *Gabrielem Iulitum et Fratres de Ferraris*. Cum Annotationibus ATHANASII.

Act. XVIII. Itaque Ecclesiae confirmabantur fide & abundabant numero cottidie. In *Regio Monte Borussiae*, imprimebat IOANNES DAVBMANNVS Anno M. D. L. VI. 8. plag. in 8. Sub ATHANASII vero larua VERGERIVM latere voluisse, cuius obseruationes lectu dignissimae accedunt, eruditis notum est. Tantae raritatis est hic libellus, vt ipsi SALIGIO, qui de VERGERII scriptis erudite egit, f) ignotus fuerit.

12.) A. 1559. Index Autorum & librorum, qui ab officio Sanctae Rom. & vniuersalis inquisitionis caueri ab omnibus & singulis in vniuersa Christiana republica mandantur, sub censuris contra legentes vel tenentes libros prohibitos in Bulla, quae lecta est in Coena Domini expressis, & sub aliis poenis in decreto eiusdem sacri officii contentis. Typis ANTONII BLADI Cameralis impressoris de mandato speciali sacri officii. *Romae*. A. M.D.LIX. M. Ianuarii. Quatuor catalogus absoluitur partibus. (1) Legitur tenor prohibitionis ex decreto inquisitionis. (2) Sequitur Index alphabeticus auctorum. (3) Enumerantur biblia prohibita. (4) Exhibetur Index typographorum, qui edendis libris haereticis operam nauarunt. MICH. GHISLIERIVS tunc temporis Inquisitor Generalis, & postea PIVS V. indicem ex iis, quarum iam mentionem fecimus, editionibus consarcinauit. Nec P.P. VERGERIVS defuit, qui operi huic infulsis nonnullis erroribus scatenti medelam pararet.

Scri-

f) In hist. A. C. Tom. II. p. 1148.

Scripſit eum in finem, *Agl' Inquiſitori che ſono per l'Italia, del Catalogo di libri eretici ſtampato in Roma nell' anno preſente.* 1559. 8. plag. 7.

13.) A. 1560. Poſtremus catalogus haereticorum *Romae* conflatus a. 1559. continens alios quatuor catalogos, qui poſt decennium in *Italia*, nec non eos, qui in *Gallia* & *Flandria* poſt renatum Euangelium fuerunt editi, cum Annotationibus VERGERII *Pharzhemii*. 8. 9. plag.

14.) Idem Catalogus eodem rubro & forma prodiit etiam *Regiomonti Borusſiae* apud IOH. DAVBMANNVM. 9. plag. 8.

15.) A. 1563. *Tubingae* idem Catalogus exſcriptus in Tom. I. operum VERGERII aduerſus Papatum. Annotationes, quibus hae tres editiones exornatae ſunt, vel errores perſtringunt a Cenſoribus commiſſos, vel multa de libris, eorumque auctorum fatis ſingularia enarrant.

16.) A. 1564. *Romae* prima vice exſcriptus eſt Index *Tridentinus* a patribus nonnullis in *Tridentina* ſynodo delegatis compilatus, quem PIVS IV. deinde auctoritate ſua litteris die 24. Martii 1564. datis comprobauit. Quantae molis fuerit hunc indicem condere ex relatione SALIGII g) apparet. Index hic variis adhaeret editionibus canonum concilii *Tridentini* antiquioribus.

17.) A. 1564. Index librorum prohibitorum, cum regulis confectis per Patres a *Tri-*

g) In Hiſt. Conc. Trident. Lib. XV. c. 1. p. 255. ſ.

dentina Synodo delectos auctoritate Sanctiss. D. N. PII IV. P. M. comprobatus. *Coloniae* ap. *Maternum Cholinum.* 8. 4½. plag.

18.) A. 1569. PHILIPPI II. Regis Catholici edictum de librorum prohibitorum catalogo obseruando. *Leodii* impensis HENRICI HOVII Anno Domini 1570. 8. Post edictum *Bruxellae* d. 15. Febr. a. 1569. datum sequitur: Index librorum prohibitorum cum Regulis confectis per Patres a *Tridentina* synodo delectos, authoritate Sanctiss. D. N. PII IV. Pont. Max. vna cum iis, qui mandato Regiae Catholicae Maiestatis, & Illustriss. ducis *Albani*, consiliique Regii decreto prohibentur, suo quaeque loco & ordine repositis. *Leodii* impensis HENRICI HOVII, typis GVALTERI MORBERII typogr. iurati. 1569. 8. quem catalogum appendix excipit.

19.) A. 1570. Index librorum prohibitorum PHILIPPI II. Regis *Hispaniae* iussu & auctoritate conditus, *Antwerpiae* ex officina *Plantiniana.* 8. Edictum regium triplici dialecto, hispanica, latina & belgica praemissum legitur.

20.) A. 1571. Index expurgatorius librorum, qui hoc seculo prodierunt, vel doctrinae non sanae erroribus inspersis, vel inutilis & offensiuae maledicentiae fellibus permixtis, iuxta sacri Concilii *Tridentini* Decretum. PHILIPPI II. Regis Catholici iussu & auctoritate, atque *Albani* Ducis Consilio ac ministerio in *Belgio* concinnatus An. M. D. LXXI. *Antwerpiae* ex officina CHRISTOPHORI PLANTINI, Proto-

totypographi regii in 8. 105. fol. Primus eſt index expurgatorius regiis ſumtibus editus, diu occultatus, donec in FRANCISCI IVNII manus incidit, qui illum recudi curauit. Quae Cl. VOGTIVS h) de hoc indice habet, aliqua indigent emendatione. Index enim *Leodii* typis exſcriptus, eſt merus prohibitorius, hic vero eſt expurgatorius; Non itaque haec eſt iterata editio, quae prima vice *Leodii* prodierat.

21.) A. 1577. *Venetiis* nec non ibidem 1581. 8. recuſus eſt Index *Tridentinus*, vna cum Canonibus Concilii *Tridenti* celebrati; quas binas editiones non tetigiſſemus, niſi SALIGIVS i) editionem canonum *Venet.* 1595 8. omnium primam perhibuiſſet, quae indicem adiunctum haberet.

22.) A. 1584. Index expurgatorius iuſſu GASPARIS QVIROGA Cardinalis & Archiepiſcopi *Toletani*, *Hiſpaniae* generalis Inquiſitoris, de conſilio ſupremi ſenatus S. generalis Inquiſitionis. *Madritti* ap. *Alphonſum Gomezium* regium typographum. 4. Perpauca ſunt, quae editor indici belgico (n. 20.) addidit. In illa direptione *Gaditana*, flammis & ruinis cum darentur omnia, exemplum huius indicis in manus IACOBI IAMESII incidit, qui illud cum PHIL. MORNAEO communicauit, quo facto in vulgus euaſit, qui alias ſedulo occultabatur, liber.

23.) A. 1586. *Lugduni* 12. prelo ſubmiſit

 in-

h) In Catal. Libr. rar. p. 368. i) in Hiſt. litt. Conc. Trid. lib. 15. c. 10. p. 212.

indicem belgicum (n. 20.) FRANCISCVS IVNIVS opera typographi IOHANNIS MARESCHALLI vſus.

24) A. 1588. *Venetiis* in forma octaua prodiit Enchiridion eccleſiaſticum per GREGORIVM CAPVCINVM, ſub quo rubro latet Index expurgatorius *Neapolitanus.*

25) A. 1595. Index librorum prohibitorum Auctoritate PII IV. primum editus. Poſtea vero a SIXTO V. auctus, & nunc demum S. D. N. CLEMENTIS Papae VIII. iuſſu recognitus & publicatus *Romae.* Praemittitur Bulla CLEMENTIS die 17. Octobr. an. 1595 data. Idem index recuſus exſtat.

26) A. 1596. *Romae.*

27) Eodem Anno *Venetiis* in 12.

28) A. 1597. *Taurini* in 12.

29) A. 1598. *Coloniae* apud *Goſuinum Cholinum* 12.

30) A. 1599. *Argentorati* impenſis LAZARI ZETZNERI iterum imprimi curauit IOANNES PAPPVS indicem belgicum. (n. 20.) Non vero prototypum ſed editionem IVNII (n. 23.) ſequutus eſt, cuius praefationem iterum praemiſit.

31) A. 1599. *Ferrariae* Index CLEMENTIS (n. 25) in 8. iterum prodiit.

32) A. 1601 *Salmurae*, non *Salmonti* vt habet Cl. VOGTIVS k) PHIL. MORNAEVS edidit indicem QVIROGAE (n. 22.) a IACOBO IAMESIO acceptum.

33) A. 1607. *Romae* prodiit indicis librorum expurgandorum per FR. I. M. BRASICHELLEN Tomus primus, quem, quia multos excitauit motus, tomi plures haud inſequuti ſunt,

34) A. 1608. idem Index *Bergomae* typis *Comini Venturae* 8. exſcriptus eſt.

35) A. 1609. *Argentorati* recuſa eſt editio PAPPI, (n. 30.) quae adiunctum habet indicem QVIROGAE ſecundum editionem MORNAEI (n. 32.) exſcriptum, & indicem CLEMENTIS VIII. (n. 25.)

36) A. 1611. *Hanouiae* apud GVILIELMVM ANTONIVM iidem Indices iterum exſcripti ſunt ſ. t. Indices expurgatorii duo teſtes fraudum ac falſationum

k) ibid. p. 368.

num pontificiarum in 8. Post praefationes IVNII & PAPPI leguntur indices (n. 20. 22. & 25.)

37) A. 1612. *Madriti.* Index librorum prohibitorum & expurgandorum D. BERNARDI DE SANDOVAL & ROXAS, Cardinalis & Archiepiscopi *Toletani* auctoritate & iussu editus. Apud LVDOVICVM SANCHEZ. Folio.

38) A. 1614. Ibidem huic indici appendix accessit.

39) A. 1617 *Cracouiae:* Index librorum prohibitorum: cum regulis confectis per Patres a *Tridentina* synodo delectos, & cum adiecta instructione de emendandis imprimendisque libris, & de exequenda prohibitione. Nunc in hac editione congregationis Cardinalium edictis aliquot, & librorum nuper scandalose euulgatorum descriptione auctus. In officina ANDREAE PETRICOVII. 12. plag. 9. Auctorem habet hic index, MARTINVM SZYSCOVIVM Episcopum *Cracouiensem.* Iam antea primo BERNARDVS MACIEIOVIVS, deinde GEORGIVS ZAMOISCIVS catalogos librorum prohibitorum ediderunt, sed quo tempore, me omnino fugit.

40) A. 1618. *Duaci* Index CLEMENTIS VIII. (n. 25) recusus exstat.

41) A. 1619. *Geneuae* iterum Indicem (n. 37.) cum praefatione & latina versione hispanicorum Decretorum edidit TVRRETINVS. 4.

42) A. 1624. Index Autorum damnatae memoriae, tum etiam librorum, qui vel simpliciter, vel ad expurgationem vsque prohibentur, vel denique iam expurgati permittuntur. In III. partes distinctus, editus autoritate FERDIN. MART. MASCAREGNAS, Algarbiorum Episcopi. *Ulissiponae.* in Folio. Index Regni *Portugalliae.* Fortassis plures habet fratres. Sed quis illos nouit?

43) A. 1627. *Coloniae Agrippinae* Index (n. 25.) iterum editus est.

44) A. 1627. *Oxoniae*: THOMAE IAMESII Index generalis librorum prohibitorum a Pontificiis, vna cum Editionibus expurgatis vel expurgandis, iuxta seriem litterarum & triplicem classem. In vsum bibliothecae BODLEIANAE. in 12. Recusum dedit indicem *Quirogae* (n. 22.)

45)

45) A. 1628. *Panormi* iterum prodiit Index (n. 37.)

46) A. 1631. *Hispali*: Nouus index librorum prohibitorum & expurgatorum ANTONII ZAPATAE Cardinalis & Inquisitoris generalis. Folio.

47) A. 1640. *Romae* FRANCISCI MAGDALENI CAPIFERRI Elenchus librorum prohibitorum in 8. secunda vice iam euulgatus est.

48) A. 1640) *Madritti*, Index librorum prohibitorum & expurgatorum iussu & auctoritate ANTONII A SOTOMAIOR editus est in folio.

49) A. 1662. Idem ibidem, eademque forma excusus exstat.

50) A. 1664. *Romae*, Index Romanus librorum prohibitorum iussu & auctoritate *Alexandri VII.* prodiit in 4.

51) A. 1665. Idem Index ibid. e prelo egressus est.

52) A. 1667. Index librorum prohibitorum & expurgandorum nouissimus pro Catholicis *Hispaniarum* regnis *Philippi IV.* Regis Cathol. Ill. ac R. DD. ANTONII A SOTOMAIOR supremi Praesidis, & in Regnis *Hispaniarum*, *Siciliae* & *Indiarum* Generalis Inquisitoris &c. iussu ac studiis luculenter & vigilantissime recognitus. De consilio supremi Senatus Inquisitionis generalis. Iuxta Exemplar recusum. *Madritii* ex typographaeo *Didaci Diaz.* Fol. Hanc editionem Geneuenses procurarunt.

53) A. 1667. Index librorum prohibitorum *Alexandri VII.* iussu editus. Iuxta Exemplar recusum. *Romae* ex typographia Reu. Cam. Apost. cum priuilegio in Fol. Et hanc quoque editionem Geneuenses publici iuris fecerunt. Indicem ipsum atque bullam ALEXANDRI sequitur index *Tridentinus* & decreta nonnulla post promulgationem indicis a Clemente VIII. factam, ad annum 1667. vsque publicata.

54) A. 1677. *Madriti* Index *Sotomaioris* (n. 48.) in folio recusus est.

55) A. 1681. *Romae* Index librorum prohibitorum INNOCENTII XI. iussu & auctoritate in 8. plag. 20½.

56) A. 1704. *Romae* idem index cum continuatione ad annum 1704. vsque exscriptus est. 8.

57) A.

57) A. 1707. *Madritti*: Index expurgatorius libror. prohibitorum & expurgandorum, pro Catholicis *Hispaniarum* Regnis PHILIPPI V. Regis Catholic. De consilio supremi senatus inquisitionis generalis, in Folio.

58) A. 1711. *Romae*: Index librorum prohibitorum auctoritate CLEMENTIS XI. 8.

59) A. 1716. *Romae* idem cum continuatione in 8.

60) A. 1717. *Romae* idem index tertiis curis recognitus & auctus.

61) A. 1726. *Pragae* edit. est Index libr. prohibitorum INNOCENTII XI. iuxta exemplar Romanum (n. 56)

62) A. 1734. Romae idem Index iterum typis exscriptus est, continens INNOCENTII Indicem vsque ad annum 1681. & appendices 1) ad annum 1704. 2) ad an. 1716. 3) ad an. 1718. 4) ad annum vsque 1734. 5) Racolta d'alcune particolari operette spirituali e profane proibite &c. Prohibetur in appendice quarta Adeisidaemon auctore IOH. RELANDO, sed TOLANDI foetum esse, solus Censor Romanus ignorauit. Conf. *Saggio dell' istoria dell' indice Romano de' libri proibiti, in biblioth. volante Da Marian. Rueli*, scanz. 23.

63) A. 1743. Recusus exstat index BRASICHELLI (n. 33. 34.) quamuis in titulo annus impressionis 1608. legatur. IOH. ANDR. HESSEL typographus *Altorfinus* consilium suum de iteranda hac editione litteris publicis 1 Dec. 1742. datis significauit. Idem adfirmat iam circa annum 1723. *Ratisbonae* hunc indicem exscriptum fuisse, atque Cl. VOGTIVS 1) editionem Romanam anni 1607. clanculum alicubi recusam esse adfirmat. Manibus tractaui editionem genuinam spuriamque; in vtriusque titulo legebatur An. 1608. Quas si discernere cupis editiones, legas modo, quae de bibliis ROBERTI STEPHANI traduntur. In spuria editione verba ista: *Biblia Roberti Stephani* schedulae sunt impressa, quae suo loco est agglutinata. Plura dabit N. E. ZOBELII notitia indicis libror. expurg. editi per Fr. I. M. BRASICHELLEN. *Altd.* 745. 8.

Hi sunt, qui mihi innotuere Indices. Longe plu-

1) Ibid. p. 142.

plures vero exstare, nunquam negabo. Sed ex iis, quae commemoraui, patebit, vt REIMMANNI verbis (m) vtar, *quam foede ii, qui in Castris Rom. Pontificis militant, Auctorum scripta corrumpant, vastent, perdant, diripiant, & quam stupenda in iis committant latrocinia; quam parum ab ipsis Patribus manus abstineant, & quam dolose eos petant per latus, quos aperta fronte adoriri verecundantur; quantopere denique Indices hi sibimetipsis contradicant, & id saepius damnandum existiment, cui veniam dederunt alii & contra.* Vtinam Eruditis, qui in thesauris librariis Indicum varias editiones adseruant, & alios, qualia possideant κειμήλια, edocere placeret!

VIII.
INDEX SCRIPTORVM

ad eruditionem facientium, quae ab auctoribus Lubecae viuentibus eo, quod effluxit, spatio semestri in lucem publicam emissa ordine temporum, quibus prodierunt, obseruato opposita sunt.

I. Beschreibung des Astronomischen Vhrwerks in der Kirche zu St. Marien in Lübeck. 1753. 4. pl. 1. Auctor est Vir max. reuer. & praeclariss. D. *Io. Hermann. Becker* Pastor Marianus meritissimus, cuius auspiciis reparatum nuper est horologium illud, quod descripsit, feliciter.

II. Widerlegte Vorurtheile von der Wirkung der Kirchenmusik vnd von den dazu erforderten Vnkosten, nebst einer Vorrede von der musicalischen Liebhaberey ans Licht gestellet von *Caspar Ruetz*, Musicdirector vnd Cantor zu Lübeck. Rostock vnd Wismar. 1753. 8. pl. 13. & dim.

III. D. *Iohann Carl Henrich Dreyers* Comit. Palat. Caesar. vnd Syndici der K. fr. vnd des H. R. R. Stadt Lübeck, Sammlung vermischter Abhandlungen zur Erläuterung der teutschen Rechte vnd Alterthümer, wie auch der Critik vnd Historie. Erster Theil, Rostock vnd Wismar. 1754. 8. Alph. 1. pl. 12.

IIII.

m) Catal. bibl. Theol. p. 122.

IIII. *Georgii Hermanni Richertz* Epiſtola, qua in indolem & cauſas raritatis Iubilaeorum ſcholaſticorum ſemiſaecularium paucis inquirit ad vir. adm. reu. Io. Henr. a Seelen iubilaeum ſcholaſticum annorum quadraginta celebrantem. Lubecae 1753. 4. pl. 2.

V. Conſpectus reipublicae literariae Hebraeorum, temporibus regni florentiſſimis & bibliothecarum idea, Viro — Ioanni Henrico a Seelen — offert *Henr. Scharbau* Paſt. & Sen. Lubec, 1753. 4. pl. 3.

VI. Verſuch einer Beſchreibung vom allerſchönſten vnd beynahe allerkleinſten Vogel, der vnter dem Namen Colibrit bekannt iſt. Lübeck 1753. 4. forma max. pl. 4. Carmen eſt perquam elegans additis obſeruationibus valde eruditis auctore *Petro Henrico Tesdorpf*, viro politiſſimo, mercatore.

VII. Paradoxon Zinzendorfianum, ſcholis & ſuperioribus & inferioribus valde noxium, de ignorantia pro ſumma beatitudine habenda, iniquitatis & inſipientiae conuictum, quo actum ſolennem Conrectoris renuntiandi & Subrectoris inaugurandi indicit *Io. Henr. a Seelen* Lubecae, 1754. 4. pl. 6.

VIII. Oratio Iubilaea hiſtoriam iubilaeorum Lubecenſium complectens a. d. XV. Cal. Dec. 1753. recitata, qua Viro — Ioanni Henrico a Seelen annos in arduo docendi munere quadraginta feliciter peractos candide gratulatur *Chriſtianus Nicolaus Carſtens*, Lubecenſ. Gymnaſ. patrii ciuis (a). Lubecae. 1754. 4. pl. 6.

VIIII.

(a) Propoſitum quidem nobis erat, tum ea, quae ornatiſſimus huius orationis auctor, filius patre plurimum reuerendo, MENONE NIC. CARSTENS, eccleſiae cathedr. paſtore primario, dignus, adnotauit, tum reliquorum, ab aliis athenaei noſtri ciuibus editorum, ſpeciminum argumentum in compendio lectorum ſubiicere oculis: ſed temporis & ſpatii anguſtia impeditis mutandum fuit conſilium. Facere tamen non poſſumus, quin optimo & de nobis meritiſſimo SEELENIO ceterisque gymnaſii patrii doctoribus praeſtantiſſimis tot gratulemur auditores praeclaros, dexteritatis ipſorum & fidei teſtes omni exceptione maiores. *S.*

VIIII. Propempticon σύμμικτα literaria Suecico-Lubecensia continens, quo Viro adm. reuerendo Hermanno Müntero Lubecensi a Norcopiensibus vocato V. D. M. felix iter & fausta quaeuis sincere exoptat *Io. Henr. a Seelen.* Lubecae 1754. 4. pl. 1 & dim.

X. *Balthasaris Münteri* Lubecens. Gymnas. patr. ciuis, Lubecensium apud exteros clarorum decas prima ad fratrem Hermannum Münterum vocatum a Norcopiensibus V. D. M. Lubecae 1754. 4. pl. 7.

XI. Orationem postumam, in qua sistitur σύγκρισις siue comparatio inter — M. Ioannem Kirchmannum — & — Ioannem Henricum a Seelen, — quum postremus hic Iubilaeum ob annos in munere scholastico quadraginta feliciter peractos — rite celebraret — in Gymnasio Lubecensi habuit *Io. Frid. Westphalius* Lubecensis, dum viuebat, LL. AA. S. Lubecae. 1754. 4. pl. 5 & dim.

XII. De Poesi Christiana non a tertio post C. N. saeculo demum, sed a primo etiam ac secundo deducenda cogitationes, quibus ad audiendam orationem (b) hlqc. hab. Lubecam literatam conuocat *Ioannes Henr. a Seelen.* Lubecae 1754. 4. pl. 3.

XIII. De Sancto Lubecensium tutelari D. Ioanne Baptista σχεδίον quo — Balthasari Muntero — academicum iter meditanti gratulantur quidam commilitones. Lubecae 1754. 4. pl. 1. Auctor est *Christianus Nicol. Carstens* Lubecens. Gymn. patr. ciuis, iuuenis ornatissimus.


XIIII. De Poësi verae ac solidae eruditionis parte pauca differunt — Balthasari Müntero — iter in academ. Salan. candide gratulantes duo fratres. Lubecae 1754. pl. 1 & dim. Fratres hi sunt *Adolphus Fridericus* & *Ioannes Adolphus Trendelenburg* Strelitienses, Gymn. Lubec. ciues, optimae spei iuuenes.

(b) Scilicet eam, quam scholasticis studiis academica iuncturus *de studiis scholasticis in poeseos tractatione concurrentibus* BALTHASAR MüNTERVS habuit, qui iuuenis virum apud nos se praestitit, de quo optime speramus, & cuius caussa magnopere volumus omnia. *S.*

NOVA

BIBLIOTHECA LVBECENSIS.



VOLVMEN VI.

LVBECAE.

SVMTV IONAE SCHMIDII

A. MDCCLV.

CONTINENTVR VOLVM. VI.



I.

OTTONIS LVDOV. Königsmann DANVS INTERPRES

cum fontibus sacris & versione Theandri LVTHERI collatus

sive

OBSERVATIONVM SELECTARVM Philol. Critic. & Exegeticarum

ad

LIBRVM GENESEOS

Particula secunda.

Cap. II. v. 2.

Und also vollendete GOtt.
Og Gud havde fuldkommet.
Und GOtt hatte vollendet.

ויכל. Ita *Belg.* Als Godt volbracht hadde. conf. v. 7. 8. vbi ויצר & ויטע. *Danus* itidem cum *Belg.* in *plusquamperfecto* effert. Ex *nostra* το ויכל in præterito pronunciante, sequuta vulgatam, visus nonnullis fuit Deus T. O. M. tum demum, *die* nimirum *septimo*, quo dicitur quievisse, finem imposuisse operi creationis, & ultimas ei addi- A disse

diſſe manus, cum tamen MOSES diſertis verbis referat, *ſex diebus* ſtupendam hancce coeli terræque machinam perfectam fuiſſe, ut ſeptimo die omnino deſierit Creator operari. Crucem ſane hoc plurimis fixit interpretum, anterioris præſertim ævi, imò in eam ipſum HIERONYMVM minime ανεβραιον abegit ſententiam, poſſe ex hoc ויכל argumentum contra Iudæos exſculpi ſabbathi ſui venditantes otium. "Arctabimus igitur Iudæos, ſcribit, qui de otio "ſabbathi gloriantur, quod jam tum in "principio ſabbathum diſſolutum ſit, dum "Deus operatur in Sabbatho, complens "opera ſua in eo, & benedicens ipſi diei, "quia in illo univerſa complevit" vid. *Ej. quæſt. in Gen.* ad h. l. Sed actum ſane eſſet de cauſa Chriſti & religionis Chriſtianæ, ſi ad ejusmodi argumenta nobis eſſet fugiendum. Movit etiam apparens hocce dubium τυς ἑβδομηκοντα, ut contra omnium codicum fidem, uno *Samaritano* excepto, in *ſextum ſeptimum* diem commutare ſategerint, ut ne, die Sabbathi & quietis operatum eſſe Deum, ſe crediđiſſe manifeſtarent. Verum in ſalvo rem eſſe, "omniaque, quæ circa hoc ויכל moveri ſolent, "dubia in fumum abire, ſi hoc futurum, "quod in præteritum converſum eſt, exponas per plusquamperfectum & *compleverat*, DRVSIVS jam obſervavit, quod idem

idem VATABLVS & MERCERVS notarunt. vid. AMAMA *in Antib. B. p.* 190. Quorum quidem, aliorumque interpretum, quibus eadem ſtat ex indole linguæ (*vid. Int. Danz.* §. I.) ſententia, exacte veſtigia premit *Danus interpres*, atque in primordio diei ſeptimi, *ab occaſu nimirum ſolis diei ſexti repetendo*, ad finem perduxiſſe Deum opus ſuum ſignificat. CLERICVS *duriorem hanc translationem* pronuncians pro *compleverat in die ſeptimo* mavult *compleuit intra diem ſeptimum*, "eodem quod recidat, ac ſi dixiſſet "MOSES, *ante diem ſeptimum*. Conſentientem habet cel. NOLDIVM *in concord. part. p.* 141. *ed. Tymp.* qui in *annot.* 1007. "hoc plusquamperfectum præ ſe ferre autumat, "quaſi Deus complementum adieciſſet ope-"ri, & omnino aliquid operatus fuiſſet die "ſeptimo, rectius itaque putat alios ver-"tere: *ante diem ſeptimum*. Sed merum figmentum eſt, quod pace tantorum Virorum dictum eſto, notionem τȣ *ante* vel *intra* in ſe בְּ ſuſcipere. Nec *a* illud בְּ ſonat, id quod ſuadet NOLDIVS l. c., nec *ante*, quod utrumque ſolide refutat, & præter omnem neceſſitatem notiones τȣ בְּ cumulari, recedique a primo & naturali ſignificatu, ad oculum dat demonſtratum vir celeberrimus, & præceptor per omnem nobis vitam venerabilis IO. GOTTFR. TYMPIVS in notis operi Noldiano ſubjectis utiliſſimis,

atque valde neceſſariis, quas propediem ad umbilicum deducendas & perficiendas nobiscum in votis habebunt omnes, quibus curæ cordique res eſt Ebraismi. Nullum habet etiam refugium hæcce, quam ornare ſuſcipiunt duumviri literatisſimi, ſententia in loco Exod. XII. 15. quem cum NOLD. CLERICVS vertit: *ante primum diem* ביום הראשון *ceſſare facietis fermentum*, rectius enim ſervata prima τῦ ב notione vertitur: *In ipſo die primo vt fermentum ſit abolitum curetis* vid. TYMP. c. l. Præterea *duriorem*, quam CLERICVS queritur, non *converſionem* præteriti in plusquamperfectum, ſed expoſitionem τῦ ב contra naturam ſuam per *intra* vel *ante* nos quidem putamus. Illud enim, perfecti in plusquamperfectum mutatio (*) genio linguæ omnino reſpondet, hoc vero alienæ notionis τῦ ב & cumulatarum contra particularum vim naturalem ſignificationum, quibus ſane riget

(*) Omnes enim præteritorum ſpecies i. e. & imperfectum & plusquamperfectum ſub ſe complectitur præteritum Ebræum. „Hoc notum, „DRVSIVS inquit ad h. l. ex Grammatica, „cujus cognitionem multi levem judicant, & „probri loco nobis objiciunt, ſed profecto le„via hæc, ſi ignorentur, viris gravibus magnas „tenebras offundunt. Sic eſt profecto, vnum „duntaxat præteritum habent Ebræi, quod pro „cunctis ejus ſpeciebus vſurpatur. Itaque pro „ratione loci & ſenſus debet reddi modo per imper-

get opus Noldianum, figmentum illi adversari, apud rei gnaros in confesso est. Vltro concedimus, in versionibus & circumscriptionibus textus mille modis exprimi particulas, & propositiones latine, quæ est hujus linguæ copia, utique posse, variosque illis adplicari posse significatus, exinde vero recte derivari, quod naturales illis sint, & formales, constanter negamus. Sed si dicendum, quod res est, de nihilo omnem hoc loco rixam esse, & verbum ויכל sive in *præterito* sive in *plusquamperfecto* pronuncies, eodem sensum redire, arbitramur. Omni sane veritate nititur illud *Aben Esræ:* כלוי מעשה אינו מעשה *absolutio seu terminus operis non pertinet ad ipsum opus*, & rectissime B. MELECH in *το* ויכל מ״ ita explicat, ר״ל שהיה כלה ביום השביעי, *innuit Scriptura, perfectum* (omne opus) *fuisse die septimo.* Lubet adponere AMAMAE cogitata *l. c. p.* 190. " LXX hic habent *και* „ *συνετελεσεν ο Θεος εν τη ημερα εκτη κ. τ. λ.* „ *Complevit Deus die sexto.* Quo nomine „ passim ab authoribus perstringuntur. Ego „ sic opinor, reprehendendos quidem, quod, „ cum in promtu esset vocis Græcæ plus-

 „quam-

„ imperfectum, modo per plusquamperfectum, „ & ita accipiendi sunt interpretes, quando per „ præteritum perfectum illud exponunt, & sen„ tentia est vel de imperfecto, vel de plusquam„ perfecto, ut hoc loco.

„quamperfectum, *septimum* verterint in „*sextum*, at reprehendendos fuisse magis, „si vertissent ημερα εβδομη. Vidisse mihi „illi videntur, quod tot oculos fugit. „Quis enim non videt, ad sensum idem „sonare has duas propositiones

„Compleverat Deus die 7 opus suum.
Et
„Complevit Deus die 7 opus suum.

„Si enim compleverat die 7, quando com„plevit; quæso te, nisi *die sexto*? (*) Hæc AMAMA. Conferri meretur HACKSPANIUS *ad h. l.*

V. 7.

Aus einem Erden-Kloß.
Af.) Støv af Jorden.
Von.) Staub von der Erden.

עפר מן האדמה. Synchysin vel hypallagen, quam sibi fingunt interpretes ad hæc verba (*vid. GLASS. Philol. S. Lib. IV. Tr. II. Obs.* 24.) hic exulare jubet, literæ inhærens textus, *Danus interpres*. Signate enim humilis origo, atque primum stamen hominis ita effertur, vt sit pulvis e terra ori-

(*) *Die sexto*? Sic recte legitur in *Tom. I. Supplem. Crit. S. Angl.* p. 46. Quando vero in *Antibarbaro* edit. Franeq. 1656. habetur p. 190: *die septimo*? apertum hoc sphalma est, in subjuncto nitidæ huic editioni errorum typogr. indice haud notatum.

oriundus, quam mortalium omnium caducitatem Regum ſapientisſimus meditatur, cum id, quod mortale homines habent, *pulverem* nuncupat *ad terram revertentem.* Eccles. XII. 7. וישב עפר אל הארץ כשהיה *Et revertitur pulvis ad terram quemadmodum* (qualis) *ille fuit.* Laudatus FAGIUS l. c. ad paraphraſin Chaldaicam, cujus eſt: *Dominus creavit hominem pulverem de terra*, ita commentatur: " Sic habet ad literam textus, „ & magis emphaticum eſt, quam ſi legas, „ ut communiter habent noſtri interpretes: „ *Et creavit Dominus Deus hominem de limo* „ *terræ.* Innuitur enim, Deum ſingulariter quodammodo pulverem illum prius „ congesſiſſe, unde hominem formaturus „ erat. Proponit ſiquidem MOSES Deum ut „ humanum artificem, ut figulum, qui „ teſtam facturus ſibi prius de materia, luto „ ſcilicet ſive de argilla proſpicit. Et fortius etiam nos movet ad conſiderandam „ miſeram noſtram, fragilem, caducam atque perituram conditionem, cum meminerimus, nos nihil niſi *pulverem* factos „ eſſe, juxta illud, quod infra dicitur: *Pulvis es, & in pulverem reverteris.*

V. 10.

Und theilte ſich daſelbſt in vier Haupt-Waſſer
Og derfra deldes (den) og blev til fire Hoved-Strømmer.

Und davon ward (es) getheilet, und gedieh zu vier Haupt-Strömen.

משם יפרד והיה לארבה ראשים. Non משם sed שם vertendum daselbst. מ enim præfixum *motionem a loco* innuit, *ab inde*, *ab horto* nimirum *Eden*. Verbum היה vernacula non expresſit.

v. 14.

Vor Aſſyrien.
Oſten for Aſſyrien.
Vor Aſſyrien gegen Morgen.

קדמת אשור. Ita *Onkel: Verſus orientalem plagam Aſſyriæ*. Ita & *Iun. Belg.* verſionesque rel. קדם enim & ſitum ſeu prioritatem loci & *plagam* ſitus, quæ nimirum ad orientem ſpectat, innuit (*), quod cum B. LVTHERO κριτικωτατος CLERICVS haud animadvertit, cujus eſt: *Aſſyriam verſus fertur*; Vterque horum tamen Cap. IV. 16. recte expresſit, ubi LVTHERVS vertit jenſeit Eden gegen Morgen. CLERICVS: *ad orien-*

(*) Optime FAGIVS ad h. l. "Errant, qui legunt, „*contra* (verſus) *Aſſyrios*, ut habet vulgata edi„tio latina. Nam קדם hic non eſt præpoſitio, ſed nomen ſignificans orientalem plagam, „& cum He locali dicitur קדמה, quod hic „propter regimen mutatur in ת. Perinde „enim valet קדמת אשור q. d. למזרח של „אשור *ad orientalem plagam Aſſyriæ*, uti R. S. „exponit.

orientem Hedenis. Conf. III. 24. ubi bene CLER. *ab oriente Paradisi*. XI. 2. XII. 8. XIII. 11. Miramur, quod non et hoc loco *orientem* nomine vocarint.

v. 16.

Du solt essen.
Du mag frit åde.
Du magst frey (ungehindert) essen.

אכל תאכל. Ita *Belg*. Van allen boom deses Hofs sult gy vryelik eten. Verbum finitum regit suum infinitivum, id quod ex linguæ genio non solum, indice interpr. Danz. §. 108. 2. *frequentationem*, *continuationem*, verum etiam *jus liberum*, & *audaciam* nonnunquam involvit, in genere *sensus intensionem*, & *majorem emphasin*, seu, ut Ebræi loquuntur, *ejusmodi infinitivus venit ad fortificandam actionem*. B. MELECH in מ׳ hujus idiotismi ad infinitivum הרבה cap. III. 16. hunc tradit canonem: בבוא המקור אל הפואל הוא להגדיל הענין: *Quando infinitivus additur verbo finito, hoc fit ad intendendum sensum*. Scite igitur & hunc idiotismum Danus expressit, qui quidem, si CLERICO fidem habeamus, proscribendus e sacris erit, a viris doctis tamen & Ebræi idiomatis satis peritis mascule vindicatus. "Singularem vim, ita IO. IAC. BREITINGERVS „causam hujus locutionis agit, & elegan-

tiam

„tiam habet, quicquid cavilletur CLERICVS,
„illa verbi ſtructura, cum idem verbum
„finitum & infinitum continuo repetitur
„ſeu reduplicatur " *in brevi de idiotismis ſer-*
„*monis Ebræi commentario* p. 43. 44. Addimus FAGIVM: "Emphaſin, ille inquit, verbi
„habet repetitio, quales locutiones crebræ
„ſunt in ſacris ſcripturis. Plenariam enim
„hæc figura loquendi homini de qualibet
„arbore edendi poteſtatem tribuit, demto
„ligno ſcientiæ boni & mali.

V. 23.

Das iſt doch Bein von meinen Beinen.
Denne Gang er dette Been af mine Been.
Dieſesmahl iſt dies Bein von meinen Beinen.

זאת הפעם עצם מעצמי. Notamus, quod poſt FAGIVM pauci, quantum recordamur, notarunt, Ebræos τo זאת non ad הפעם, quod plurimi faciunt interpretum, ſed ad *mulierem* referre, hoc ſenſu: *Hæc hac vice os ex osſibus meis*; eandemque B. LVTHERO mentem fuiſſe, commentarius ejus in hæc verba mox exhibendus admonet. Scribit enim: **Das Wörtlein** Happaam **nun oder vor dieſesmahl oder doch ſtehet hier nicht vergebens.** Sane ſi cum זאת conſtruxiſſet הפעם, in hac expoſitione legeremus: **Die Wörter** *Soth Happaam* &c. Interim

terim *το* זֹאת in neutro genere per das reddidit, quod in Germanica ad vocem Weib referri poteſt, in Danica non item, ubi loco *Dette* ſcribendum fuiſſet *Denne* (Quinde.) Vox vero הַפַּעַם *hac vice, nunc demum*, per vernaculum doch aliqua quidem ratione, ſed non ſatis emphatice exprimitur. Habet ſuum reſpectum ad præcedens comma 20mum, eſtque Adami mariti effatum voti ſui in accepta a Deo coniuge viragine facti compotis. Cum enim inter omnia terræ animalia, quæ ad Adamum Deus duxerat, לֹא מָצָא עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ *non inveniret* Adamus *auxilium commodum*, quod eſſet formæ & naturæ ejus *αναλογον*, & tanquam alter ipſe; (vid. v. 18.) illud vero Adamo, cum obdormiſceret, omnino eſſet in votis: expergefactus ardentisque voti ſui complementum in ſocia atque adjutrice ſuaviſſima conſpiciens, *Hac demum vice*, lætus incipit, aptiſſimam mihi conjugem thorique dulciſſimam ſociam video, nun einmahl iſt hier nach meinem Wunſch Bein von meinem Bein. Eadem fere ratione LEA ſororis æmula conjunctiorem ſibi IACOBVM maritum exoptans, cum pareret LEVI filium, putaretque, ſe trium jam liberorum matrem impenſius a marito amatum iri: עַתָּה הַפַּעַם inquit, *nunc demum ſe adjunget mihi vir meus, cum filios tres ipſi pepererim.* Gen. XXIX. 3.4. itemque v. 35. הַפַּעַם אוֹדֶה אֶת יְהוָה

Hac

Hac vice, (nunc demum voti mei iterum compos facta) *laudabo Dominum*. IVN. verba nostra eleganter παραφραζει: "Nunc „demum singulare mihi auxilium adest, „singulari quadam forma & ratione a Deo „attributum, quod auxilium ego altera illa „vice, antequam indormivissem, desidera-„veram. Non possumus non addere ipsius verba Megalandri LVTHERI in expos. Genes. vt appareat, non contra mentem viri divini nos versionem ejus illustrare: "das Wörtlein „Happaam nun oder vor diesesmahl, oder „doch stehet hier nicht vergebens, wie es „wohl hier scheinet, sondern drücket fein aus „den männlichen Affect, der nach solcher „leiblichen Gesellschaft oder Beywohnung des „Weibes, welche nicht allein von der Liebe, „sondern auch der Heiligkeit voll ist, Verlan-„gen hat, und sich darnach umsiehet. Als „wollt er sagen: Ich habe alle Thier besehen, „und betrachtet die Weiblein, so GOtt zur „Mehrung und Erhaltung seiner Ahrt einem „jeden Thier gegeben hat. Aber diese alle „gehen mich nichts an: Das ist aber nun ein-„mahl Fleisch von meinem Fleisch, und Bein „von meinem Bein, mit dem begehre ich zu le-„ben, und Gottes Willen in Mehrung und „Erbauung meines Geschlechtes gehorsahm zu „seyn. Einen solchen vollen affect der Liebe „zeiget das Wörtlein *Nunc*, oder *Tandem*. „einmahl an.

Cap.

Cap. III. 6.

Und gab ihrem Mann auch davon.
Og gav sin Mann ogsa med sig.
Und gab ihremMann auch mit sich.

ותתן גם לאישה עמה. Ebræum עמה non davon sed mit sich interpretandum est, quo minus enim *ad fructum* referatur, impedit suffix. 3. perf. sing. foem. (ה) cum præcedente פרי non conciliandum. Eum vero in finem dabat marito de fructu arboris vetitæ, quem jam gustaverat Heva, ut secum ille comederet, nec sola mandatum Domini transgressa videretur, iniquitatis levamen quærens in socio. Frustra *ambiguitatis* CLERICVS hoc עמה incusat; non enim *de loco*, in quo vna cum HEVA fuerit, non *de connubio*, quo cum ea junctus fuerit ADAMVS, sed *de comestione fructus arboris vetitæ* sermonem textus nectit, quem una cum illa, illaque cum eo contra præceptum Dei negativum gustaverit. Sive igitur sola fuerit HEVA, & ad ADAMVM, quod sine fundamento CLERICVS suspicatur, cibum infelicem detulerit, sive HEVAE ad esum seducenti adstiterit ADAMVS, quod vero magis videtur consentaneum (*), perinde

(*) VATABLVS in not. ad h. l. (seu potius ROB. STEPHANVS) *vid. Histor. Biblioth. Fabricianæ* P. I. p. 14-16) "*Dedit denique & viro suo secum*

inde erit. Sufficit, *cum ea* ADAMVM *comedisse*, atque eundem cum ea contraxisse reatum, quod tantum, aliudque nihil, hoc עמה innuit,uti vel adjectum in textu ויאכל *& comedit* (ADAMVS) extra omne collocat dubium. Ceterum evolvere non pigebit eadem, quæ nos, solide & docte contra CLERICVM disputantem virum celeb. GE. LVD. OEDERVM *in animadv. s. p.* 55. *animadv.* 5.

V. 15.

Und du wirst ihm in die Fersen stechen.
Men du, du skalt søderknuse hans hål.
Aber du, du wirst seine Fersen zerknirschen.

ואתה תשופנו עקב. Namque *idem* שוף, quod de semine mulieris caput serpentis conterente pronunciatum fuerat, & hic de serpente calcaneum Messiæ contrituro adhibetur. "Eadem, B. IO. FR. BVDDEVS „scribit, de utroque & cacodæmone & Mes„sia vox adhibetur, ut idem utriusque ad „alterum opprimendum & æque vehemens „conatus denotetur: licet non idem utrius„que fuerit successus, sed victoria penes „Messiam steterit, diabolo suppresso, & „igno-

„*cum, qui et ipse comedit* i. e. viro suo, qui „secum erat. Hinc quidam dicunt, Hevam se„ductam fuisse præsente Adamo viro suo. Ve„rum Ebræi subaudiunt, *ut ederet*: dedit viro „suo *ut ederet una cum ipsa*.

„ignominiis doloribusque cumulato *in H. E. V. T. p.* 102. CLERICVS quidem pro more ſuo valde impio & blaſphemo ſugillat repetitum ſenſu, uti putat, minus proprio in textu שוף, & ad credendum inducere ſatagit lectores, " non niſi ακυρολογως ſer„pentem talum mordentem eum poſſe dici „conterere, imo hoc in more eſſe cavilla„tur ſcriptoribus ſacris, ut, poſtquam ge„nuino ſenſu vocabulo quopiam vſi fue„rint, ſæpe eodem de alia re verba facien„tes in ſenſum alienum illico poſtea abu„tantur, eo quod alioqui dicendum potius „fuiſſet: *Illud conteret tibi caput, tu vero cal„caneum ejus admordebis.* Sed nihil aliud agit vir eruditisſimus, quam ut profanam oſtentet mentem, manifeſtetque, ſe omnem, quam deberet τη Θειοτητι oraculorum divinorum, reverentiam plane exuiſſe. Diſſerit vir celeberrimus de ſenſu nativo & minus proprio verbi שוף, & non definivit, quis nativus & proprius hujus verbi ſenſus, quis minus ſit proprius? Notionem *conterendi* huic voci nativam & formalem eſſe, crediſiſſe videtur, quod ipſum vero diſputatur. BOHLIO formalis ſignificatio eſt: *depreſſum in tenebris tenere;* GEIERO *irruere, invadere,* MOLLERVS mavult *opprimere, & obruere.* vid. IO. HENR. MAII *animadv. & ſupplem. in lex. Cocc. ad h. v.* In diverſa igitur eunt viri docti, cum prima atque formalis notio

notio hujus verbi determinanda erit, nec certi quidpiam a CLERICO ſine argumentis idoneis hic ſtatui potuit. R. S. Ben MELECH ענין מכה וכתיתה *ſenſum* habere hoc verbum aſſerit *percusſionis* & *conculcationis*, cui eſſe fidem habendam cognatum huic שוף verbum שאף omnimode ſuadet, id quod in ſenſu *conculcationis* ſubinde uſurpari docent loca Amos. II. 7. השאפים על עפר ארץ *qui calcant in pulvere terræ, ſuper capite tenuium.* VIII. 4. Ezech. XXXVI. 3. *& quia calcant vos undiquaque. Calcationis* itaque non *contritionis* notio τω שוף videri poſſet formalis. Sed ſi etiam largiamur, prima ſua atque formali notione *contritionem* hoc verbum inferre, an quæſo hæc notioni *mordendi* adverſabitur? Non putamus. Anne conterit anguis, & comminuit os, & partem osſis, quam petit morſu? Quid eſt morſus, niſi membri, quantillum id ſit, ſeu particulæ membri contritio & compresſio, quæ mordetur? Verum in fumum abibit difficultas omnis, evaneſcetque mox omnis εναντιοφανεια, *modo de membro diſpiciatur, quod morſu a Satana conterendum erat.* Mesſias quidem benedictum illud in ſecula ſemen mulieris ex prædictione divina *caput* ſerpentis contrivit, adeoque nihil roboris, nihil vitæ ſerpenti reliquit; at vero ſerpens nil niſi *calcaneum* contrivit Meſſiæ, *contrivit* quidem, i. e. omnes vires ad perden-

dendum Salvatorem admovit, cruciatibus in paſſione exquiſitiſſimis omnibus vexavit, ſed non perdidit his doloribus, non exterminavit, nam *calcaneum* duntaxat, non *caput*, non animam & vitam divinam conterere potuit. Elegantisſime b. SAL. GLASSIUS hæc exponit, cujus, quæ huc adponantur, digna putamus pie & docte meditata: „*Et tu conteres ei calcaneum* q. d. defendes te „omni vi, omnes nervos, omnem, qua polles, potentiam adhibebis ad perdendum „exterminandumque hoſtem tuum Meſ„ſiam; nec carebit conatus (me in ſalutem „humani generis, & vt juſtitiæ meæ pro „peccatis ejus ſatisfiat, id tibi indulgente) „aliquo eventu; neque enim illæſum di„mittes in pugna cruenta, ſed in acerbis„ſima παθηματα, & mortis ignominioſisſi„mum ſupplicium in cruce, per organa tua, „perduces: verum nihil tibi hoc proderit, „non enim caput attingere ipſi poteris, illi„que nocere, ſed *calcaneo* tantum alteri, par„ti minus principali, noxam quaſi inferes, „ita ut plaga ſanari facile divina mea omni„potentia posſit, ex morte glorioſe ipſum „reſuſcitando, & victorem Dominumque „inferni, toti mundo per evangelium de„clarando; cum tibi interim penitus ſuc„cumbendum & pereundum ſit, contrito „tuo non *calcaneo* ſolum ſed ipſo *capite*. In

B ſpecie

„ſpecie & hic emphatica quædam obſerva-
„ri queunt. Duæ phraſeos hujus voces
„ſunt. Prima תשופנו *conteres illum*,
„quæ eadem vox de Meſſia in phraſi ante-
„cedente uſurpata eſt. Hac vero (actio-
„nem vehementiſſimam exprimente) in-
„nuitur tum Satanæ intentio, quæ fuit, ut
„virulentiſſime Meſſiæ faceret, quod ſibi
„ab ipſo factum, videlicet ut eum peſſun-
„daret, everteret, penitus contereret -
„tum paſſionum Chriſti magnitudo; cum
„enim idem verbum uſurpetur de Satana
„infeſtante Chriſtum, quod de Chriſto ex-
„pugnante diabolum, certe non levis, ſed
„omnium graviſſima læſio innuitur. *In*
„*Rhetor. S. Tract. I. Cap. XX. p. m.* 1953."
Ceterum ad verſionem quam illuſtramus, vindicamusque, *Danicam* præſtantiſſimam hoc obſervare liceat, quod, *ubicunque in Ebræo pronomina perſonalia verbis adduntur*, id quod nunquam fit ſine emphaſi, *in hac translatione quam elegantiſſime iſtud indigitetur per ingeminatum hoc pronomen, qualemcunque illud perſonam denotet*, qua quidem accuratiſſima diligentia verſiones reliquas omnes antecellit; ut in noſtro loco: aber du, du. אתה תשופנו III. 16. הוא ימשול. Han, han ſkal herſke. IV. 7. אתה תמשול. Du, du ſkal herſke. XIV. 24. הם יקחו. De, de mae tage deres deel. XV. 2.

אנכי

אנכי הולך. Jeg, jeg gaar hen foruden børn. v. 4. הוא יירשך. Hand, hand skal arve dig. XVI. 5. אנכי נתתי. Jeg, jeg hauer givet min pige i din barm, & sic in hujus conditionis & constructionis locis omnibus. Sed ne aliorum limatissimis, quæ hoc Bibliothecæ volumen ornant, lucubrationibus & laboribus aliquid præripiatur, Danus noster hic conticescat, in sequenti, si ita eruditissimis videatur editoribus, observationes suas qualescunque virorum doctorum suffragio propositurus.



II.

Q. D. B. V.

MENONIS NICOLAI CARSTENS

Past. Eccl. Cathedr. Lubec.

DISQVISITIO HISTORICO - ELENCHTICA, de *Communione bonorum a D. Luca* Act. II. 11. c. IV. 32. commemorata.

Natura *communionis bonorum* inter primitivæ Ecclesiæ Hierosolymitanæ membra exposita, promissi nostri 1) haud immemores ad confutandos illos progredimur, qui minus recte de eadem tum docuere quondam; tum adhuc hodie sentiunt.

Sectio I. Historica.

§. I.

E *Philosophis* vetustioribus primo loco nominandus est *Pythagoras*. De eo enim constat, quod in scholam suam ejusmodi *communionem bonorum* introduxerit, vi cujus illi

1) vid. Vol. V. Biblioth. Nov. Lubec. p. 58.

illi omnes, qui in eam ſeſe recipiebant, facultates ſuas publico uſui impendendas afferre cogebantur, ita tamen, ut, ſi annis diſcretionis nondum præterlapſis ejusmodi vivendi ratio ipſis diſpliceret, allata bona recuperare poſſent. Ita enim inquit AULUS GELLIUS 2): *ſed id quoque prætereundum non eſt, quod omnes ſimul, qui a Pythagora in cohortem illam diſciplinarum recepti erant, quod quisque familiæ pecuniæque habebat, in medium dabant, & coibatur ſocietas inſeparabilis, tanquam illud fuerit antiquum conſortium, quod re atque verbo appellabatur κοινόβιον.* Quæ vero Gellii verba *ſocietas inſeparabilis* cum reſtrictione quadam intelligenda eſſe, obſervat STANLEIUS; *Niſi ipſos*, inquiens 3), *hujus ſocietatis poeniteret. Id enim ſi cui in mentem veniſſet; is facultates ſuas, quas ad commune contuliſſet, etiam cum augmento recipiebat, atque ita diſcedebat.* Nec levioris momenti ſunt, quæ de eodem *Pythagora* affert JAMBLICHUS 4); Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ

B 3 τȣτῳ

2) in noct. Attic. Lib. I. cap 9. p. m. 23.

3) in Op. Hiſt. Philoſ. P. I. c. 6. p. 709. add. quæ Summe Rev. IO. GOTTLOB CARPZOVIUS ex SCHEFFERI *Philoſ. Ital.* adducit in *Annotatt. in TH. GOODWIN. Moſen & Aaronem* p. m. 220.

4) de vita *Pythagor.* p. 23. & 59. vid. WOLFF. Cur. philol. crit. ad Act. II. 44. p. m. 1047. it. ELSNERUS in obſerv. ſac. in N. T. libb. ad Act. II. 45. p. m. 376. PORPHYRIUM p. 26.

τέτω, dicens, τὰ μὲν ἑκάςε ὑπάρχοντα τέτ᾽ ἐςιν αἱ ἐσίαι ἐκοινἔντο διδόμενα τοῖς ἀποδεδειγμένοις εἰς τἔτο γνωρίμεις ὅιπερ ἐκαλἔντο πολιτικοὶ καὶ οἰκονομικοὶ τινες καὶ Νομοθέτικοὶ ὄντες, i. e. *Eo tempore quicquid facultatum opumve quisque possidebat, in medium conferebatur, & aliis ad hoc ipsum destinatis, qui Politici & Oeconomi & Legislatores audiebant, dispensandum committebatur.* Et DIOGENES LAERTIUS 5) qui, *Pythagoram, Amicorum omnia communia, dixisse, ex Timæo refert,* & paulo post, *discipulos facultates omnes in unum deposuisse, & communes fecisse, imo* 6) *Pythagoram discipulos admonere fuisse solitum: proprium nihil arbitrandum*, docet. Quæ omnia ÆGID. MENAGIUS 7) tum duplici testimonio DIODORI SICULI; tum etiam aliorum 8) suffragiis prolixe satis comprobat.

§. II.

Platonem hanc de *communione bonorum Pythagoræ* sententiam approbasse, de eo nulli dubitant. Verba autem *Platonis* 9) *de communione mulierum* a diversis diversimode explicantur. LACTANTIUS 10) eadem de im-

5) in vita Pythagor. L. 8. Segm. 10. p. 495.
6) l. c. segment. 23. p. 506.
7) in observ. in Diog. Laert. ad Lib. 8. Segm. 23.
8) in Observ. ad Lib. 8 Segm. 10.
9) in Dialog. 5. de Republ. p. 589. 590.
10) Institut. divin. Lib. 3. cap. 20 & 21.

impura & illicita communione interpretatur, cujus verba, lectu alias dignissima, hic adducere, chartæ angustia prohibet. Eandem IO. SCHILTERI 11) de communione uxorum Platonica fuisse sententiam, verba ejus perspicue satis docent: *Quare enim longe sanius Pythagoras de communione bonorum sensit, quam Pythagorissans Plato, neque omnium rerum; sed earum, quæ honeste communes fieri possunt, communionem sanxit*, quo ipso communionem mulierum Platonicam tacite inhonestam nuncupavit. Atque ita etiam alii existimant; alii autem *Platonem* in hoc capite ex instituto defenderunt, quibus omnibus MARSILIUS FICINUS 12) palmam præripuisse videtur, *Platonem* non communionem corporum: sed animorum concordiam commendasse existimans 13). Neque minus BUDDEUS 14) id ipsum veterem criminationem appellat, & a JO. BAPT. CRISPO 15) repetitam testatur, imo verba

 Pla-

11) de disciplina Pythagorica §. 57.

12) Tom. 2. Opp. p. 1406, quem tamen STOLL. in der Hist. der Gelahrtheit p. m. 351. §. 34 inter eos collocat, qui magis amore erga Platonem inducti, quam ab omnibus præjudiciis & affectibus immunes scripserunt.

13) vid. WALCH. obs. in nov. foed. Libb. P. I. Obs. 7. p. m. 52.

14) in analect. Hist. Philos. p. m. 442.

15) de ethnicis Philosophis caute legendis cap. X. & XI.

Platonis ita interpretanda censet, ut eadem *tum de communione operarum inter viros & foeminas aeque distribuenda; tum etiam, non de impuris corporum conjunctionibus; sed de amoris potius communione* accipienda esse, statuat, 16) cum quo plane consentiunt JOH. CHRIST. BECHMANNUS 17), OMEISIUS 18), GEORG. PASCHIUS 19), aliique, quos memorant FABRICIUS 20), & HEUMANNUS 21). At enim vero, *Platonem* non penitus ab hoc errore absolvendum, existimamus, cum expresse ejusmodi *communionem* doceat, vi cujus *neque Pater noscat filium, neque filius Patrem suum* 22). Interim in primitiva Ecclesia non defuisse, quibus haec *Platonis* de communione uxorum sententia fuit ad palatum & qui eam in Ecclesiam Christianam introducere annisi sunt. Tentavit id ipsum statim post C. N. Apostolorum temporibus SIMON MAGUS 23); Tentarunt NICOLAITÆ 24), SATUR-

16) in analect. Hist. Philos. p. m. 442. 443.
17) in Polit. parall. cap. 4.
18) in Ethic. Platonic.
19) in introduct. in rem. litt. moral. vet. cap. 1. §. 18
20) in Bibliothec. Graec. Lib. 3. cap. 1. p. 26.
21) in Act. Philos. P. 5. p. 830.
22) vid. WALCH. observ. in novi foederis Libb. P. 1. Obs. 7. p. m. 53 sqq.
23) vid. *Centur. Magd.* Cent. I. L. 2. c. 5. p. m. 481.
24) ibid. p. m. 486.

SATURNINUS 25), CARPOCRATIANI 26), VALENTINIANI 27) & ſpeciatim GNOSTICI 28).

§. III.

De EPICVRO quidem certum eſt, quod *communionis bonorum* nunquam fautor fuerit. *Nolebat* enim verba ſunt DIOG. LAERTII 29), *Epicurus ſectatores ſuos in commune opes deponere veluti Pythagoras, qui communia omnia dicebat: Nam id eorum eſſe, qui diffiderent; inter diffidentes autem amicitiam non eſſe*, quamvis ÆGID. MENAGIUS 30) de *Polyſtrato* & *Hippoclide*, Epicuræis, obſervet, eosdem Magiſtri exemplum non ſecutos fuiſſe, autoritate VALERII MAXIMI 31) munitus.

§. IV.

Inter *Judæos* primum ſibi vindicant locum *Eſſæi* ſ. *Eſſeni*, *Pythagoræ*, uti in aliis; ita præcipue in hoc dogmate *de communione bonorum* veſtigiis inſiſtentes, de quibus THOM. GOODWINUS 32) ita pronunciat: *Pytha-*

25) ibid. Cent. 2. c. 5. p. m. 77.
26) vid. CLEM. ALEXANDR. Stromat. L. 3. p. m. 428. & *Centuriat*. Cent. 2. c. 5. p. m. 77.
27) ibid. p. m. 88.
28) ibid. p. m. 76.
29) de vitis Philoſophorum L. 10. Segm. 2.
30) in Obſ. in Diog. Laert. l. c.
31) Dictor. factorumque memorabilium Lib. 1 c. 8.
32) in Moſ. & Aarone Lib. 1. c. 12. §. 4. num. 1. p. m. 225.

thagorici docebant communionem bonorum; commune marsupium habebant etiam Esseni, æqualiter divites, pauperesque: inter se neque vendunt, neque emunt; sed alter alterius defectum complet, cumque eo HADRIAN. RELANDUS 33): *Quidam ex iis erant* Κοινόβιοι ; *alii* Μόναχοι, *utrique bona privata non habentes, nec ementes, nec vendentes.* Quorum duum-virorum celeberrimorum de *Essenis* effata ipsius JOSEPHI, scriptoris rerum Iudaicarum antiquissimi, testimoniis comprobata videmus. Ita enim *ille:* 34) (Versionem sequimur) *Quin & divitias contemnunt, & admiranda plane inter eos obtinet bonorum communio, neque quisquam apud eos inveniri potest, qui plura aliis possideat. Lege sancitur, ut qui isti Sectæ nomen suum dare velint, facultates suas sodalitio communes facerent; adeo ut inter omnes, neque egestatis humilitas, nec opum vis immodica appareat; sed permixtis singulorum facultatibus, unum omnium sit, tanquam fratrum patrimonium.* Et paulo post: *designatos autem communium rerum procuratores habent & ad usus omnium singulos indiscretos.* Nec minus alibi: 35) *Illis non est una civitas certa; sed domicilia habent multi in singulis: ac suæ Sectæ hominibus aliunde advenientibus, quicquid habent, æque*

33) in antiq. sacr. P. II. §. 16. p. m. 253.

34) Lib. 2. de bello Jud. cap. 8. §. 3. p. 161.

35) l. c. §. 4. & §. 6. p. 162.

æque patet, ac si eorum proprium esset, & ad eos, quos nunquam viderant, quasi maxime familiares, ingrediuntur. Nihil inter se emunt, nec vendunt; sed egenti &c. Quæ omnia iis ex asse respondere, quæ SCHEFFERUS 36) ex JAMBLICHO 37) de Pythagoricis monuit, summe Rev. CARPZOVIUS 38) observat, simulque PHILONEM paulo aliter de iis sentientem 39) ita cum JOSEPHO conciliari posse existimat, ut partem facultatum in commune contulisse, juxta JOSEPHUM credantur; reliquas autem fortunas juxta PHILONEM suis reliquisse necessariis 40)

§. V.

Neque in *Papatu* defuerunt, quibus hæc de *communione bonorum* doctrina fuit ad palatum. *Franciscani* enim, qui & *Capucini*, *Minoritæ*, die Barfüsser audiunt, id sibi peculiare sumserunt, ut proprii nihil; communia vero habuerint omnia, & propriis facultatibus posthabitis stipem sibi dari ab omnibus expetierint. Ita enim de illis MATTH. PARISIUS 41): *Eo tempore Minores* (intelligit certum *Franciscanorum* genus) *Innocen-*

36) de Philos. Ital. p. 157.
37) de vit. Pythag. c. 17.
38) in annot. ad Goodw. Mos. &c. p. m. 220.
39) Opp. p. 689.
40) in not. l. cit.
41) apud cent. Magd. Cent. 13. c. 6. p. m. 643. 644.

nocentio favente ſubito emergentes terram repleverunt, in urbibus habitantes, nihil omnino poſſidentes de Evangelio vivebant &c. Imo inter alia etiam illud ipſum illis, qui in ordinem illorum recipi deſiderabant, præſcribere conſueverunt: *Dicant verbum Evangelii quod vadant & vendant ſua omnia, & ea ſtudeant pauperibus erogare: Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem* 42).

§. VI.

Monachis hiſce tandem adjungendi ſunt *Anabaptiſtæ*, quorum inſtitutum quidem ex Socinianis nonnulli & in his præcipue DAN. ZWICKERUS ſtudioſe defenderunt; contra quem hac de re prolixe diſputat MART. RUARUS 43), & e noſtratibus generatim contra Anabaptiſtas ſolide tum LUC. OSIANDER 44); tum MART. CHEMNITIUS 45) tum alii. Horum autem dum mentionem injicimus; non omnes, quotquot hoc nomine veniunt, (in plurimas enim ſectas abiiſſe, conſtat,) intelligimus; ſed eos præcipue, qui die Hudler vocati ſunt, & b. HULSEMANNO teſte

42) Apud Centuriat. l. c.
43) Epiſt. Cent. I. p. 304. 307.
44) in Enchirid. controv. cum Anabapt. cap. 7. p. 155-186.
45) Locor. Theolog. P. 2. Loco de paupertate cap. 3.

teste 46) ut *communionem bonorum* tanquam rem necessariam, & ab Apostolis in primitiva Ecclesia mandatam & constitutam obtineant, negarunt, *licere homini Christiano, ut possideat proprium*, s. *facultates & divitias*; imo *nullum, nisi qui in commune eas, quæ sibi a Deo datæ facultates, conferat, salvum & vitæ æternæ hæredem fieri posse*, docuerunt. Præterea luculenta Historicorum adsunt testimonia, quæ, *Monasterienses Anabaptistas* homines eo vi compulisse, ut bona, quæ possidebant, in communionem darent, comprobant 47). Ne de HENRICO-NICOLAITIS quicquam addamus, quorum Autorem sic dictam familiam charitatis erexisse ferunt.

§. VII.

De *fratribus Moravis & Bohemis*, stricte sic dictis, DAN. ZWICKERUS, qui ipsemet Moraviam & Bohemiam adiit, idem quidem judicavit: absolvendos autem esse, JO. AMOS COMENIUS 48) docet: *Eleemosynarii*, scribens, *sunt Viri prudentes, virtute ac fide conspicui, quibus*

46) in Disp. de libertate Christiana & communione bonorum, quæ inter Disp. errores Anabapt. continentes, XIIma est.

47) vid. inter alios *Zwingl.* Opp. Tom. 2. fol. 15. L. 16. a.

48) in ratione disciplinæ ordinisque ecclesiastici in unitate fratrum Bohemorum p. 11. 43. cura b. BVDDEI in lucem revocata.

quibus gazophylacii, quo unusquisque auditorum quoties vult, immittit aliquid, cura committitur. Ultraneas oblationes inferunt auditores ærario ecclesiastico pro voluntate sua in usum pauperum fidelium. Id vero liberum est, quoties alicui allubescit. Quælibet ecclesia suas habet eleemosynas, quibus suis pauperibus succurrat, cum quo etiam consentit JO. HEDERICVS 49). Nam in hac sua *examinatione* ne verbulo quidem hujus *communionis* meminit, aut inter illos talem florere societatem indicat. Conjiciendum igitur potius est, rumorem illum, ac si *Moravi & Bohemi fratres* eidem instituto cum *Anabaptistis* addicti fuissent, esse disseminatum a secta quadam *Anabaptistarum* in Moravia quondam florente & *Hudleriana* dicta, teste b. SPENERO, qui ait 50) *Anabaptistæ hodie injuriam sibi fieri queruntur, quoties communio ipsis objicitur, & sectam aliquam in Moravia, nisi memoria me fallit,* die Hudler *dictam, ei mori adhærere ajunt.*

Sectio II.

49) in examinatione capitum doctrinæ fratrum, ut haberi volunt, in Bohemia & Moravia vulgo Picardorum s. Waldensium s. Boleslaviensium quibus ab Ecclesiis A. C. publice privatimque dissentire eos demonstratur, cujus nitidam versionem germanicam S. R. noster D. IO. GOTTL. CARPZOVIVS in der Relig. Untersuchung der Böhmischen u. Mährischen Brüder von Anbeginn ꝛc. in fine exhibet.

50) in Consilior. latinor. P. 3. p. 282.

Sectio II. Elenchtica.

Reſtat denique, ut paucis adhuc demonſtremus, adverſariis omnibus, quicunque etiam ſint, in hac *primorum Chriſtianorum communione* nullum relinqui præſidium.

§. I.

Qui igitur eo ſunt dilapſi, ut inde *communionem uxorum* introduxerint, eamque, ut licitum, approbaverint; de illis non eſt, ut multa verba faciamus. De eadem enim nihil eſt in toto contextu. Et quid plura? Præeunte Sacra Scriptura conſtat:

1. *adverſari eam divinæ generis humani creationi, & primævæ conjugii inſtitutioni,* quippe quæ Geneſ. I. 27. & c. II. 18. 21. perſpicuis verbis traditur, nosque condocet, ut b. WERNSDORFFII verbis utamur; 51) *Deum unum adjutorium homini deſtinaſſe: unam foeminam, perinde & unum marem condidiſſe; unam coſtam ab Adamo petiiſſe: unam foeminam ex eadem exſtruxiſſe: unam uxorem ad eundem adduxiſſe: uni virum adhæſurum prædixiſſe.* Quæ omnia *communio uxorum* evertit. Vi hujus enim Viri non adjutorium, ſed adjutoria habent: non unam, ſed plures uxores ad ſe ipſos adducunt; nec etiam uni; ſed pluribus adhaerent.

2. *Ejus-*

51) in Diſp. de Polygamia th. 2. §. 5. p. m. 31.

2. *Ejusmodi communionem uxorum nihil esse aliud, quam adulteria*, quæ tamen passim in sacris paginis non sine horrenda comminatione; in primis autem in sexto præcepto perspicue satis prohibentur. Dum enim homines non una contenti sunt uxore; sed inter se ipsos omnes habent communes, quid agunt aliud, quam crimen publicum, quo thorum conjugalem per concubitum illicitum violant?

§. II.

Addimus 3. *verba Apostoli: Propter fornicationem habeat quisque uxorem suam & quælibet maritum suum.* 1 Cor. VII. 2. quibus verbis sane nihil clarius, nihilque *communioni uxorum* magis adversum dici poterit. Non enim, ait Apostolus, habeat quisque uxorem communem, absit! sed vocem ἴδιος expresse usurpat, quippe quæ in strictiori sua significatione opponitur ei, quod est commune. Verba, quæ ad h. l. habet idem WERNSDORFFIUS 52), digna sunt, quae apponantur: *Nervus*, inquit, *est in voce ἴδιος, cujus, omnium confessione, hic est primus, & præcipuus significatus, ut opponatur communi. Etsi enim aliquando ea, quæ sunt communia, suo quodam modo, singuli sibi vindicare possint, formaliter tamen, & ratione sui, propria nunquam*

52) in Disp. cit. §. 2. p. m. 66.

quam sunt communia. Accipi autem vocem h. l. significatu dominante, ac primo, vel ipse verborum contextus docet. Loquitur de viro & uxore, & utrique aliquid proprii assignat. Marito, uxorem suam; uxori, maritum proprium. Jam sicut tum demum uxorem quis habet suam, si hæc cum alio nullo concumbat; sic tum demum maritum foemina proprium habet, si hic cum nulla alia consuescat, & paulo post 53): *Imo parum abest, quin statuam τὸ ἴδιος h. l. multo fortius excludere pluralitatem uxorum intuitu Viri, quam τὸ ἑαυτοῦ pluralitatem virorum intuitu foeminæ.* Τὸ *ἴδιος non excludit modo virum alienum, adeoque adulterum; sed etiam communem, adeoque πολύγαμον.* Accedit denique

§. III.

4. *Quod hac ipsa communione uxorum nihil unquam absurdius, & quod magis ab ipsa natura alienum excogitari possit.* Quid enim quæso est, quod auferat omnem castitatem? *Communio uxorum.* Quid? quod fidem conjugalem violet; *Communio uxorum.* Quid? quod maximam pariat humani generis confusionem; *Communio uxorum.* Quid? quod veram inter conjuges & liberos tollat caritatem; *Communio uxorum. Quomodo enim,*

C verba

53) l. c. p. m. 67.

verba ſunt LACTANTII 54), *ſervari poteſt caritas, ubi nihil certum eſt, quod ametur? Quis aut vir mulierem, aut mulier virum diliget, niſi habitaverint ſemper una? Niſi devota mens, & ſervata invicem fides individuam fecerit caritatem? Quæ virtus in illa promiſcue voluptate locum non habet. Item, ſi omnes omnium liberi ſint, quis amare liberos, tanquam ſuos, poterit, cum ſuos eſſe, aut ignoret, aut dubitet.* Quid eſt, quod reverentiam filialem, Parentibus debitam impediat? *Communio uxorum. Quis enim*, pergit 55), *honorem tanquam Patri deferet, cum, unde natus ſit, neſciat?* Quid denique? quod rixas & lites undique promoveat; *Communio uxorum. Nulla enim*, eodem teſte 56) *vehementior diſcordiarum cauſa eſt, quam unius foeminæ a multis maribus appetitio.* E quibus omnibus quilibet perſpicit, *communionem uxorum* eſſe turpisſimam, ſcandali plenam, Chriſtianis indignam, minime tolerandam; potius rejiciendam & damnandam.

§. IV.

Ad *communionem* vero *bonorum* quod attinet, tolerari quidem poſſet, ſi nimirum ad normam *communionis bonorum inter primos Chri-*

54) Inſtitut. divin. Lib. III. c. 2.
55) l. c. Lib. III. cap. 2.
56) loc. cit.

Christianos instituatur. *Hoc enim est*, inquit CYPRIANVS 57), *nativitate spirituali vere filios Dei fieri, hoc est, lege coelesti æquitatem Dei Patris imitari. Quodcunque enim Dei est, in nostra usurpatione commune est, nec quisquam a beneficiis ejus & muneribus arcetur, quo minus omne humanum genus bonitate ac largitate divina æqualiter perfruatur. Sic æqualiter dies illuminat, sol radiat, imber rigat, ventus adspirat, & dormientibus somnus unus est & stellarum & lunæ communis est. Quo æqualitatis exemplo, qui possessor in terris reditus ac fructus suos cum fraternitate partitur, dum largitionibus gratuitis communis ac justus est, Dei imitator est.* At enim vero, quod sine periculo salutis æternæ omitti non posiit, negamus. Vbi enim quæso in sacris literis de hoc l. mandatum l. promissum l. exempla eorum extant, qui mediante *communione* salvati sunt. Nonne ejusmodi sententia toti analogiæ fidei contradicit? Nonne injuria est in gratiam Dei, cui in solidum Apostolus æternam nostram salutem adscribit? Rom. VI, 23. Ephes. II, 8. 9. Nonne extenuat meritum & satisfactionem Christi unici totius mundi Salvatoris? Nonne fidem & reliqua salutis media prosternit? Imo, quid fiet de illis, quos sacra scriptura, ut divites,

 præ-

57) In fine libri de opere & eleemosynis p. m. 208. observ. VEILIO in Act. Apost. ad C. IV. 32. pag. 88.

prædicat? Num eos omnes propterea damnabimus, quoniam opes ſuas, a DEO ſibi conceſſas, in commune non contulerunt? Abſit. Ita enim damnandus eſſet *Abrahamus*, quem ſcriptura gravem valde pecore, argento & auro laudat, Geneſ. XIII,2. damnandus *Iſaacus*, damnandus *Iacobus*, damnandi omnes Patriarchæ & alii Sancti; Si *communio bonorum* adeo neceſſaria fuiſſet ad conſequendam vitam æternam, utique *Chriſtus* eam *Nicodemo* ad ſe noctu venienti, & de ſalute æterna ſollicito commendaſſet. Imo D. *Petrum* inique egiſſe, merito ſtatuendum, quod nec *Cornelio* baptizato, nec *Lydiæ* purpurarum venditrici, concione Paulina converſæ, *communionem bonorum* impoſuerit.

§. V.

Nec eſt, quod *Anabaptiſtæ*, & qui in caſtris eorum militant, (Monachos in Papatu præcipue intelligimus) de ſua *communione bonorum* adeo glorientur. Paulo enim penitius ſi eam conſiderabimus, proh! quantum inter eorum & antiquæ Eccleſiæ *communionem bonorum* deprehendemus diſcrimen. Agedum percurramus, ſi placet, ea, quæ jamjam 58) adduximus, & videbimus, *communionem*, quam defendunt adverſarii,

1. *Eſſe*

58) vid. Biblioth. Nov. Lubec. vol. 5. §. 6 ſqq.

1. *Esse universalem.* Dum enim falso supponunt, nullum christianum absque *communione bonorum* vitæ æternæ fieri posse hæredem, quid inde aliud ex mente illorum procedit, quam quod omnes christiani, quicunque etiam fuerint, ad eam sint obligati. Nec etiam in cujusdam potestate positum relinquunt, ut aliqua saltem de facultatibus suis in commune conferat, sed omnia, omnia volunt communia, ita, ut quilibet Christianus proprii nihil possidere debeat. Videbimus

2. *Urgere eosdem communionem bonorum non ut rem indifferentem, rem ex libera voluntate suscipiendam, sed ut rem summe necessariam.* Quid enim quæso, christiano factu magis necessarium est, quam id, quo salutem æternam consequi possit? Iam vero cum ejusmodi efficaciam *communioni bonorum* adscribant, necessario sequitur, *communionem bonorum* inter primarias & absolute necessarias Christianismi partes collocandam esse. Videbimus,

3. *fieri eam ex* ἐθελοθρησκεία *quadam.* Evertit enim Apostoli effatum, quippe quo omnes adhortatur Christianos, ut contendant res suas agere, & operari manibus propriis, ut nullius indigeant 1 Thess. IV. 11. 12. & cum quiete operantes suo pane vescantur 2 Thess. III, 12. Evertit monitum ejusdem Apostoli, quod requirit, ut labo-

remus operando manibus, quod bonum eſt, ut habeamus quod impertiri poſſimus, cui opus fuerit. Eph. IV, 28. Evertit denique, quod maximum eſt, totam doctrinam de fide, qua ſola, non *communione bonorum*, ſalutem æternam adipiſci poſſumus juxta Prophetæ effatum: Iuſtus fide ſua vivet. Habac. II. 4. Videbimus,

4. *fieri eam ex opere ſupererogationis.* Quid enim hac ipſa *communione bonorum*, quam ſomniant adverſarii, aliud intendunt, quam ut illa ſibi & aliis quicquam apud Deum mereantur, & majori gloriæ luce affundantur. Eo enim, quod negari nequit, omnia Papicolarum collimant tum paupertatis, tum caſtitatis, tum coecæ obedientiæ vota. De quo autem opere ſupererogationis in ſacra ſcriptura neque vola extat, neque veſtigium, imo una cum reliquis bonis operibus ex actu juſtificationis plane eliminandum. Videbimus,

5. *Adverſariorum communionem bonorum plane auferre omne dominium & proprietatem in res ſuas.* Dum enim urgent ut quilibet omnes, quas modo poſſidet, facultates in communem maſſam conjiciat, quid aliud agunt, quam ut ipſi ſimul omne dominium, quod antea in opes ſuas habuit, adimant? Videbimus denique,

6. *Fru-*

6. *Frustrari adversarios legitimo etiam antiquæ communionis fine.* Non enim eam ob caussam facultates suas in communem conferunt arcam, ut in usum atque commodum pauperum, viduarum, & ejusmodi generis hominum impendant, multo magis sine discrimine omnes, quotquot in hac communione vivunt, de eadem etiam participant.

§. VI.

Ne quid dicamus de absurdis, quæ sponte sua ex spuria adversariorum *communione* fluunt, & quilibet, vel nobis tacentibus, novit. Quid enim quæso fiet de eleemosynis? Num easdem admittendas vel rejiciendas esse putamus? Posterius nemo facile affirmabit, cum non modo tot promissiones in sacris literis extent, quæ illos concernunt, qui pauperum curam habent, sed etiam tot mandata, quæ, pauperibus stipem non denegandam esse, suadent Ies. LIIX. 7. 8. Sir. XIV, 13-16. Tob. IV. 7-10. Matth. VI. 3. c. XXV. 35. Luc. XIV, 13. 2 Cor. VIII. 11. Gal. VI. 9. 10. Eph. IV. 28. 2 Thess. III. 13. Iam vero quilibet sit æquus rerum arbiter, num hac ipsa *communione* eleemosynæ conserventur? Absit. Proscribuntur potius, quam conservantur. Ubi enim eleemosynis locus erit relinquendus, ibi etiam homines rerum & facultatum sua-

rum Domini & Proprietarii esse debent. Quodcunque enim aliquis dare vult, id debet esse sui ipsius, non vero alterius. Cum vero hac adversariorum *communione* omne dominium in facultates hominibus auferatur, nihil proprii ipsis remanebit nec etiam habebunt, quo pauperibus subvenire poterunt juxta vulgare: Quod quis non habet, alteri dare non potest. Quid fiet de sustentatione domesticorum, quam Gentium Doctor gravissimis sane urget verbis 1 Tim. V. 8. quæ autem sponte sua corruet, si nulli mortalium licitum sit, proprii quicquam possidere. Quid denique, ne de eo quid dicamus, quod segnitiem & inertiam promoveat, fiet de furtis? Optandum quidem foret, ut inter christianos nullum locum haberent; quod autem habeant, experientia proh dolor! satis superque confirmat. Stante vero hac adversariorum *communione bonorum* nulla furta inter Christianos deprehendemus, cum hac ratione nemo proprii quicquam habeat, atque sic etiam res alienæ auferri non possint. Nec obstat, si quis objiciat: bonum tamen esse, quod hac *communione* furta omnia impediantur. Non enim introducenda sunt mala, ut inde eveniant bona. Habemus enim expressum Dei mandatum: non furtum facies; habemus poenas gravissimas civiles furantibus con-

constitutas, quibus omnibus a furtis facili negotio arceri possunt homines, si modo ipsi velint.

§. VII.

Atque hæc *de communione bonorum inter Christianos primitivæ Ecclesiæ* dixisse, sufficiat. Deo interim O. M. grates, quas possumus, maximas persolvimus pro auxilio in conscribenda hac commentatione nobis non denegato, eumque supplices veneramur, velit pro singulari suo favore omnes ad *communionem* Filii sui vocatos & nomen Christi profitentes in eadem conservare, nosque ita Spiritu suo, qui est spiritus concordiæ, regere, ut in fide semper consentiamus & in charitate ubique cooperemur.



III.

Ad obſervationem de indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum Bibliothecae huius Vol. V. p. 139. inſertam, Accesſio (*)

Quod plurimum Reverendus MASCHIVS, Vir præſtantiſſimus, ſibi ſumſit, & eximia cura ſtudioque exſecutus eſt, inſtitutum, publica laude excipi meretur, præſertim cum Vir cl. talem in deſcribendis librorum prohibitorum expurgandorumque catalogis adhibuerit ſolertiam induſtriamque, ut vix reperire quenquam liceat, qui tot huius generis libellos vel deſignaverit, vel enarraverit tam circumſpecte. Neque ex eo ſolo Vir optimus commendatione dignus eſt, ſed vel maxime propterea, quod, quam difficili negotio abſolutus omnibus numeris eiusmodi catalogus texatur, perſpiciens, modeſtiſſime de ſe ſentit, & ſymbolam promittens, abſolutiſſimum, quod adhuc

(*) Symbolam hanc, quod auctoris pace ſcriptum eſto, debemus domino M. ANG. IO. DAN. AEPINO, Profeſſori in academia Roſtochienſi celeberrimo. S.

adhuc videre licuit, eiusmodi opus produxit.

Ita vero Viri plurimum reverendi consilium bonis omnibus se probet, necesse est, ut non magno solum illud excepturos plausu, verum & aucturos esse quoscunque, plane confidamus. Quod considerantes, ipsi quoque sequentia adiicere, aliorumque, si fieri ita possit, industriam excitare nulli dubitamus. Pauciora equidem sunt, fatemur; ast ex aliorum scriniis conquisita nunc non damus, in iis tantum recensendis eiusmodi libellis occupati, quos praesentes manibus tractare nunc licet.

Ad p. 144. post n. 2.

Iam ante annum cIↄ Iↄ xxxxvi. in Belgio foederato Imperator Carolus V. duriores varias in b. Lutherum eiusque adseclas inscriptiones & diplomata exire iusserat, quorum alios inter meminit A SANDE (*), ad quae pontificiæ crudelitatis impatientes iam Belgarum animi ita exarserant, ut ad defectionem austriacique iugi excussionem facile tandem permoverentur. Inter alia eo tempore publice proposita decreta, ipse Bruxellis tunc praesens Imperator An. cIↄIↄxxxx d. xx. Septembris austeram nimium severamque in homines, a prisco catholicorum cultu deficientes, legem publicavit, inter Indi-

(*) Epitome Historiarum Belgicarum L. I. p. m. 4.

Indices librorum prohibitorum merito numerandam. Prodiit illa, germanice, nescio a quonam, reddita, simul cum alio, politicam terrarum Belgicarum rationem cernente edicto regio, sequenti elogio notata:

Ordnung, Statuten und Edict Keiser Karols des fünfften, publicirt in der namhafften Stat Brüssel, in beyseyn irer Maiestet Schwester und Königin, Gubernant und Regent seiner Niederland, den vierdten Octobris Anno Christi 1540. $3\frac{1}{2}$ pl. 4.

Nulla vero vel editoris, vel typographi, vel loci annive impressionis adiecta mentio habetur, neque quidquam, qnod coniecturae hic locum daret, deprehendere licet.

Ipsum quod hic innuimus edictum, omne quinque constat paginis schedae quater plicatae, parvae quidem molis, ast, si tenorem spectes, gravissimi argumenti, quod crudelissimum Pontificiorum in alienos a sacris suis animum aperte loquitur. Lubet quandam eius, apprime huc facientem, particulam totam adscribere, quae ita fluit:

Nu haben wir solches angesehen, begerende mit aller unser Macht auszurotten und vertilgen, die vorgeschrieben verdampte Sect, Schwermerey, und Kezereyen, und unser Untersassen zu erhalten in der forcht Gottes, in dem heiligen christ-

christlichen Glauben, und in gehorsam unser Mutter, der heiligen Kirchen; so haben wir mit zeitigem, wollbedachten Rath, auch mit Rath und Bewilligung unser lieben Schwester, Frau Maria, Königin Dovagiere von Hungern und Behmen, &c. Regent und Gubernant in unsern Landen herwerts, und desgleichen auch mit unserm obersten Rhat und meinung, geordinirt und statuirt, ordiniren und statuiren für ein Edict und ewig Gesatz, wie nachfolget.

Zum ersten, das niemand, was Stands oder Condition er sey, sol mögen bey sich haben, verkauffen, geben tragen, lesen, predigen, unterweisen, dulden und beschützen, mitteilen oder disputiren, heimlich oder öffentlich, von der Lehre, Schrifft und Büchern, die gemacht haben oder möchten machen, Martin Luther, Joan Wicleff, Joan Huss, Marsilius de Padua, Icolampadius, Ulricus Zwinglius, Philippus Melanthon, Franciscus Lamperti, Ioannes Pomeranus, Ottho Brunfels, Justus Jonas, Joannes Pupuri und Gortianus, oder ander Authores von ihrer Secten, desgleichen alle andre ketzerische oder Schwermerische Secten von der Kirchen verworffen, noch auch die Leren von ihren anhaengern, gönnern und verwanten, auch nicht die neue Testament, ge-

gedruckt bey Adrian von Bergis, Chriſtoffel de Remunda, Joann Zell, Phraſis Scripture divine, Interpretatio nominum chaldeorum, Epitome topographica Vadiani, Paralipomena rerum memorabilium, Hiſtoria de Germanorum origine, Commentaria in Pytagore poema, Commentaria in phiſicam Ariſtotelis per Velcurionem, Eobani Heſſi opera, Dominice precationes Griphii, Methodus in praecipuos ſcripture divine locos, Eraſmi Sarcerii Catechiſmus, Scholia eiusdem in Evangelium Matthei, Marci & Luce, Poſtilla eiusdem in evangelia dominicalia per totum annum, Idem de ratione diſcende Theologie, De inſtituenda vita & moribus corrigendis, Pareneſis Chriſtophori Hegendorphini, Eiusdem Chriſtiana inſtitutio ſtudioſe iuventutis, cum expoſitione orationis Dominice Philippi Melanthonis, Epitome Chronicarum in latein und Deudſch, Annotationes Sebaſtiani Münſteri in Evangelium ſecundum Mattheum, und die Comedien, ſo newlich geſpielt ſein worden in unſer Stadt Ghent, durch die neuzehen Cameren der Rhetoriken, welche gemacht ſein auff die Frag, was eines ſterbenden Menſchen gröſter Troſt ſey, Und desgleichen alle andre Bücher, ſo innerhalb 18 Iaren gedruckt ſein on Namen des Druckers,

Tich-

Tichters, Zeit und Ort, auch kein New Teſtament, Evangelien, Epiſteln, Propheceien, oder ander Bücher, in Franzöſiſcher oder Flandriſcher Sprach, welche haben Prefation und Vorred, Apoſtillen oder Gloſſen, ſo nach der Schwermeriſchen Lere ſchmecken, wiederwärtig unſerm heiligen Glauben, den Sacramenten, Gottes und der Kirchen gepotten. Noch desgleichen malen, oder laſſen abmahlen, haben oder bey ſich behalten einige bilde, oder ſonſt ergerlich Figuren von der Iungfrawen Marien, oder von den Heiligen, welche von der Kirchen canoniſiret ſind, oder zerbrechen und abthun die Bilder, welche zu der Heiligen Ehre und gedechtniſs gemacht ſind, oder gemacht ſollen werden, Und ſo iemand die vorgeſchriben Bücher oder Malerey bey ſich hette, das er die balde verbrenne bey peen (So jemand befunden wird, wieder einig vorgeſchriben punct gethan haben) verklert und volſtreckt zu werden, nemlich die Mansperſon mit dem Schwerdt, und die Weiber lebendig zu vergraben, ſo ſie anderſt jre irthumb nicht dulden oder beſchützen wöllen. Wenn ſie aber in ihren Irrthumen und Ketzereyen verharren wolten, ſo ſollen ſie mit dem Fewer zum Tode gebracht werden, und alle jre Güter genomen

nomen und gewendet zu unſerm nutz. Wollen auch, das von dem Tag an, wenn ſolche Perſon gefallen ſind in dieſelbige Schwermerey, ſollen nicht macht haben etwas mit ihrem Gut zu ſchaffen, und alle enderung, ſchenkung, ubergebung, verkauffung, Teſtament und letzter Wil, ſollen nichtig nnd krafftlos ſeyn. Uber das ordiniren und ſtatuiren wir für ein Gebot und ewig Geſetz, das niemand ſich vermeſſe, in ſeinem haus zu halten, verſamlung zu diſputiren, oder mitteilen von der heiligen Schrifft, oder andern die heilige Schrifft vorleſen oder predigen, ſie ſeyenn denn Theologen, geapprobirt von einiger namhafften Hohenſchul, oder ſonſt dazu beſtelt von der Oberkeit des Orts, bey peen oben geſchrieben. Das niemand unterſtehe zu drucken oder drucken laſſe, oder in ander weg zu publiciren, einige Bücher in der Theologei, antreffende unſern heiligen Glauben und die Geſetz der Kirchen; Es ſey denn, das ſie zuvor beſichtiget ſeyn von den beſtellten des Orts, und von uns erlangt haben erleubnis die zu drucken, bey peen wie oben. - - -

Et porro:

Wir wollen und ordiniren auch alle Buchtruckers und Buchverkauffer gehalten ſollen werden, dem Amptman des orths, oder

oder sonst den bestelten, (wenn sie des ersucht werden) zu geben, Inventarien von allen Büchern die sie haben, und inen übergeben die Bücher, welche sie begeren zu besichtigen, bey peen (wo sie solchs nicht gerne thun) das sie gehalten sollen werden für suspect, und damit befleckt seyn, und man sol wider sie procediren, wie sichs gebürt. - - - Geben in unser Stat Brüssel, unter unserm Contrasigil hierauff gedruckt, den 20 tag Septembris im jar 1540.

Durch den Kayser und seinen Rathe.

Verreycken.

Ad p. 148. n. 19.

Eiusdem editionis Plantinianae quibusdam exemplis Philippi II. edictum regium dialecto gallica, belgica & latina praemittitur. Ceterum editio præsens Plantiniana repetit, quantum coniicio, tantum editionem Leodii exscriptam, quae no. 18. exhibetur. Adhaeret ipsi appendix, in Belgio ex mandato regiae Catholicae Maiestatis confecta, cui singularis praemissa praefatio, docens, quod praeter perniciosos libros latina lingua conscriptos, vulgaribus etiam linguis, Teutonica, Gallica, Hispanica & Italica scripta notata sint atque prohibita.

D   Ad

Ad p. 150. n. 30.

Quam ZEZNERVS curavit, indicis expurgatorii editio, in 12mo prodiit, eique accessit collatio censurae in Glossas Iuris Canonici, iussu PII V. Pontif. 1572. editae, cum iisdem glossis GREGORII XIII. mandato 1580. recognitis & approbatis. Rationem & usum collationis huiusce demonstrat praefatio D. IO. PAPPI, *Theologi Argentoratensis.*

Ad p. 152. post n. 48.

Prodiit Anno cIↄ Iↄ cxxxxvII. Coloniae apud Iodocum Kalcovium:

Sacrosancti & oecumenici Concilii Tridentini Canones & decreta. Quid in hac editione praestitum sit, Philippi Chiffletii, Abb. Balernensis praefatio indicat, cum indice librorum prohibitorum. Ipse index ita inscriptus est: Novus index librorum prohibitorum iuxta decretum s. congregationis Illust. S. R. E. Cardinalium, a S. D. N. URBANO *Papa* VIII. sanctaque sede apostolica publicatum, Romae d. 4. Febr. 1627. auctus, primum auctoritate PII IV. P. M. editus, deinde a SIXTO V. ampliatus, tertio a CLEMENTE VIII. recognitus, praefixis regulis ac modo exequendae prohibitionis per R. P. F. FRANCISCVM FORERIVM Ord. Praed. a deputatione s. s. Trid. Synodi Secretarium. Ante quemlibet librum noviter

viter prohibitum praefixum eſt ſignum †. Colon. Agrippinae, ex commiſſione S. R. E. Inquiſit.

Ad p. 153. poſt num. 63.

Anno cIↃ IↃ CCXXXXIIII. prodiit:

Index Librorum prohibitorum usque ad diem 4. Iunii Anni MDCCXLIV. regnante BENEDICTO XIV. P. O. M. Romae, ex typographia rev. Cam. Apoſtolicae, cum privilegio. in 8vo.

Praeſens catalogi librorum prohibitorum editio, prout recentior eſt, ita reliquas, ſi librorum damnatorum numerum ſpectes, facile vincit, cuius brevem enarrationem hic ſubiungere placet. Titulum libri ſtatim excipiunt regulae indicis S. S. Synodi Tridentinae iuſſu editae, quas ſequuntur Obſervationes ad regulam quartam & nonam CLEMENTIS Papae VIII. iuſſu factae. Subiunguntur obſervationes ad regulam X ALEXANDRI Papae VII. iuſſu additae, & *inſtructio* CLEMENTIS VIII. *autoritate regularis indicis adiecta, eorum, qui libris tum prohibendis, tum expurgandis, tum etiam imprimendis diligentem ac fidelem (ut par eſt,) operam ſunt daturi.* Ipſe amplus librorum damnatorum index 562 paginis abſolvitur, & recentiores plures libros enumerat, notato non raro damnationis tempore, ex quibus hic nominamus Bibliothecam Lubecenſem, Lubecae 1726. Decreto Sac. Congr. Indicis

14. Ian. 1737. interdictam, prout indicatur p. 55. Subiunguntur Catalogo 1) Appendix ad indicem librorum prohibitorum, a mense Februario MDCCXXXIX. usque ad totum mensem Iunii MDCCXLIV. 2) Raccolta d'alcune particolari operette spirituali e profane proibite, orazioni e divozioni vane e superstiziose, indulgenze nulle, o apocrife, ed immagini indecenti ed illecite. 3) Nota di alcune operette, ed istoriette proibite; denique 4) Decretum Feria V. die XXV. Septembris MDCCX, historiae sacrae rituumque *Sinensium* scriptores omnes, prohibens.

Sufficiant haec amplissimae *Maschianae* collectioni addita. Neque tamen silentio praeterire possumus, ipso hoc anno Viennae prodiisse Catalogum librorum reiectorum per consessum censurae, 5½ pl. 8. quod nuper docuerunt Lipsiensium *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen* N. XLIV. Inter alios hic notatos libros occurrunt Les Memoires pour servir a l'histoire de Brandenbourg, scilicet

- - qui reges consuere tollere, - -
- - Hunc regem iugulant. - - -



IV.

IV.

HISTORIA IOHANNIS ALBERTI WIDMANSTADII,

auctore

ANDREA GOTTLIEB MASCH,

V.D.M. adjuncto apud Beseritzenses.

SECTIO I.

De fatis & negotiis Widmanstadii.

§. I.

Quæ Viris optimis contigerint fata, quibus studiis operam dederint, quantis laboribus fere oppressi aliis inserviendo se ipsos consumserint, quibus virtutibus optime de aliis meruerint, posteritati tradere, atque sempiternæ memoriæ mandare, officium, me quidem judice, est, quod & magni nominis viris & posteritati debemus. De meritis aliorum commentaria legere & juvat & delectat, nec ad illorum imitandum virtutem animus non incenditur. Non raro illi, qui optimis virtutibus ornati, in rempublicam maxima beneficia contulerunt, haud aliam, quam nominis apud posteros claritatem famamque celebrem, multorum

laborum habent mercedem; interdum vero & optimi Viri vix laudum suarum praecones inveniunt, cum aliorum longe inferiorum nomina longe lateque plausu celebrari soleant. Bene itaque de bene meritis meremus Viris, debitaque iis persolvimus, si fata illorum in memoriam revocamus.

§. II.

Vir ille longe celeberrimus & πολυμαθέστατος, IOHANNES GEORGIVS SCHELHORNIVS, Ecclesiastes & Bibliothecarius *Memmingensis* meritissimus, cui multas, quae ad historiam litterariam in primis spectant, disquisitiones, non immaturas, sed eruditas, digestas, foecundissimasque respublica eruditorum debet, felici successu jam a triginta fere annis in hoc operam suam collocavit, ut litterarum amatores, quales olim studiorum ac eruditionis fautores promotoresque fuerint, edoceret, atque memoriam nominum, fatorum, laborum meritorumque praestantissimorum olim virorum, simul renovaret. *a*)

§.III.

a) Qui integros Amoenitatum litterariarum tomos XIV. ab anno MDCCXXIV - XXXI. editos, aut binos Amoenitatum historiae ecclesiasticae & litterariae tomos A. MDCCXXXVII & XXXVIII emissos, aut de MINO CELSO SENENSI Dissertationem epistolarem perlustravit, de hisce assertis nunquam dubitabit.

§. III.

In ſchediasmate hiſtorico-litterario *de eximiis Suevorum in literaturam Orientalem meritis b*), modo laudatus SCHELHORNIVS, de IOHANNIS ALBERTI WIDMANSTADII, Iurisconſulti, Senatoris Regii, & Provinciarum Auſtriæ Orientalis Cancellarii, *c*) cui optimo Viro primam N. T. Syriaci editionem ſplendidam pariter ac rarisſimam acceptam referimus, vita, meritis fatisque varia lectu digna eſt commentatus. Hauſit ſua potiſſimum V. Cl. e fonte puro, nimirum ex ipſa N. T. præfatione ab Editore conſcripta, collatis aliis de eiusdem vitæ curriculo ſcriptoribus, qui, quamvis perpauci ſint, non raro tamen veris falſa immiſcuerunt *d*). Non conſuluit vero V. cl.

b) Programmatis loco hoc ſchediaſma cl. Auctor præmiſerat Actui Oratorio in memoriam A. C. MDCCXXX. celebrato. Inſertum legitur tom. XIII. amoenit. litt. p. 197-264. Quæ de WIDMANSTADIO diſſerit, §. X-XVI. p. 223-244. exſtant.

c) Addit IAC. le LONGIVS biblioth. ſacr. tom. I. p. 586. edit. Pariſ. 1723. fol. Dignitatem Equitis S IACOBI.

d) Sunt KOENIGIVS, CZVITTINGERVS, AVB. MIRÆVS, Lexic. Vniv. Baſil. PANTALEON, & Lexicon eruditorum *), quibus parum tribuit cl. A. p. 244.

*) In recentiſſima tamen eius editione varia in iis, quae ad WIDMANSTADIVM attinent, mutata, omiſſa & addita deprehenduntur.

Elementa linguæ Syriacæ a WIDMANSTADIO edita, in quorum fronte ac calce plura de se ipso prodidit Auctor memoriæ, quæ fata illustrant: nec iis quæ ANDREAS MÜLLERVS Greiffenhagius de eodem posteritati sacravit, frui potuit *e*). Vterque vero cum liber non ubique obvius mihi ad manus sit, quædam ex istis fontibus haurire, atque cum aliis communicare, non omnibus ingratum fore, habeo in persuasissimis.

§. IV.

Quibus parentibus noster WIDMANSTADIVS usus sit; qualis illorum vitæ ratio, qua-

e) Vid. Amoenit. litt. tom. 13. p. 235. Inscribitur libellus, qui de meritis WIDMANSTADII nonnulla memoriæ prodidit: *Symbolæ Syriacæ, sive I. Epistolæ duæ Syriacæ Amoebææ. Vna Mosis Mardeni, sacerdotis Syri; Altera Andreæ Masii, ICti & Consil. olim Cliviaci. Cum versione & notis. Vt & II. Dissertationes duæ de rebus itidem Syriacis, & e reliquis Mardeni Epistolis maxime. Estque de Mose Mardeno, una; De syriacis librorum sacrorum Versionibus, deque Viennensi Antiocheni textus Novi Testamenti Editione altera. Autor Andreas Mullerus Greiffenhagius. Berolini, ex officina Rungiana.* In forma, ut vocant, quarta, p. 36 & 40. In calce epistolæ dedicatoriæ annus impressionis MDCLXXIII indicatur. In collectione operum nonnullorum MVLLERI, quæ sub nomine *Opusculorum orientalium* veniunt, laudatæ Dissertationes ultimas plagulas complent. Conf. *Nachrichten von einer hallischen biblioth.* vol. 1. p. 97 sq.

qualiave negotia fuerint, definire haud audeo. Si iis, quæ in ANGELI SEALTELI, hominis malæ fidei ſcripto virulento *f*) relata legimus, fidem adhibere poſſemus, obſcuri nominis & egeni fuiſſent. Ipſe quidem WIDMANSTADIVS hoc negare haud videtur, blatteratoribus enim ſuis objicit, ea, quæ vix noſtra ſunt, inepte ſibi odioſeque exprobari *g*). Si vera eſſent, quæ obtrectatores crepant, non in vituperium, ſed in laudem hoc potius cederet noſtro, quod obſcuris & egenis parentibus natus ad ſummos honores adſcenderit. Obſcurum enim nomen celebre reddere, ſummasque ſibi dignitates adquirere, quam hæreditariam dignitatem aut diminuere, aut tueri, ad minimum non augere, præſtat. Verum inſignia *Widmanſtadiorum*, eum non a patre plebejo infimique ordinis genitum fuiſſe, ſatis probant. Nec pauperes fuerunt; prædia enim habuit ad danubii ripam ſita, quæ procul dubio jam hæreditario jure poſſedit.

 Vixit

f) *Angeli Sealteli ad Romanos Judices pro Ambroſio de Gumppenberg contra Ioannem Albertum Widmanſtadium orationum actio prima.* Quæ lucem adſpexit procul dubio *Romæ* 1544. 4. Recuſam dedit invectivam hanc orationem, in laudem certe WIDMANSTADII & vituperium accuſatoris cedentem, cl. SCHELHORNIVS tom. 14. amoenitt. litt. p. 471-500.

g) Locum integrum infra §. 18. legendum exhibebimus.

Vixit in iis, antequam ad summas dignitates eveheretur; cum vero tanta in itinera impenderet expensa, unde prædia sibi coemeret, habere haud potuit. Eundem denique in finem faciunt verba HERM. von der HARDT: *Etiam Widmanstadius ICtus, Cæsaris in Austria Cancellarius, in Syriacis, pro novo testamento Syriaco per ipsum edendo, prima signavit Elementa, in metallis pariter occupatus, lampadis & Corii portitor, non inelegans, nec invenustus, nec infelix, nec pauper, nec inhonoratus h).*

§. V.

Fratres nostro fuerunt duo, eidem patri nati, alter germanus, qui nostro natu major, MARTINVS vel MARCVS appellatus; alter consanguineus, post secundas nuptias patris genitus, atque nostro triginta fere annis minor, cui nomen PHILIPPI JACOBI datum. E fratre germano nepotem habuit IOHANNEM ALBERTVM, cum fratre consanguineo ejusdem fere ætatis. Utrisque in addiscendis litteris syriacis commilitonibus conjunctissimis, inscripsit noster Elementa linguæ Syriacæ, studiorum illorum fidelis moderator i).

§. VI.

h) Lum. græc. in analys. hebr. I. Genes. lib. accens. p. 25.

i) IOHAN. ALBERTVS WIDMANSTADIVS, Iurisc.

§. VI.

Non *Pannoniam*, ſed *Sueviam* natale fuiſſe *Widmanſtadio* ſolum, demonſtratum dedit cl. SCHELHORNIVS *k*), quod ipſe luculenta de *Suevorum* in linguas ſanctas ſtudio & meritis oratione confirmat. *At vos* (*Widmanſtadios* ſuos alloquitur) *ut Syrorum literas haſce ſanctiſſimas, me duce & monſtratore, inter primos diſcatis, non ſolum exemplum ex me petitum; ſed etiam patriæ noſtræ Genius impellere præcipue debet. Antiquiſſima enim Suevorum civitas Albimannis (cujus vocabulum & vulgaris ſermonis lubricitate in Albmam primum, ac deinceps in Ulbmam traductum eſt, & librariorum errore, Lactantiani codicis indicio in Geographicis Ptolemæi tabulis deprehenſo, in Alkimoennidis appellationem tranſiit,) Ioh. Bohemum in lucem edidit, cujus ſtudio in conquirendis de hebraica literatura & vocibus noſtrate ſermone explicatis, ſingulari, Ioh. Capnion ſummis virtutibus præditus heros, ut Germaniæ ad linguæ ſanctæ doctrinam percipiendam aditum patefaceret, excitatus fuit. l*) Qui quidem

Iurisc. Senator Regius & Provinciarum Auſtriæ Orientalis Cancellarius: PHILIPPO IACOBO *Fratri conſanguineo, &* IOHANNI ALBERTO *M. Fratris F. Widmanſtadiis, Adoleſcentibus bonarum literarum ſtudioſis S. D.*

k) L. c. §. 10 11. p. 223-230.

l) In concluſione ad *Widmanſtadios* ſuos, quæ legitur in Calce Elementorum.

quidem fuerunt eruditi viri, quorum vestigia premens Noster, antecessores suos longo post se intervallo reliquit. Laudantur ambo a cl. SCHELHORNIO ut primi linguæ sanctæ doctores in Germania, qui hebraica discere & docere ausi sint, cum ea scire hæreticum esset *m*).

§. VII.

m) Quem WIDMANSTADIVS BOHEMVM, cl. SCHELHORNIVS l. c. §. 4. 5. p. 207. BEHAM appellat. Biographiam REUCHLINI seu *Capnionis* IOH. HENR MAJUS 1687. 8. edidit. conf. NICERONIUS in memoirs pour servir a l'histoire &c. tom 25. p. 121 &c. Multa singularia de illo refert H. v. d. HARDT non solum in hist. litt. reformat. sed inprimis in schediasmate: *Aurora in Reuchlini senio. Historia illius ab Anno MDXVI. ad Annum MDXIX. in secularem dulcem memoriam Maximiliani primi Cæsaris &c. Helmstadii* 1719 4. part. 2. p 20 &c. Insignia vero REUCHLINI & WIDMANSTADII idem in progr.: *Commentariorum examen ex officio philologi: in secularem memoriam duorum eminentium ICtorum, Reuchlini, Cæsarii Consiliarii & Widmanstadii Cæsarii Cancellarii &c*, ibidem eodemque anno evulgato, ligno incisa conspectui sistit. Laudatur REUCHLINUS non immerito cl. SCHELHORNIO p. 209 quod inter Christianos primus grammaticam & lexicon hebraicum concinnaverit, & de accentibus hebræorum scripserit. *Rudimenta* ejus *hebraica* impressa sunt *Pfortzhemii* in ædibus *Thom. Anshelmi* MDVI. fol. min. atque ipsum Lexicon hebraicum continent. *De Accentibus & Orthographia linguæ hebraicæ a Iohanne Reuchlin Phorcensi LL. Doctore libri tres Cardinali Adriano*

§. VII.

Nallingæ in ditione Ulmensi Virum incomparabilem inter mortales esse coepisse, asserit cl. SCHELHORNIVS, ductus testimonio tum

no dicati impressi sunt *Hagenoæ* in ædibus *Th. Anshelmi Badensis* MDXVIII. fol. min. Conf. S. R. D. BAUMGARTEN *Nachrichten von merckw. Büchern. vol.* 3. p. 117. & *Nachrichten von einer hall. biblioth.* vol. 1. p 369. nec non IO. CHR. WOLFFII bibl. hebr. vol 2. p. 603. *Clarorum virorum Epistolas latinas, græcas & hebraicas variis temporibus missas ad Ioannem Reuchlin Phorcensem LL. doctissimum*, quas IO. HILTEBR. Succingensis & PHIL. MELANCHTHON *Tubingæ* per eundem *Anshelmum* MDXIV. 4 imprimi curaverunt, inter libros rarissimos numerat cl. IOH. VOGTIUS in catal. libr. rar. p. 578. & cl. GERDESIUS in floríleg. libr. rar. p. 100 nec non GOETZE in *Merckw. der biblioth. zu Dresd.* vol. 2. p. 559. qui & editionis *Hagenoæ* MDXIX 4. mentionem facit. Singulari huius collectionis raritate commotus IACOB. BURCKHARDUS, Præfectus, cum viveret, Bibliothecæ Augustæ meritissimus, novam eius editionem meditatus est, mentemque suam in *Consilio de Ioh Reuchlini, R. Agricolæ & I Trithemii Epistolis ab oblivionis injuria vindicandis*, Wolfenb. 1714. 4 exposuit. Sed editionem istam, quæ historiæ litterariæ istius temporis, & fatis tum REUCHLINI, tum aliorum Doctorum virorum multum lucis datura fuisset, lucem non adspexisse, dolendum est. Conf. *de Vita Io. Burckhardi commentarium* c. 2. sect. 4. p. 94. & c. 4. p. 187.

tum H. v. d. HARDT in Syria græca p. 10. *n*). tum MARTINI FRECHTII, Theologi quondam Ulmensis, qui in diario eorum, quæ *Wormatiæ* & *Ratisbonæ* An. 1540 & 1541 ab illo observata sunt, *Widmanstadium* appellat *Nellingensem o*). Verum non *Nallinga*, sed *Nellinga* legendum censet V. cl. uti hodie & nomen pagi ditionis Ulmensis. Audiamus ipsum de loco suo natali ita differentem: *Nos vero, modo exilia hæc cum magnis illis* (ad *Ioh. Bohemum & Capnionem* respicit) *componere liceat, in Syriacæ linguæ fundamentis nunc desudantes, Nealbinga, cui hodie Nallingæ nomen est, vetustum Albimannensis ditionis municipium, in Albano agro inter Danubium & Philesium amnem projecto situm, vagientes primum excepit; Quod etsi mihi a contumelioso quodam sacerdote, ejusque Patrono spongia maledictis istius temulenta æstuanteque, uti rusticanum objicitur, tamen multi ex eo & militari virtute, & artium ingenuarum doctrina præstanti exstiterunt, qui vel majorum suorum imagines tenebris obcæcatas illustrarunt, vel partis sua virtute stemmatibus* (*quemadmodum primo de Vita mea libro narratum est*) *aliis præfulserunt p*). Non inferior est itaque dignitate pagus iste, qui tales olim enutrivit cives,

n) l. c. p. 231.

o) Amoenit. litt tom. 14. p. 469. 470.

p) In conclusione ad *Widmanstadios*.

cives, magnis urbibus, et si solum Nostrum aluisset, satis ornatus fuisset.

§. VIII.

Quo anno tantum linguarum sacrarum lumen in lucem editum sit, eruditorum, quantum mihi scire quidem licet, observavit nemo. In initio seculi post millesimum sexti eum natum esse, exinde conjici potest; quod se anno 1555. jam ultra mediam ætatem provectum, qui desiderio portus, in quem honesti otii præsidia subducat, teneatur, & quietis tranquillitatisque beneficium exspectet, appellet *q*) Sed anno hujus seculi sexto primum eum traxisse vitæ halitum ex initio dedicationis Elementorum Syriacæ linguæ haud obscure apparet. Subsignavit huius operis conclusionem ad *Widmanstadios* suos *Viennæ Austriæ* IX. Novembris Anno MDLV. atque in dedicatione, se repuerascere ex hac ætate ad septimæ annorum hebdomadis finem procedente scribit. Iam vero septimæ annorum hebdomadis finis est annus quadragesimus nonus. Hinc eum anno supra millesimum quingentesimum sexto natum esse, concludo.

§. IX.

Gentilitium nomen Nostro fuit *Widmanstädter*, quod ipse in *Widmanstadius*, quem-

q) Præfat. in N. T. p. 44.

quemadmodum tunc temporis moris erat, transmutavit. Sacro baptiſmate tinctus nomen quidem accepit JOHANNIS ALBERTI; ſed ſub nomine *Lucretii* in *Germania* & *Italia* notiſſimus fuit. Præter alios, quos infra dabimus teſtes, habemus blatteratorem illum Romanum, qui illum ſemper *Lucretium* appellat. *r*) Sed ANDR. MVLLERVS duplici hoc nomine deceptus, non levem erravit errorem ſcribendo *s*) : *Sed Iohannem quoque Lucretium ſocium operis fuiſſe, Philippus Gundelius in Carmine ad Widmanſtadium ſubindicat, his quidem verbis :*

Tantum, Lucreti doctiſſime, præſtitit orbi
Ingenium, varia quod colis arte, tuum.

§. X.

Tenerum noſtrum adhuc ætate *Nallingæ* artibus liberalibus imbuit, atque prima eru-

r) V. ANGELI SEALTELI orationem, tom. 14. amoenit. p. 471.

s) In Differt. 2da p. 30. In hunc errorem procul dubio ductus eſt MVLLERVS epiſtola quarta Syriaca MOSIS MARDENI ad ANDR. MASIVM, quæ in bibliotheca Regia Berolinenſi adſervatur, quam ad IOH. RENIALMVM, Curatorem BOMBERGII, Vienna ſcripſit, eumque rogat, ut una cum POSTELLO IOANNEM LVCRETIVM ſollicitet, qui ſe ſuumque negotium Imperatori & ejus filio MAXIMILIANO, Bohemiæ Regi commendet. Vid præfat MVLLERI epiſt. Syr. MOSIS & MASII præmiſſ. p. 4.

eruditionis femina, quæ larga fatis mesfis fequuta eft, fparfit GREGORIVS BAVLERVS Presbyter. Qua ratione ipfe WIDMANNSTADIVS patriæ & præceptoris mentionem faciat, dulce eft profecto auditu. Verba ipfius hic transcribimus: *Quin & puerili ætate mea, literarum morumque Magiftri treis, (inter quos Gregorius Baulerus Presbyter præceptorque meus, ex vitæ integritate, & innocentia, tota ea Sueviæ regione clariffimus fuit) ludos in eo* (pago *Nallinga*) *totidem habuerunt* t). Neo operam perdidit præceptor; nam fi H. V. D. HARDT u) credimus, jam juvenis vel puer tredecim annorum inclarefcere coepit. Interim jam puer innotuit CAPNIONI, qui cum ex itinere ad propinquum quendam WID-

t) In conclus. Element.

u) In Examine commentariorum &c. p. 3. hæc refert: *Illos (Reuchlinum & Erafmum) excepit mox inter alios humanioris literaturæ propagatores jam An.* 1519. *florens Widmanftadius, ICtus, pariter & hic Cæfareus Minifter eminens, celfo Cancellarii charactere. Hic Syriaca omnium primus publice germanis dedit, Novo inprimis Teftamento Syriaco, Viennæ Auftriæ Cæfaris auxilio, circa medium feculi in exempli & fati ftuporem in lucem edito.* Cum WIDMANSTADIVS An. 1506. natus fit, præcocis omnino ingenii fuiffet, fi jam 1519 floruiffet. Sed ni fallor, dicendum fuiffet, cum jam 1529 floruiffe. Nam eo anno in comitatu Cæfaris CAROLI V. *Bononiam* profectus, inter *Italos* inclarefcere coepit.

WIDMANNSTADII, eruditum hominem divertiſſet, puerile ingenium characteribus græcis pingendis forte intentum boni ominis præfatione ad hæc ſtudia ſuavisſimis exhortationibus accendit. *w*)

§. XI.

Sequentibus temporibus ad altiora progreſſus eſt, & Juri Civili, Hiſtoriæ nec non Philoſophiæ operam dedit, ſed de vniverſo vitæ otio aliquid ſemper detraxit, atque externarum linguarum exercitationi transmiſit. Adoleſcens, præceptore JAC. JONA, tunc temporis Profeſſore in Gymnaſio *Tubingenſi*, linguas excoluit, atque jus civile addidicit. TAURINI deinde MAR. DATYLUM, præceptorem JOH. PICI *Mirandulæ Principis*, in ſumma ſenectute ſubtiliſſime interpretantem audivit arcanos de divino auditu libros. Quæ vero ſub moderamine præſtantiſſimorum præceptorum addidicit adoleſcens, longis peregrinationibus, conſuetudine & familiaritate celebrium virorum, liberalibusque ſtudiis ita adauxit, ut gerendis graviſſimis negotiis par omnino ab Imperatore cenſeretur. In *Italia* vero potiſſimum cum eruditis frequens habuit commercium, atque, cum *Romæ* eſſet, MARCELLO ſecundo Pontifici, qui tunc temporis

(*w*) Præfat, in N. T. p. 8.

poris adhuc privatam degebat vitam, de facie innotuit. (*x*)

§. XII.

Sed cum linguæ ſanctæ animum jam tenerum ſibi devinctum reddidiſſent, & graviſſimi viri litterarum ſtudium WIDMANSTADIO commendarent; nec ſibi nec aliis ſatisfacere ſibi viſus eſt, niſi linguis addiſcendis, quidquid ei otii ſupererat, dicaret atque conſecraret. Superioribus ſeculis characterum etiam, nedum linguæ Syriacæ tanta fuerat in Eccleſiæ latinæ provinciis obſcuritas & ignoratio, vt in magorum tantum libris tenuia quaedam veterum figurarum exſtarent veſtigia *y*). Prima vero linguæ Syriacæ exilia quædam fundamenta jacta erant *Romæ* LEONE X. Pontifice. Cum is enim Concilium ad *Lateranum* haberet, miſſi eo fuerunt ex *Syria* legati, ACURIUS JOSEPHVS Sacerdos, MOSES Monachus Diaconus, & HELIAS Hypodiaconus; qui THESEVM AMBROSIVM *Albonesii* regulum Juriſc. literas Syriacas tum docuerunt, a quo quidem *Theſeo Widmanſtadius* ſua pleraque didicit. Audiamus ipſum: *Cum ego Chriſtianae ſalutis anno* MDXXIX. *in Divi Caroli Cæſaris invictiſſimi, ſacri Diadematis cauſa Bononiam*

x) Ibid. pag. 8.

y) Epiſt. dedicat. Elementor.

niam proficiſcentis comitatu eſſem, & mihi contubernalibusque meis, Regii Lepidi, a metatoribus hoſpitium, juxta coenobium, vbi Theſeus jam ſenex vitam agebat, forte attributum fuiſſet, poſtridie ejus diei templum ingreſſus, venerandum ſenem caſu obuium ſalutavi: qui, vt me de Coenobii Bibliotheca rarisque in ea libris ſciſcitari intellexit, e veſtigio in conclave introduxit, & arreptis e pluteo ſacroſanctis Euangeliis Syriace ſcriptis, Hoſpes, inquit ingemiſcens, peregrinis his ſtudiis deditus ſum annis circiter XV. eaque ſine rivali ad hanc diem amavi. Utinam obveniat mibi aliquando promto paratoque ingenio vir, qui ſermonem hunc Jeſu Chriſti ſanctiſſ. labris conſecratum, poſteris tanquam per manus tradendum, nam ætas mibi prope jam exacta eſt, a me accipere velit. Cui ego, Pater, inquam, ſi paucarum horarum operæ parcere nolueris, auditorem me habebis in hac ipſa expeditione expeditiſſimum. Quo audito Theſeus, omneis in ea lingua theſauros, multo ſudore ſibi comparatos, manuque ſua, quantum anguſtia temporis, ingeniique mei vires tum ferebant, ex commentariis ſuis deſcripſit, & mibi ea obteſtatione ſuppeditavit, ut quo me beneficio tum complecteretur, id olim apud Eccleſiam Ieſu Chriſti collocarem. z) Quo quidem viro hortante, quin & docente, WIDMANSTADIVS totum ſe ſtudio linguæ Syriacæ dedit, atque mirum in modum in eo profecit. Quarto poſt

z) Præfat, in N. T. p. 16. 17. 18.

post anno, nimirum A. MDXXXIV. in Bibliotheca LACT. PTOLEMÆI quatuor Evangelistarum libros una cum *Ephremi* & *Iacobi* Syrorum opusculis nonnullis invenit, quæ ipse sibi transcripsit, & cum *Thesei* munere conservavit. Deinde SYMEONIS, Episcopi Syrorum, qui juga *Libani* incolunt, institutione adeo profecit, vt *Thesei* desiderium jam aliquantum leniri posse sentiret, a) id quod tandem vir optimus præstitit, atque sibi ejusmodi thesauros concreditos esse, non ut cum squalore luctarentur, sed in emolumentum ecclesiæ *Christi* omnibus traderentur, satis ostendit.

§. XIII.

Nec minus quam Syriacæ, Arabicæ litteræ inter Latinos recens natæ erant. Græcas, hebraicas & latinas literas in *Hispania* restituerat ÆLIUS ANTONIUS NEBRISSENSIS, quem deinde JACOBUS LOPES STUNICA, vel ZUNIGA, ex equestri ordine doctissimus Theologus, quem cum ERASMO lites nostratibus satis notum reddiderunt, strenue adeo sequutus est, vt græca, hebraica & arabica percalluerit. Idem se WIDMANSTADIO apud INACHUM MENDOZAM *Burgensem* Antistitem, in MAHOMEDIS ALINSSARII commentariis, quos in *Jaromum* grammaticum

a) Ibid. p. 18.

arabem olim ſcripſit, explicandis doctorem præbuit & fide & diligentia excellentem *b*). Fundamentis tali modo jactis, ut ad ipſa linguæ arabicæ penetralia accederet, *Widmanſtadius* in *Africam* proficiſci decreverat. LEO enim *Eliberitanus*, qui *Romæ* ÆGIDIUM *Viterbienſem* arabioæ linguæ præceptis ad hoc diligenter compoſitis inſtituerat, catholica fide cum punica commutata *Tunnetem* migraverat. Acceperat vero ÆGIDIVS ab HIERON. SERIPANDO, *Widmanſtadium Leonis* audiendi cauſa, quod æſtate ſuperiori infeliciter tentaverat, in *Africam* denuo navigaturum eſſe; ad ſe itaque Noſtrum *Romam* invitavit, multaque ei de arabici ſermonis præſtantia & utilitate commemoravit, ſeque, ſi vita incolumis foret, quo poſſet, favore, ſtudio & benevolentia eum adjuturum promiſit. Quod cum vitæ brevitate impeditus præſtare nequiviſſet, SERIPANDI beneficio ſingulari, omnem ejus bibliothecam & maxime ſecretos commentarios manu ipſius, notisque perplexis de rebus variis ſcriptos evolvere, conceſſum fuit *Widmanſtadio* *c*).

§. XIV.

Tali itaque ratione inſtructus & eruditus *Widmanſtadius*, quomodo, quos ſibi conquiſi-

b) Ibid. p. 7. *c*) Ibid. p. 19. 20.

quiſiverat theſauros, & in Eccleſiæ emolumentum cum aliis communicaret, publicique & communis juris faceret, quæ ſibi ſoli concredita erant, animo ſecum volutavit. Circa annum itaque MDXXXIII. apud CLEMENTEM VII. Pontificem, NICOLAI SCHONBERGII Capuani Antiſtitis auctoritate magno conatu id egit, ut ſibi locus daretur deſiderio, quod olim *Theſeus* excitaverat, ſatisfaciendi: ſed quæ inierat conſilia, morte Pontificis immatura interrupta ſunt. Qui ſi diutius vixiſſet, jam tum omnia abſoluta fuiſſent. MARCELLVS deinde CERVINVS anno MDXLIV. PETR. GHALINVM *Damaſcenum* Diaconum in Germaniam dimiſit, ut Noſtro in excolendis Arabicis ſtudiis eſſet adjutor. *Verum* (ſunt verba *Widmanſtadii*) d) *eo quoque tempore Daemon Nepharius ſacratum quendam hominem (qui ante annos quatuor confeſſione ſua in carcere ab eo extorta, ſe, diſpoſito in Hetruria ſicario, capiti meo inſidias feciſſe, patefecerat,) inſtauratis de integro viribus, adjunctisque illi duobus gladiatoribus in me ita concitauit, ut tum prorſus appareret, eum non tam ſacerdotis illius miſerabilis cauſam agere, quam Regnum ſuum a periculo, quod ſibi linguæ huius pio ſtudio conflari ſciebat, prohibere videretur: eorum enim machinatione effectum fuit, vt neque ego Damaſceno juſtam operam dare poſſem, neque ipſe mihi*

d) Ibid. pag. 21.

mihi, eo quod alter gladiatorum voluntatem eius a me abalienasset, debitam præbere vellet. Sed omnes, quas Noſtro ſtruxerunt, inſidiae, conſilium ejus quamvis retardaverint, irritum facere minime potuerunt.

§. XV.

Recenſitis hactenus iis, quæ ad eruditionem linguarumque ſanctarum ſtudia ſpectant, nunc ad ea, quæ negotia *Widmanſtadii* muneraque publica, quibus functus eſt, concernunt, ſermo noſter ſe convertat. Quibus muneribus præfuerit, ſeque in rebus publicis celebrem reddiderit, futura ætas procul dubio nobiscum ignorabit. Vnicum, quod ſcimus, hoc eſt, eum anno MDXXXIII. rebus gerendis præeſſe coepiſſe. Scribit enim anno MDLV. ſe ſupra annos XXII. in fluctuum Reip. motu & agitatione cum dignitate vixiſſe *e*). Geſſit noſter *Widmanſtadius* aliquamdiu Magiſtratum in OTHONIS, ampliſſimi Romanæ Eccleſiæ Senatoris, Auguſtanique Pontificis ditione, a quo anno MDLI. ultro abire conſtituerat, ut otium, tempusque omne, quod a clientelis ſplendidis & amicorum neceſſitatibus vacuum haberet, edendo N.T. Syriaco dicare poſſet. In prædia itaque ſua ad *Danubii* ripam ſe contulit, ſed exortum bellum, a Gallorum Rege

e) Ibid. p. 44.

Rege in *Germania* commotum, quod in eo *Sueviæ* tractu primum exarſit, eum direptis bonis, cum uxore puerpera, liberis parvis & familia omni, vagum & exulem in Noricos montes ejecit. Eodem vero anno, quo bellum illud iterum exſtinctum eſt, nimirum an. MDLII. ad Senatoriæ dignitatis gradum, atque inde ad magiſtratum, quo amplior togato homini in Auſtriæ Orientalis regno mandari non poteſt, benevolentia Imperatoris FERDINANDI provectus eſt. *f*) Quibus negotiis ſumma dexteritate præfuit, atque ita ſe iis dedit, ut cum diurnæ publico muneri ſacratæ eſſent, in litteris ſyriacis arabicisque nocturnas tantum horas traducere poſſet *g*).

§. XVI.

Reſtant adhuc domeſtica negotia. Iam ante annum MDLI. conjugem ſibi junxerat ſuaviſſimam, quæ ipſi jam tum parvulos nonnullos pepererat. GUNDELII eam fuiſſe ſororem, exinde, quod GUNDELIVM affinem ſuum appellat, conjicio. Duxit familiam ſecum *Viennam*, ſed plures, quos ſecum duxerat, liberos morte immatura ad æterna gaudia evolare vidit *h*). In amicorum

f) Ibid. pag. 22.
g) Ibid. p. 26. 27.
h) Ibid. p. 45.

rum vero numero habuit GEORGIVM GIENGERVM ICtum, & ſecretioris conſilii regium ſenatorem, & JACOB. JONAM, olim in Tubingenſi Gymnaſio præceptorem, & deinde Vice-cancellarium aulicum & ſecretioris conſilii regium ſenatorem *i*), nec non PHILIP. GVNDELIVM ICtum & Senatorem regium *k*), viros & eruditione & dignitate & meritis conſpicuos.

§. XVII.

Quæ de morte Viri optime meriti dicerem, omnino non habeo. Quemadmodum perpauci ſunt, qui vitæ eius curriculum poſteritati tradiderunt, ſic qui, & quo anno pie placideque defunctus ſit, omnium nullus annotauit. Iam ante annum MDLIX vir immortalitate dignus mortalium coetui ereptus eſt, atque quinquageſimum vix vivendo ſuperavit annum. Ejus enim Bibliothecam ſub anni MDLIX. exordium alii jam domino, nempe GEORG. SIGISM. SELDIO, Conſiliario Cæſ. intimæ admiſſionis,

i) Ibid. p. 23.

k) Ad. Dn. PHILIPPVM GVNDELIVM - - - affinem chariſſ. Cur hic liber fine a Latinis diverſo claudatur: carmen exſtat WIDMANSTADII in calce N. T. Et cum POSTELLO olim ei interceſſit amicitia, uti ex ipſius POSTELLI verbis, quae infra ſect. 2. §. 25. dabimus, apparebit.

nis, adſcriptam fuiſſe e JOACH. CAMERARII Epiſtolis p. 113 &c. refert cl, SCHELHORNIUS *l*).

§. XVIII.

Hæc ſunt, quæ de Viro optimo ſcire mihi quidem licuit. Sunt quidem pauciora, quam decet, ſed plura conquirere, confiteor lubentiſſime, non potui. Ejusmodi vero virum, qui meritis ad ſummum honoris faſtigium adſcendit, qui non πολυγλωττος ſolum, ſed & Iuris civilis hiſtoriæque peritiſſimus fuit, qui pro innumeris exantlatis laboribus, multis vigiliis nocturnisque curis hanc vnicam ſibi expetiit mercedem, ut a curis reipublicæ perpetuis vacaret, eum, inquam, virum ab omnibus amore & æſtimatione fuiſſe exceptum, mihi fere perſuaſiſſem. Sed en hominem maleferiatum, Eccleſiæ romanæ addictum, quin & ſacerdotem, ex illuſtri familia ortum, (nomen quæris? nebulo, qui nomen habeat, indignus!) qui non ſolum *Widmanſtadium* diris convitiis aggreſſus eſt, verum & ſicarium ad eum perdendum mercede conduxit. Vix atrox facinus crediderim, niſi ipſe *Widmanſtadius* de eo conqueſtus ſit. Laudatis enim litterarum morumque Magiſtris, qui puerili ætate ejus *Nallingæ* ludos habuerant, addit: *Apud*

l) Tom. 13. p. 237.

Apud quos si convitiator iste sacerdos cum multis honestissimorum Equitum liberis educatus fuisset, non necesse unquam habuisset, omnibus perverse in bonos quam multos dictis factisque suis, nudam generis nobilitatem obtendere; aut sacerdotii decus sacrorum censuum licitatione tueri, vel etiam, ut ære alieno exiret, mensaque lautius exstrueretur, sicarium ad me trucidandum conducere. Sed literis, moderatione animi, humanitate, pietateque expolitus, atque ad Christiana sacra facienda (a quo munere, quamvis ei victus cultusque apud Pontificales aliquot ecclesias quotidianus publice, annisque jam prope XXX præbeatur, manus semper abstinuisse dicitur) informatus fuisset, didicissetque mecum non majorum suorum, cum quibus nihil unquam habui negotii, sed virtute sua contendere, & ea, quæ vix nostra sunt, inepte mihi odioseque non exprobrare. m) Quales vero ejusmodi truculenti & sanguinolenti odii causæ fuerint, vix divinando consequi possumus. Se reipublicæ causa multis odiis conflictari, queritur *Widmanstadius*, & fortassis lites respicit, quæ ipsi cum AMBROSIO de GVMPPENBERG obortæ sunt, cujus causam ANGELVS SEALTELVS coram judicio romano egit. Sed quæ ipsi cum Sacerdote aliquo res intercesserit, posteritas procul dubio ignorabit.

Sectio

l) Tom. XIII. p. 237.
m) In conclus. Element.

Sectio II.

De ſcriptis Widmanſtadii editis & ineditis.

§. XIX.

Duo ſunt genera monumentorum induſtriae & ſedulitatis eximiæ *Widmanſtadii* noſtri, quorum alia quidem oculis uſurpamus, alia vero, vtinam fata nobis non invidiſſent, ſed abunde tamen de Auctoris eccleſiæ inſerviendi ſtudio teſtantur. Monumentum ære perennius primo omnium loco nominandum, ex quo futura ætas noſtrum cognoſcet *Widmanſtadium*, eſt præſtantiſſima, nitidiſſima rariſſimaque N. T. Syriaci editio *Viennenſis*, cuius hiſtoriam hic paucis dabimus. ANDREAS quidem MÜLLERVS in eo etiam eſt, vt eandem hiſtoriam tradat *n*); ſed amplum nobis, & majus quam ipſi meſſis fuit, reliquit ſpicilegium. Verum jam non iis immorabor, quæ hiſtoriam criticam, auctoritatem, ætatem, aliaque ipſius Syriacæ Verſionis momenta attingunt, a BRIAN. WALTONO, *o*) RICH. SIMONE *p*), JOH. LEVSDENIO *q*) JO. D. MICHAELIS *r*) aliisque diligenter excuſſa; neque

n) In Diſſert. 2da. p. 29 &c.
o) Apparat. bibl. proleg. 13. p. 389 &c. edit. Tigur.
p) Hiſt. crit. des Verſions du N. T. ch. 13. p. 159 &c. ch. 14. p. 169 &c. ch. 15. p. 176 &c.
q) Philolog. græc. Diſſ. 7. p. 50.
r) Einleit. in die göttl. Schriften des N. B. §. 48. p. 186 &c.

neque laudes hujus Versionis, doctissimorumque Virorum testimonia colligam, quod jam fecit ÆGID. GÜTBIRIUS s); neque in vitia, neque in virtutes ejus inquiram, quorum alterum MICH. HENR. REINHARDUS t), alterum J. F. BERND u) fecit. Sed quæ ad ipsam *Viennensem* editionem attinent, hic locum habebunt.

§. XX.

Splendidissimum opus ita inscribitur: w) *Liber sacrosancti Evangelii de Iesu Christo Domino & Deo nostro. Reliqua hoc codice comprehensa pagina proxima indicabit. Div. Ferdinandi Rom. Imperatoris designati jussu & liberalitate, characteribus & lingua Syra, Iesu Christo vernacula, divino ipsius ore consecrata, & a Ioh. Evangelista hebraica dicta, scriptorio prelo diligenter expressa. Principium sapientiæ timor Domini.* In forma quadrifariam complicata. In calce vero integri operis hæc leguntur: *In Vrbe Vienna, amplissimarum orientalis Austriæ provinciarum metrepoli florentissima ad exitum perductum est divinum hoc opus*

t) Diss. de versione Syriaca N. T. a textu græco recedente. Witteb. 1723. 4.

u) Sched. philolog. exeget. de primariis quibusdam Versionis Syriac. virtutibus. Halæ 1732. 4.

w) Omittimus ea, quæ typis Syriacis & quidem *Estrangelis* exscripta sunt, typographiæ enim nostræ ejusmodi characteres non norunt.

opus, an. a Christi nativitate MDLV. XXVII. *Sept. Regiis impensis. Caspar Craphtus Elvangensis, Suevus, characteres Syros ex Norici ferri acie sculpebat. Michaël Cymbermannus prelo & operis suis excudebat.* Proxima, post privilegium ab Imperatore FERDINANDO concessum, pagina ea annumeravit, quæ hoc opere comprehenduntur, ipse editor; quæ sunt 1. Ad Div. *Ferdinandum* dedicatio, sive de illustribus signis Christianæ religionis brevi tempore universo terrarum orbi propagandæ. fol. 23. cui subiungitur tum Editoris ad lectorem obtestatio *x*), tum de erratis typographicis in IV Evangelistis emendandis monitum sermone syriaco. 2. Evangeliorum libri IV. sermone syro. *Matthæi* Evangelium, fol. 1-34. Brevis præmittitur præfatio, qua hoc Evangelium ad duo vetustissima Exemplaria *y*) fuisse exscriptum indi-

x) Quinque paragraphis constat obtestatio, quarum quarta hæc est, *Propter pauca quadam loca, inter typographicas emendationes notata hoc signo *), in quibus libri Syrorum a nostris discrepant, vel ob historiam Adulteræ apud Iohannem, quod & in græcis Exemplaribus non infrequens est, prætermissam, opus totum per calumniam ne reprehendito.*

y) Alterum WIDMANSTADII fuit, vel a THESEO AMBROSIO, vel e Bibliotheca LACT. PTOLEMÆI acceptum, quatuor tantum Evangelia complectens. Alterum MOSIS fuit, quod ipse ex oriente apportavit, satis vetustum, cum quo

indicatur, atque clausula syro latinoque sermone subjicitur: *Sacrosancti Evangelii a Matthæo Apostolo & Evangelista scripti, atque Div. Ferdinandi - - - optimi & Clementissimi Principis divino immortalique beneficio typis hisce excusi Finis. Viennæ Austriæ. XIIII. Februarii Anno XVIti a Christi nativitate seculi quinquagesimo quinto.* *Marci* Evangelium non dissimili præfatione munitum legitur fol. 37 - 58. subsignatum: *Viennæ Austriæ XXI. Martii Anno Iobilæi a Christi nativitate XXXIIdi quinto.* Evangelium *Lucæ* fol. 60 - 98. concluditur: *Viennæ Austriæ XXV Aprilis, Anno hujus seculi LV.* Evangelium *Iohannis* fol. 100-129. præmissam habet, præter præfationem reliquis non dissimilem, explicationem figuræ ligno incisæ fol. 101-106. & post clausulam finalem ipsius Evangelii subjicitur syro latinoque sermone: *Deo Opt. Max. aspirante. Div. Ferdinandi Rom. Imperatoris designati pietate, divinisque auspiciis. Sacrosanctæ Historiæ & doctrinæ Evangelicæ a ssss. Matthæo, Marco, Luca & Iohanne conscriptæ, atque lingua & characteribus Syriacis, ad duo singularis fidei Exemplaria eleganter accurateque exprimendæ, adque hunc finem perductæ: Ioh. Albertus Widmansta-*

quo POSTELLVS exemplum recenter scriptum contulit. Mosaicum *Mozale* scriptum fuisse e MASII dedic. gramm. Syr. refert A. MVLLERVS pag. 30.

ſtadius Juriſc. Div. Ferdinandi Rom. Imp. deſignati Senator, & Provinciarum Auſtriæ Orient. Cancellarius, & Moſes Meredinæus ex Meſopotamia Catholicus ſacerdos, Dn. Ignatii, Patriarchæ Antiocheni, ad Paulum III. & Iulium III. Pontif. Max. Nuntius ingenioſas & eruditas operas præbuerunt. Finis excudendi factus eſt die XVIII. May. MDLV. Viennæ Auſtriacæ. 3. Ad D. MAXIMILIANVM Auſtriaci nominis ſecundum, Divi FERDINANDI F. Bohemorum Regem ſereniſſ. & potentiſſ. Epiſtolarum ſ. Pauli dedicatio, fol. 7. ſcripta *Viennæ Auſtriacæ XXI. Iulii* MDLV. 4. Poſt ſyriacum, de erratis typographicis in Epiſtolis Pauli emendandis, monitum ſequuntur *ſancti Pauli Apoſtoli Epiſtolæ XIIII. lingua & Characteribus Syriacis Viennæ Auſtriacæ excuſæ*, & quidem Epiſtola ad *Romanos*, fol. 1. ſ. ad *Corinthios* prima fol. 15 &c. altera, fol. 29 cet. ad *Galatas*, fol, 38 cet. ad *Epheſios*, fol. 43. ad *Philippenſes*, fol. 48 cet. ad *Coloſſenſes*, fol. 51 &c. b. ad *Theſſalonicenſes* prima, fol. 55 cet. altera, fol. 58 cet. ad *Timotheum* prima, fol. 59 cet. b. & altera, fol. 63 cet. b. ad *Titum* fol. 66. b. ad *Philemonem*, fol. 68. cet. b. & ad *Hebræos*, fol. 69 cet. b. quibus ſubjungitur concluſio ſyriaca & latina, fol. 80 ſeq. : *ſancti Pauli, Ieſu Chriſti ad Genteis Moſaicæ Legis experteis Apoſtoli, patria Giſcalenſis, tribu Benjaminitæ, ortu civis, obitu Principis*

cipis Romani: Epiſtolæ ad ſeptem Eccleſias novem, ad treis diſcipulos quatuor, ad Hebræos Gentileis ſuos una. Quas Div. Ferdinandi Rom. Imperatoris deſignati, Hungarorum & Bohemorum Regis, Archiducis Auſtriæ, ac Burgundiæ ducis, opt. atque clementiſſ. Cæſaris iuſſu beneficentiaque, Ioh. Albertus Widmanſtadius, Iuriſc. . . . Cancellarius, Moſe Meredinæo ex Meſopotamia Catholico ſacerdote, multam operam & ſtudium navante, lingua Syriaca & typis ejus gentis characteres exprimentibus, prælo excuſorio tranſcribi curavit. Viennæ Auſtriacæ XVIII. Iulii MDLV. 5. Ad Div. *Ferdinandum* Auſtriaci Nominis ſecundum, Div. *Ferdinandi* F. . . . Hiſtoriæ, Apoſtolicæ a S. Luca ſcriptæ dedicatio. 6. Hiſtoriæ Apoſtolicæ a S. Luca ſcriptæ liber unus. fol. 39, abſolutus XIV. Menſis Auguſti ejusdem anni. 7. Ad D. *Carolum* Auſtriaci nominis ſecundum, Div. *Ferdinandi* F. . . . Epiſtolarum SSS. *Iacobi, Petri* & *Iohannis* dedicatio. z) 8. Sanctorum Apoſtolorum, *Iacobi, Petri* & *Johannis*, transfigurationis *Ieſu Chriſti* ſpectatorum, Epiſtolæ ſingulæ, lingua & cha-

z) Dedicationem Hiſtoriæ apoſtolicæ, & epiſtolarum trium catholicarum, ab exemplo, quod in Bibliotheca S R. D. BAUMGARTEN adſervatur, abeſſe obſervavit idem V. Cl. in *Nachrichten v. e. hall. bibl.* vol. 1. p. 94. Noſtrum eodem defectu laborat exemplum; & fortaſſis WIDMANSTADIVS dedicationes iſtas litteris haud conſignavit.

characteribus ſyriacis *Viennæ Auſtriacæ* excuſæ. MDLV. Epiſtola *Iacobi* fol. 1ſq. *Petri* fol. 4ſq. b. *Iohannis* fol. 8. b. exſtat. 9. Tabula Evangelicarum lectionum, ſicuti ex *Matthæo*, *Marco*, *Luca* & *Iohanne* in Dominicos & feſtos dies anniverſarios Eccleſiæ Syriacæ ritu diſtribuuntur. fol. 10. Altera tabula lectionum dominicalium & feſtivarum, quæ inveniuntur in *Paulo* Apoſtolo ſecundum ordinem converſionis totius anni. fol. 6. Tabula Dominicarum & Feſtorum, quæ in libro Apoſtolicorum Actorum, ſecundum ordinem converſionis totius anni inveniuntur fol. 3. Tabula Epiſtolæ *Iacobi* Apoſtoli. Tabula Epiſtolæ *Petri* Apoſtoli. Tabula Epiſtolæ *Iohannis* Apoſtoli. fol. 2ſq. *a*) Sequitur

 tandem

a) Quæ de hiſce tabulis PETRVS PAVLVS VERGERIVS, Iuſtinopolitanus, cum quo *Moſi* amicitia olim interceſſit, habet tom. I. operum adv. Papatum. p. 202. hic tranſcribenda duxi, quamuis MVLLERVS p. 33. ea jam retulerit. Sunt ſequentia: *A Moſe Meredinæo audivi, Ioannem Lucretium, præter Evangelium Syriaca lingua ſcriptum habuiſſe ſeorſum aliquot folia etiam ſyriace; ſed quæ ipſe Moſes aperte videret fuiſſe non multorum annorum; Lucretium tamen ea quoque curaſſe excudi, una cum ipſo Evangelio, teſtatumque fuiſſe in ſuis præfationibus, ea non multo poſt Apoſtolorum tempora ſcripta fuiſſe. Quæ indicem continebant, qualem ſolent Papiſtæ affigere editionibus N. T. hoc eſt, quodnam fragmentum Evangelii debeat legi in die dedicationis templorum, in die mortuorum, in feſto Virginis &c.*

tandem ad GEORGIVM GIENGERVM, & IACOBVM IONAM Epiſtola XXI. Septemb. data, & denique ad PHILIPPVM GVNDELIVM carmen. In calce plerorumque librorum diverſæ crucis figuræ coronis ornatæ cernuntur, quibus explicandis occupatur ANDR. MVLLERVS *b*)

§. XXI.

Quibus vero motivis & incitamentis eo WIDMANSTADIVS ductus ſit, vt in edendo hoc opere operam omnem ſtudiumque plane ſingulare collocaret, diſcimus ex iis, quæ ſupra §. 12. commemoravimus. Quorſum & ſequentia WIDMANSTADII ſpectant: *Ea ætate noſtrorum hominum nullus exſtitit, qui hanc linguam vel cogitatione complecteretur; Theſei hortatione præceptisque in expeditione Cæſariana Regii Lepidi mihi traditis, ego commotus, hujus rei curam tam diu mecum circumgeſtavi, dum ea Opt. Clementiſſimique Regis noſtri beneficentia levatus tandem nonnihil fui* d). Cum itaque WIDMANSTADIVS omnes THESEI

&c. Quæ ſi vera ſunt, limitanda ſunt verba RICH. SIMONIS *hiſt. crit. des Verſ. du N. Teſt.* ch. 14 p 172. *Widmanſtadius a ſuivi les Mss. en pluſieurs autres choſes, principalement dans une Table des Leçons, que les Egliſes Syriennes recitent pendant toute l'année.*

b) l. c. p. 33. & 35.

d) Dedicat. Elementor.

SEI thesauros & apographum codicis IV. Evangeliorum in Bibliotheca LACTANTII PTOLEMÆI adservati, nactus esset: instabant GEORGIVS GIENGERVS, & IACOBVS IONAS, quos, quid sibi de ea re placeret, exquisiverat, vt, quod sibi proposuerat, quam primum exequeretur, atque uterque eum in finem ei consilio, opera & studio præsto fuit. *e*) Tandem cum a conventu Principum, qui *Heliopruna* agebatur, rediret, MOSES MEREDINÆVS ex *Mesopotamia* Catholicus sacerdos in Rhetia Ripensi ei occurit, *qui* (sunt verba *Widmanstadii f*), *ut in Pontificio diplomate literisque amicorum ipsi ad me datis patet, ab Ignatio Patriarcha Antiocheno cum ob alias gravissimas causas, tum ut N. T. volumen prelo excusorio multiplicatum, in Syriam reportaret, Romam missus orator fuit. . . . Et cum nec Romæ nec Venetiis, quamvis amplissimorum hominum favore & gratia niteretur, quenquam reperisset, qui magnum hoc & difficile opus attentare vellet; tandem nonnullorum, qui eadem fere sollicitudine urgeri me norant, consilia sequutus, in comitatu Rainaldi Poli, sanctitate vitæ, Christianaque doctrina præstantissimi Senatoris, qui tum in Britanniam Legatus proficiscebatur, ad me contendit, atque in itinere, quod ipse ex Italia in Sueviam (unde me armis civi-*

e) Præf. in N. T. p. 23.
f) Ibid. p. 24.

civilibus pulsum fuisse adhuc ignorabat) *ego ex Suevia in Pannoniam habebamus, sive casu id accidit, sive divina aliqua commonstratione, offendit. Eum igitur ceu divinitus mihi oblatum huc adduxi.* Communicato igitur cum Imperatore consilio, benigne liberaliterque sumtus se facturum in magnificum hoc opus fuit pollicitus, & *Widmanstadio*, ut emendatum splendidumque in lucem emitteretur imperavit. Dum omnia necessaria apparantur, intervenit & GUILIELMVS POSTELLVS a *Mose* litteris *Venetiis* evocatus. Sed non diu operi interfuit. Docuit sculptorem litteras syriacas & arabicas exsculpere, atque tum *Venetias* rediit, & in itinere adversa nonnulla passus est. *g*) Imperator vero Ferdinandus haud levem huic operi edendo impendit pecuniæ summulam. Vt de aliis enim expensis taceam, soli *Mosi* toto biennio 700 florenos *h*), & ducentos aureos *Postello* in annum salarium dedit *i*).

§. XXII.

Externam quod attinet speciem, vix hæc, quamvis omnium prima sit, ulla unquam editione nitore superabitur. Charta est nitidis-

g) Ibid. p 26. & cl. SCHELHORNII amoen. tom. 13. pag. 224.

h) Hæc MASII auctoritate refert MVLLERVS p. 10.

i) Ipsius POSTELLI verba infra dabimus §. 25.

tidiſſima, typi ſunt quidem minutiores, at tam acres & ſubtiles, ut nullum typographiæ ſyriacæ ſpecimen oculis uſurpatum ſit, noſtræ editioni quod palmam præripiat. Neque ſola forma externa oculos delectans illam eruditis commendat, ſed & maxima raritas *k*), cujus cauſam indicat MVLLERVS: *l*) *Exempla hujus editionis mille facta ſunt. Atque ex iis quingenta Ferdinandus Imperator ad ſe recepit, trecenta duobus Patriarchis Antiocheno & Maronitæ deſtinavit; Moſen vero cum ducentis exemplis & viginti taleris dimiſit.* Hauſit hæc MVLLERVS ex epiſtola ſexta *Moſis* ipſius ad MASIVM. Cui vero uſui quingenta illa, quæ Cæſar ad ſe recepit, exempla deſtinata fuerint, ego quidem libenter ſcirem. Cum tam raro enim hujus editionis exempla in inſtructiſſimis bibliothecis appareant, iſta non in vulgus ſparſa, & non alia exſtare videntur exempla, quam quæ *Moſes* ipſe divendidit: quamvis, quod poſſideo, exemplum iis annumerari haud queat *m*).

k) V. *Nachrichten v. e. hall. bibl.* l. c. cl. SCHELHORNII Diſſ de libr. rarior. & variis eorum rarit. cauſis. tom. 2. amoenit. p. 399. & cl. I. VOGTII catal. libr. rar. p. 671. Conf. le LONGII bibl. ſacr. part. 1. c. 2. p. 104 &c.

l) loc. cit. p 30.

m) MASIO *Moſem* libros, quos acceperat, pro parata pecunia obtuliſſe, ex epiſtolis *Moſis* refert

§. XXIII.

Sed non ſicco pede nobis, qui hanc editionem laudavimus, ea tranſire licet, quæ deſiderantur. Deſunt Epiſtolæ *Petri* ſecunda, *Iohannis* ſecunda & tertia, & *S. Iohannis* Apocalypſis, *n*) de quibus *Widmanſtadius* in titulo

fert MVLLERVS pag. 10. Quod inter reculas noſtras ſervamus, exemplum duobus voluminibus diſtinctum, in primo volumine præmiſſa habet Elementa linguæ ſyriacæ. Ipſe WIDMANSTADIVS huic volumini ligaturam quidem ſuillam, attamen ſatis nitidam A. MDLVI. dari curavit, atque emendatis propria manu quibusdam in præfatione N. T. dono transmiſit. PHILIPPO MELANCHTHONI, quod manus WIDMANSTADII in fronte tum Elementorum, tum ipſius N T: *Dn.* PHILIPPO MELANCHTHONI *Viro clariſſ.* IOH. ALBERT. WIDMANSTADIVS DDD. teſtatur. Ipſe vero MELANCHTHON in calce Elementorum manus ſuæ veſtigia reliquit.

n) Cum WIDMANSTADIVS promiſſis ſuis ſtare haud potuerit, alii poſt eum Eruditi, quæ in hac editione deſiderantur, publici juris fecerunt, nimirum: *Epiſtolæ quatuor, Petri ſecunda, Iohannis ſecunda & tertia, & Iudæ fratris Iacobi una, ex celeberr. biblioth. Bodlejanæ Oxonienſis Mſc. exemplari nunc primum depromptæ, & charactere hebræo, verſione latina, notisque quibusdam inſignitæ, opera & ſtudio Edw. Pococke Angli Oxonienſis Lugd. Batav. ex officina Abrah. Elzevir. acad. typogr. an.* MDCXXX. 4. in qua editione verſio ſyriaca charactere ſyro & hebræo, & verſio latina una cum textu græco deprehenditur, *Apocalypſis S. Iohannis ex manuſcr. exemplari*

titulo Epiſtolis catholicis præmiſſo: *Reliquæ SSS. Petri, Iohannis & Iudæ Epiſtolæ una cum Apocalypſi, etſi extent apud Syros, tamen in exemplaribus, quæ ſequuti ſumus, deſuerunt.* Defectus itaque codicum Mſtorum & hunc defectum editionis genuit. Interim ſi & *Moſes* is fuiſſet, qualem eum judicavit *Widmanſtadius*, & hic diutius vixiſſet, & quæ nunc deſiderantur, ex eadem typographia ſperare potuiſſemus. Scribit enim: *o) Interea Moſes noſter Meredinæus, qui ad locupletandam Regio hoc munere Syriam, non humani generis ſolum, ſed etiam æternæ veræque religionis antiquiſſimam parentem, una mecum operæ plurimum ſtudiique conſumpſit, ex Meſopotamia, favente Deo, reverſus, non ſolum reliquas SSS. Petri, Iohannis & Iudæ Epiſtolas cum Apocalypſi, quæ ad perfectionem N. T. nobis deſuerunt, verum etiam V. T. Syrothargumicam ſive Hieroſolymitanam . . . Interpretationem aliaque*

plari e biblioth. clariſſ. viri Ioſephi Scaligeri depromto, edita charactere ſyro & hebræo cum verſione latina & notis, opera & ſtudio Ludov. de Dieu. Lugd. Batav. ex typogr. Elzeviriana. MDCXXVII. 4. quæ itidem textum græcum adjunctum habet editio, recuſa in calce *Critices ſacræ Lud. de Dieu.* Amſt. 1693. fol. Conf. *Nachricht. von e. hall Biblioth.* vol. 1. p. 96. P. BAYLE *hiſtor. crit. Wörterb.* tom 2. p 307. RICH. SIMON hiſt. crit. des Verſ. du N. T. chap. 13. p. 167. 168. Le LONGII biblioth. ſacr. part. I. pag. 108.

o) In Epiſt. ad GIENGERVM in calce N. T.

que sacrorum Conciliorum & apostolicæ Ecclesiæ rariss. monumenta apportabit. Deest porro huic editioni historia Adulteræ *Ioh. VIII.* & locus vexatissimus de tribus coeli testibus. 1 Ioh. V, 7. *p*) Sunt denique loca, in quibus libri syrorum a nostris discrepant, quæ inter typographicas emendationes, asterisco notata sunt; nec non alia, quae vel a codicibus abfuerunt, vel incuria editorum & typothetarum omissa sunt, ut de meris taceam sphalmatibus typographicis, quorum XXII. in Evangeliis & XIV. in Epistolis recensuit *Moses*. Sed plura exstare observarunt eruditi *q*)

§. XXIV.

MOSIS MARDENI cum sæpissime jam mentionem fecerimus, de illo ex MVLLERI relatione hic pauca transscribere, fortassis non erit superfluum, cum perpauca sint, quæ de eo habet IOH. FABRICIVS *r*). Patriam agnovit *Mesopotamiam*, & regionem quidem *Syriæ* ad latus *Mardo* urbis, vnde *Mardenus*, *Mere-*

p) Conf. ea, quæ ad GEORG. BENSONII Diss. de loco 1 Ioh. V, 7. p. 51. annotavi.

q) Conf. MVLLERVM p. 31.

r) In hist. biblioth. tom. 1. p. 337. ASSEMANNVM in bibl. orient. Tom. 1. p. 535. plura de illo commemorasse, refert cl. IOH. DAV. MICHAELIS l. c. p. 187.

Meredinæus, *Mardenes* cognominatus eſt, quamuis *Antiochenus*, quia *Antiocheni* Patriarchæ nuncius fuit, audire maluerit. Patrem habuit *Iſaacum* Presbyterum Syrum, matrem *Helenam*, fratres *Barzumam*, presbyterum, *Simeonem* & *Ieſum*. Ad religionem quod attinet, rebus Iacobitarum ſacris addictus, quorum presbyter & ſacerdos fuit. Miſerat illum IGNATIVS Patriarcha *Antiochenus* ad *Romanos*, ut ibi N. T. editionem in Eccleſiarum Syriacarum uſum procuraret, atque *Romam* jam ante annum MDLII. venit. Cum vero *Romæ* ſancti Patres deſiderio ejus non reſponderent, *Venetias* abiit, ſed & ibi repulſam tulit. A POSTELLO denique aliisque ad WIDMANSTADIVM miſſus, beneficio Imperatoris FERDINANDI voti ſui compos factus eſt. Vixit itaque *Viennæ* apud *Widmanſtadium*, atque per biennium 700 florenorum traxit ſalarium. Sed fama, quam ſibi eruditione conciliaverat, avaritiæ ſuſpicione mirum in modum maculata, gratiam cum apud familiares, quibus querimoniis moleſtus fuerat continuis, perdidiſſet, ad ſuos tandem, vti venerat, rediit. Quæ denique ſcripta reliquit, recenſet MVLLERVS *s*).

§. XXV.

Agmen denique claudat GVIL. POSTELLI hiſtorica narratio de rebus Syriacis in *Germania*

s) loc. cit. p. 8.

mania, qua fata *Widmanſtadii* & N.T. Syriaci haud parum illuſtrantur. Ita ille ad FERDINANDVM Rom. & Bohem. Regem *t*): *Attuleram exemplar fideliſſimum Novi Teſtamenti: quam ad rem meo ſuccurrens deſiderio pridem etiam ejusdem linguæ manifeſtandæ ſtudio incitatur Daniel Bombergius, curatore ſuarum rerum Iohanne Renialmo impenſas ſuppeditaverat; a cujus conquirendi peregrinatione quum vix rediiſſem, ſe ſtatim mihi Venetiis obtulit Caſſis ille ſacerdosve T. M. notus Moſes Meſopotamius Syrus, vetuſtis exemplaribus inſtructus. Cujus opera ſum vſus ad mei collationem, eo quod meum erat recentius ſcriptum: ubi tamen nil plane nec a græcis exemplaribus, nec ab ipſis Syris inter ſe eſt inventum differentiæ. Quum autem, poſtquam triennio aut ſupra, ut dicebat, Romæ fuiſſet in curanda editione typographica N. T. nec potuiſſet ab illis, qui colantes ibi culicem, glutirent mille camelos una, impetrare, vt tam pium & neceſſarium opus ederetur, quo totus poſſet oriens reparari, aut ſaltem in fide retineri: & tandem rebus deſperatis, neque infecta vellet in Syriam redire: ego una cum Renialmo illo Bombergi curatore fui illi author, ut non ſic diſcederet re infecta. Sed quum accepiſſem dudum fuiſſe in magna authoritate penes*

t) De cosmographica diſciplina, ex Muſeo IOH. BALESDENS. *Lugd. Bat.* MDCXXXVI. 16. Dedicat. ad FERDINANDVM, Rom. & Bohem. Reg.

penes Ducem Bavariæ Ioh. Albertum Widmanstadium, cum quo antea Romæ valde magnam amicitiam, ob insignia omnium litterarum, maxime autem ob secretioris inter Hebræos doctrinæ mysteria, quibus præditus erat, contraxeram: venit mihi in mentem, ut ad illum (nec enim sciebam ejus fortunas bello germanico in Cæsarem Fratrem tuum suscepto periisse) Mosem mitterem. Mirabilis vero Deus in operibus suis. Ecce commodum se offert Reginaldus Polus, Romanæ Ecclesiæ purpuratus Senator, qui e Germania iter in Angliam faciens, colligit suppeditatis necessariis ad illud iter ipsum Mosem. Quumque is ad Danubii usque confinia venisset, audit Widmanstadium a T. M. in Cancellariatus gradum fuisse accersitum & promotum. Ut ad eum est profectus, statim una DD. Gienghero & Iona apud se hujus rei satagentibus, Mosis, imo Christi in Moseh negocium fuisse ita apud T. M. dispositum, ex ipsius literis intellexi, ut nil aliud obstaret, nisi typographiæ ordinandæ curatio, quam statim res in finem suum duceretur. Admonueram enim, rogaveramque ipsum Mosem, quum illi literas illas ad Widmanstetterum dederam, quarum fide & suasione hominem agnovit, & opus suscepit, ut statim ad me scriberet, quem successum rerum suarum ipse invenisset: quod & fecit ut primum potuit, & exposuit, quonam in loco & æstimatione penes Cancellarium nuper factum, sed maxime penes Majestatem Regis Romanorum res essent, ita ut non nisi difficultate ordinandæ

tantæ

tantæ molis officinæ retinerentur. Hoc ubi audivi, non potui mihi temperare, quin statim meo auxilio hoc negocium promoturus & curaturus advolarem. Insperantibus itaque & ipso Cancellario & Moseh . . . statim adfui, non sine divinæ providentiæ numine. Nam præterquam quod statim apud Gasparum sculptorem curavi rem ipsam pro utriusque linguæ apparatu (characteres enim arabicos minusculos etiam ibi exsculpi curavi, nedum Christianos fundi suis legibus feci) Deus bone, quanta humanitate me excepit T. M? Vel unum hoc fidem fecerit, quod, ubi vix tuæ Universitatis summis professoribus ex prisco studiorum usu 80 *aureos nummos in annuum salarium curares, mihi statim ab ipso ingressu* 200 *repræsentari statuisti, . . . quia a Cancellario acceperas, me vel longe majoribus esse retinendum, ut tam nobile opus ex corona Tibi divinitus concreditæ regno, cura & umbra procederet. . . . Adfui itaque, donec exornata fuit Tua typographia; sed statim rogato prius Cancellario, ut ducentos stipendii mei aureos curaret ex æquo a Tua Majestate saltem in finem usque operis dividi in Mosem & typographum, paulo post coactus sum conscientiæ vi repetere Venetias.* Atque hæc sunt, in quibus *Postellus Widmanstadio* olim fuit auxilio.

§. XXVI.

Alterum quod typis exscriptum exstat industriæ *Widmanstadii* monumentum, est gram-

grammaticæ ſyriacæ compendium. Finita enim XVII. Septembris N. T. editione, ad promovendum linguæ ſyriacæ ſtudium, & inprimis vt tironibus inſerviret, Elementa ejusdem linguæ die XXI. Novembris prelo commiſit. Inſcriptionem eorum, omiſſa ſyriaca, hic dabimus: *Syriacæ linguæ, Ieſu Chriſto, ejusque Matri Virgini, atque Judæis omnibus, Chriſtianæ redemptionis Evangelicæque Prædicationis tempore, Vernaculæ & popularis, ideoque a Novi Teſtamenti ſcriptoribus quibusdam Hebrnicæ dictæ Prima Elementa. Quibus adjectæ ſunt Chriſtianæ religionis ſolennes, quotidianæque precationes. Viennæ Auſtriacæ, Anno MDLV. XXI. Novemb.* in forma, ut ajunt, quarta. plagg. VII. In calce totius libri hæc leguntur: *Div. Ferdinando Roman. Regnum adminiſtrante. In Vrbe Vienna Auſtriæ orient. metropoli, Gaſparo Craphto ingenioſas operas præbente: Excuſa ſunt hæc Chriſtianæ linguæ Prima Elementa, in officina Michaelis Cymbermanni, Menſ. Februar. MDLVI. Finis præcepti eſt charitas.* Poſt dedicatoriam epiſtolam ad Fratrem & ex Fratre Nepotem ſequitur tabula elementorum ſyriacorum, & perpaucis regulis ſparſis, conjunguntur litteræ conſonantes ſingulæ cum ſignis vocalibus, & dein binæ conſonantes cum iisdem ſignis, ut tirones verum elementa pronunciandi modum addiſcant, ne cum ipſo *Widmanſtadio* iis conquerendum ſit, *ſe in paucis*

ex

ex iis, quæ ad gutturis, palati dentiumque officium pertinent, non ſolum barbarum adhuc eſſe, verum etiam de liquida pronuntiatione prope deſperare. Reliqua, quæ hoc opuſculo traduntur, Auctor ipſe ita delineavit: *Literas haſce ſyriacas, punctaque cum vocalia tum reliqua ſequuntur Chriſtianæ precationes u), principio characteribus & lingua ſyra: mox eadem quidem lingua, ſed literis tamen hebraicis: deinde ſyriacæ pronuntiationis, qualiscunque per latinos characteres fieri potuit, expreſſio; ac poſtremo ſequitur precationum jam commemoratarum latina interpretatio.* Quo itaque opuſculo, cui *concluſionem ad Widmanſtadios ſuos* in calce adjecit, ultimamque paginam *inſignibus Widmanſtadiorum w)* exornavit, *Widmanſtadius*, qui ſe a *Theſeo* didiciſſe haud negavit, ejusdem *Theſei* veſtigia preſſit *x*).

Recu-

u) Precationum chriſtianarum ſub nomine veniunt: *Triſagion Eſaianum; Glorificatio Angelorum, cum crucifigeretur Dominus noſter; Pater noſter, Ave Maria, Symbolum Nicenum; Magnificat Mariæ; Canticum Simeonis; Salutatio ad virginem Mariam; Oratio pro defunctis; Precatio ſuper menſa ante comeſtionem; & precatio . . . poſt comeſtionem*; quæ ſingula per quatuor paginarum ſibi oppoſitarum columnas diſpoſita ſunt.

w) Eadem inſignia ſiſtit H. v. d. HARDT tum in Syria græca, tum in examine commentariorum &c.

x) THESEVS AMBROSIVS *Albonesius*, qui ut linguam ſyriacam addiſceret, WIDMANSTADIO potiſſimum auctor ſuaſorque fuit, primus

Recuſa denique hæc linguæ Syriacæ elementa dedit GVIDO FABRICIVS BODERIANVS y).

§. XXVII.

Cl. SCHELHORNIO teſte z) adſcribitur in Tomo I. *Academiæ Ingolſtadienſis* a VALENTINO ROTMARO primum inchoatæ, & deinde a IOHANNE ENGERDO abſolutæ, WIDMANSTADIO *Catalogus Archiepiſcoporum Salisburgenſium apud Münſterum*. Binas Cosmographiæ *Münſterianæ* conſuluit cl. SCHELHORNIVS editiones germanicas, ſed quæ a *Widmanſtadio* proficiſci potuerint, & quæ de ERNESTO *Bavariæ* Duce & Archiepiſcopo *Salisburgenſi* eum narraſſe refert ROTMARVS, non invenit. In latina itaque operis *Munſteriani* editione, illum, qui WID-

primus grammaticam Syriacam, ſeu polyglottam, nimirum introductionem in ling. chald. Syriac. Armenicam & decem alias, *Papiæ* 1539. 4. edidit, quo anno ibidem quoque ejusdem alphabeta 40. differentium characterum exſcripta ſunt.

y) Præmiſit hæc Elementa FABRICIVS, SEVERI *Alexandrini* de ritibus Baptiſmi & ſacræ ſynaxis libro, quem characteribus ſyriacis & hebraicis, cum verſione latina edidit *Antwerp.* 1572. 4.

z) Tom. 14. amoenit. p. 470.

WIDMANSTADIVM agnoſcit auctorem, catalogum exſtare conjicit. a) Sed quid de hoc catalogo ſtatuendum ſit, qui coſmographiam MVNSTERI conſulere nequeo, non definio.

§. XXVIII.

Hæc ſunt, quæ ſuperſtite WIDMANSTADIO typis exſcripta ſunt, induſtriæ ejus monumenta. Qui ſi Numinis ſummi gratia diutius vixiſſet, &, quorum nunc damus catalogum, ſi non omnia, pleraque tamen lucem adſpectura fuiſſent.

I. Aliam atque uberiorem Vir optimus linguæ Syriacæ grammaticam, nec non

II. Ejusdem linguæ lexicon promiſit. Patet hoc ex verbis ipſius: *Hæc igitur dum pri-*

a) Cum teſtibus Cl. Viris VOGTIO p. 479. & I. C. MYLIO in memorab. biblioth. Ienenſ. p. 99 & 584 aliæ Coſmographiæ editiones ſint caſtratæ, aliæ integræ, quod Auctori theſauri bibliothecalis vol. 3. p. 253. ignotum fuiſſe videtur: fieri potuit, vt, quæ WIDMANSTADII ſunt, omiſſa ſeu eraſa ſint, atque fruſtra in expurgatis editionibus quærantur. In longe rariſſimo Indice expurg. PHILIPPI II. iuſſu *Antwerpiæ* 1571. 8 evulgato fol. 74. expurgatur Coſmographia, atque hiſtoria de LVDOV. BAVARO p. 308. valde ſcandaloſa & in multis falſa deletur, atque ipſa inſerenda iterum hiſtoria de novo conſcripta traditur.

primordiis hisce, delibuti, tractare avidius coeperitis, interea ego & lexicon syrum, & grammaticam multo meo sudore & labore concinnata, excusorio prelo submittam. b) Lexicon ipse WIDMANSTADIVS concinnavit, MOSES vero MARDENVS, ut typothetis daretur, descripsit *c*).

III. Quod Syriacis characteribus excudi fecerat N. T. idem lingua quidem Syra, sed characteribus hebraicis edere constituerat, & ipse Libros N. T. typographo tradendos manu sua jam descripserat. Sic enim in Epistola ad GEO. GIENGERVM & IAC. IONAM *d*):

G 2 *Hosce*

b) In dedicat. Element.

c) Vid MVLLERVM p. 8.

d) In calce N. T. Quæ quominus efficeret, quæ sibi proposuerat WIDMANSTADIVS fatis impeditus, aliis post se exsequenda reliquit. Nec defuerunt viri doctissimi, qui N. T. syriaci editiones characteribus hebraicis procurarent. Primus illorum est IMMANVEL TREMELLIVS, qui *Genevæ* typis *Henrici Stephani* 1569 in forma maxima edidit N. T. syriacum cum latina versione, addito textu græco & versione BEZÆ. Sed non meram editionem *Viennensem* recusam dedit, verum, uti in præfatione indicat, eam cum MS. codice, quem FRIDERICI III. Electoris Palatini bibliotheca suppeditavit, contulit, & literas omnes punctis vocalibus animavit. Conf. R. SIMON *hist. crit. des Vers. du N. T.* chap. 14. p. 172. IAC. le LONG bibl. sacr. Tom. I. pag. 44. & *Nachrichten von einer hall. bibl.* vol. 6. p. 283. Secundus est GVIDO FABRI-

Hosce N. T. libros Hebraearum literarum usitatis formis . . . . exscriptos propediem edi atque pervulgari curabo.

IV. Ri-

FABRICIVS BODERIANVS, qui postquam Tomo quinto Bibliorum Regiorum *Antwerpiensium* editionem Viennensem cum MS. codice antiquo a POSTELLO ex Oriente allato collatam recudi fecerat, *Parisiis* 1584. N. T. Syriacum, characteribus hebraeis non punctatis, cum versione interlineari, vulgata & graeco Textu evulgavit. Conf. S. R. D. BAVMGARTEN *Nachrichten von merckw. Büchern* vol. 1. p. 296. *Nachrichten von einer hall. bibl.* vol. 8. pag. 191. LE LONGII bibl. sacr. tom. 1. p. 14. 45. 106. RICH. SIMON l. c. pag. 174. Tertius est FR. RAPHELENGIVS, qui in officina *Plantiniana Antwerpiae* 1575 bis edidit N. T. S. hebraeis characteribus absque punctis vocalibus. Altera editio in 12mo singulari titulo ornata est; alteram in 8vo vidi in Bibliotheca S. R. D. BAVMGARTEN, nec non ipse eam servo inter reculas meas; sed titulo omnino caret: in prima tantum Evangelii *Matthaei* pagina legitur דיתיקא חדתא. Utraque editio variantes a RAPHELENGIO collectas in calce habet. LE LONGIVS hanc ex editione FABRICIANA exscriptam fuisse refert p. 206. & SIMON p. 176. unius tantum editionis, nimirum in 24mo seu 12mo mentionem facit. Quartus denique est ELIAS HVTTERVS, qui in N. T. polyglotto Norimb. 1599. fol. editionem *Tremellianam* recudi fecit, cui ex sua recenter facta versione, ea, quae deerant, adjecit, V. S. R. D. BAVMGARTEN *Nachrichten* vol. 1. p. 317. LE LONG p. 45. MARTINVS vero TROSTIVS

post

IV. Rituum ſacrorum apud Syros hiſtoria multum procul dubio lucis adſequutura fuiſſet, ſi, quæ ſibi propoſuerat, exſequi potuiſſet. Opus quoddam ſyrum de ritibus ſacris latinitate donare decreverat. Audiamus ipſum in epiſtola jam citata: *Atque ut dilucidiora hæc fiant, paucis nonnulla apud vos perſequi libet, quæ ad finem bujus operis, per hos dierum & ſacrorum indices properanti in mentem venerunt: reliqua in libro, qui* בירתגזא *hoc eſt, Aerarium, inſcribitur, & Ephremi, Iacobi, Balaii, Cococi aliorumque & vitæ ſanctitate & doctrina excellentium Syrorum authoritate conſtat, diffuſe explicata ſunt. Quæ, ſi nocturnum hoc otium (diurnum enim ſpatium, ut noſtis, Reſp. ſibi vindicat) in hoc ſtudiorum genere conſumere diutius licuerit, aliquando etiam latina videbitis.*

V. Quemadmodum Vir præſtantiſſimus linguam Syriacam ſibi familiarem reddiderat; ſic & linguam arabicam ita optime addidicerat, ut N. T. Arabici editionem jure promittere poſſet. Atque ut omnibus Arabismi penetralia patefaceret, viamque tironibus aptaret,

poſt WIDMANSTADIVM primus characteribus ſyris N. T. S. *Cothenis Anhaltinorum* 1622. 4to cum notationibus variantium ex quatuor præcedentibus editionibus & Polyglottis *Antwerp.* collectarum evulgauit. Conf. *Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol.* 8 pag. 194. LE LONG l. c. p. 106. & R. SIMON l. c.

VI. Grammaticam ejusdem linguæ in lucem edere constituerat. *Quodsi aeterni Numinis gratia* (sunt verba ipsius A.) *e*) *nostrique Regis clementia, vacationem a muneribus Reip. cujus gravissimis curis non modo conficior, sed etiam multis & magnis incommodis odiisque propter eam conflictor, impetravero, operam mox dabo, ut arabicæ quoque linguæ instrumenta, librosque sacros - - - subministrem.*

VII. Quam sedulo vero sese linguæ Arabicæ studio dederit, satis exinde liquet, quod integrum *Muhammedis Coranum* in latinam linguam transfuderit. Vidit eam versio-

e) In dedicat. Element. Refert THEOD. BIBLIANDER in supputat. temporum ad an. 1557. tab. 14. famam fuisse, WIDMANSTADIVM *Viennæ Austriæ* N. T. arabicum edidisse: sed famam istam exinde, quod N. T. Syriacum ediderit, originem traxisse, judicat S. R. D. BAUMGARTEN in *Nachrichten v. e. hall. bibl.* vol. 8. p. 78. Fortassis & promissum Auctoris rumorem illum adauxit & confirmavit. Interim eum adhuc anno 1557. inter vivos fuisse, hæc fama docere videtur. N. vero T. arabicum anno demum 1616. a THOMA ERPENIO ex Bibliotheca Leidensi & typographia Erpeniana, typis est evulgatum. Quis vero primam post WIDMANSTADII tempora linguæ arabicæ grammaticam publici juris fecerit, utrum RAPHELENGIVS, qui tabulas in grammaticam arabicam conscripsit, an IACOBVS CHRISTMANNVS, cujus alphabetum arabicum *Neapoli Nemetum* 1582. 4. prodiit, mihi non constat.

versionem supra jam laudatus FRECHTIVS, qui, *cum Musculo*, scribit, (*f*) *adii D. Nællingensem - - - Arabice scriptum Alcoranum, & ab eo latine redditum vidi. De abusibus Ecclesiae & Curiæ Romanæ* aliqua se ibi vidisse addit idem. Quæ utrum ab ipso WIDMANSTADIO conscripta sint, an alium habuerint auctorem, non liquet. Si prius, cur a quodam sacerdote, nec non ab ipso ejus in curia Romana accusatore talibus calumniis, quin & armata sicariorum manu exceptus sit, aliquam reddere possemus rationem. De Alcorani vero versione hæc habet IO. CHRISTOPH. WAGENSEILIVS (*g*): *Adornavit quoque Alcorani latinam versionem Iohannes Albertus Widmanstadius, pollicitusque est Iohanni Ottoni Bibliopolæ Norimbergensi, se illam ei propediem ad edendum missurum. Sic ipse testatur in literis præfixis Alcorani epitomæ, quam ab Hermanno Nellingaunense ex arabico latinam factam Byzantioque acceptam A.* 1543. *publicavit, ac Ludovico Palatino inscripsit.*

VIII. Quem de vita sua ipse WIDMANSTADIVS consignavit commentarium, lucem non adspexisse, neque in manus cuiusdam venisse, qui vel integrum vel sal-

(*f*) Apud cl. SCHELHORNIVM tom. 14. amoen. p. 470.

(*g*) In addend. ad praef. Telor. ignecor. secunda post indicem pagina.

tem ejus primaria capita, cum orbe erudito communicasset, dolendum est. Plura de optimo viro sciremus, quam quæ post tantum tabularum naufragium colligi possunt. Pluribus uno constitit commentarius libro; in primo enim, se de illustribus viris NALLINGA ortis egisse, scribit ipse Auctor (*h*).

§. XXIX.

Hæc sunt, quæ memoriæ Viri meritissimi consecranda esse duxi (*i*). Annus, qui nunc

h) In conclus. Element. non vero in præfatione, ut habet R. M. MEELFVHRERVS in Accest. ad ALMELOVENII bibl. promiss. & latent. p. 154. ap SCHELH. tom. 13. p. 244.

i) Ipse quidem ego varia, quæ asserui, incerta redderem, nisi & erroribus nonnullis medelam parare vellem. Illos vero, in quos jam animadvertit cl. SCHELHORNIVS, in pace dimittam, de reliquis quid sentiendum sit, inquirens. Non desunt Viri Eruditi, qui N. T. a WIDMANSTADIO 1562 editum fuisse tradiderunt. Sunt in hoc errore RICH SIMON, l. c. & IOH LEVSDENIVS l. c. p. 51, quos olim sequuti sunt cl. SCHELHORNIVS tom. 2. amoenit. p. 399. & cl. VOGTIVS p 671. Vnde vero error iste originem traxerit, ego quidem non video. Auctor est quidem LE LONGIVS pag. 104. post primam paginam totius operis legi: *Viennæ Austriæ excudebat Michael Zimmermann anno MDLXII.* Verum quo fato hæc verba quibusdam exemplaribus præmissa sint, quantum mihi quidem scire licet, observavit omnino nullus

nunc agitur fecularis eft Editionis Novi Teftamenti Syriaci, ante ducentos an-

G 5 nos

nullus, nec unquam editio ifta iterata eft poft annum 1555. Cl. IOH. DAV. MICHAELIS, Vir, cui moris eft, quoties errorem eruditorum deprehendit, toties de graviffima ignorantia (*gröbfte Unwiffenheit*) doctiffimorum alias virorum conqueri, nuper in *Einleitung in die Göttl. Schriften des N. B. p.* 187 *fq.* de WIDMANSTADIO ejusque N. T. egit; fed ita, ut, num ullus, graviffimæ ignorantiæ a cl & doctisfimo Viro accufatus, plures tribus paginis cumulare potuerit errores, omnino dubitem. Numerabimus errores 1) Per MOSEN MARDENVM primo innotuiffe verfionem Syriacam in Europa, Patriarcham IGNATIVM mififfe eum adPontificem LEONEM X eaque data occafione WIDMANSTADIVM Syriacam addidiciffe linguam, refert. pag. 187. Verum a) tempore LEONIS X h. e. circa annum 1514. eundem IGNATIVM, qui MOSEN *Romam* quadraginta fere poft annos, circa annum 1552 mifit, jam tum patriarchali dignitate ornatum fuiffe, ne veri quidem fpeciem habet; cum viri grandævi ad iftam dignitatem tantum evehi foleant. b) Si MOSES MARDENVS ad LEONEM miffus fuiffet, puerum legatum neceffario elegiffet Patriarcha *Antiochenus*, nam an. 1553. MOSES tantis viribus adhuc gaudebat, ut iter in patriam ingredi poffet; adeoque circa tempora IVLII II. & LEONIS X puerum aut adolefcentem eum fuiffe, neceffe fit. c) fi cl. P. confuluiffet fubfcriptionem Evangeliorum IV. in N. T. Viennenfi, aut MVLLERVM p. 7. ad quem provocat tamen, legiffet, fciviffet fortasfis, MOSEN MARDENVM IGNATII Legatum ad

PAV-

nos editi. Quod si qui, temporis ratione ducti,

PAVLVM III. & IVLIVM III. fuisse. d) Iam antequam MOSES MARDENVS in Europam venit, THESEVS AMBROSIVS syriaca didicerat, WIDMANSTADIVM instituerat, nec non introductionem in linguam syriacam 1539 ediderat. Hinc e) adventus MOSIS MARDENI minime WIDMANSTADIO occasionem dedit addiscendi syriaca, siquidem, si vera essent, quæ cl. V. tradit, ipse WIDMANSTADIVS puer tum octo vel novem annorum fuisset. Si denique dicendum, quod res est, cl. MICHAELIS ea, quæ quadraginta annis a se invicem distant, ita conjunxit, & summa imis, quadrata rotundis ita immiscuit, ut IGNATIVM in tempora LEONIS X. transferret, & ex MOSE *Monacho*, qui cum ACVRIO JOSEPHO, sacerdote, & ELIA hypodiacono ex oriente ad Concilium Lateranense sub IVLIO II & LEONE X celebratum missus fuit, & MOSE MARDENO unam eandemque conflaret personam. Atque hic MOSES *Monachus* is est, cuius opera syriaca innotuerunt in Europa, uti expresse scribit WIDMANSTADIVS in præfat. N. T. p. 17. & post eum MVLLERVS pag. 29. 2) MOSEN MARDENVM secunda vice rediisse sub IVLIO III. 1552, eum in finem, ut N. T. S. ederet, docet ibidem: verum eum tum temporis prima & ultima vice in Europam venisse, ex iis, quæ modo observavi, apparebit. 3) MOSEN MARDENVM, WIDMANSTADIVM & IOHANNEM LVCRETIVM, editionem istam procurasse scribit porro p. 188. Condonamus quidem MVLLERO lepidum istum errorem, quod IOHANNEM LVCRETIVM a WIDMANSTADIO sejunxerit; sed postquam cl.

SCHEL-

ducti, plura jam daturi sunt, quibus & *Widmanstadii* fama, & N. T. prima, lingua &

SCHELHORNIVS varia evulgavit testimonia, quæ *Widmanstadium Italis* sub nomine IOHANNIS LVCRETII notum fuisse, comprobant, non aliud nomen error, quam quo cl. Vir maximo liberalitate præstantissimorum virorum errores longe minores condecorat, meretur. Quæ scribit cl. Vir p. 188. *Die übrigen Ausgaben* (nimirum N. T. S.) *wird man gesamlet und beschrieben finden in* Andr. Mülleri Diss. de versionibus Syriacis, *die in seinen* Symbolis Syriacis p. 29. *befindlich ist. Es sind folgende &c.* aperte docent, eum MVLLERI Diss. non vidisse, aut saltim non legisse: nam a) dissert. de versionibus Syriacis alteram partem symbol. Syr. constituit a pag. 11. ad 46. b) de editionibus N. T. S. p. 29. ne γϱυ quidem legitur, sed incipit ibi auctor historiam N. T. S. *Viennensis* tractare; c) nominat quidem editiones plerasque p. 35, sed jejunum catalogum conflat, ita ut editiones descripsisse, seu delineasse, dici minime mereatur; d) nec omnes cl. Vir nominat in editionum N. T. S. catalogo p. 189-193. editiones, quas indicavit MVLLERVS, nec, quæ hic erravit, ille emendavit, quamvis cuilibet MVLLERVM legenti appareat, eum errasse. Editionem *Antwerpiæ* a PLANTINO An. 1575 divulgatam nominat MVLLERVS, omisit eam vero cl. MICHAELIS, quamvis duæ ejusdem anni exstent editiones. Illam vero editionem in bibliis Regiis s. polyglottis *Antwerp.* MVLLERVS iis annumerat, quæ charactere Syriaco exscriptæ sunt, cl. MICHAELIS vero characteribus hebraicis exscriptis accenset: utrumque verum & falsum; nam in opere Regio N. T. Syra

et characteribus Syris reddita editio, celebrior reddi poterit, mihi, quod hanc symbolam, quamvis parum politam, quin rudi penicillo exaratam, contulerim, condonatum iri, æquitas eruditorum virorum mih persuadet.

Syra lingua, characteribus vero & hebraicis & syriacis simul expressum est. De MVLLERO scribit pag. 189. *Müller gedencket noch zwey Antwerpischer Ausgaben, mit Syrischen Lettern, von* 1567 *und* 1620, *die mir sonst unbekannt sind.* MVLLERI verba sunt: *Antwerpiæ a Guid. Fabricio Anno* 1567. *in opere Regio Hispan. Anno* 1620. Quæ si legisset, quomodo ignorare potuisset, quamnam ad editionem digitum intenderet MVLLERVS, cum editionem anni 1567 pro opere Regio Hispanico venditet? Duplicem errorem continent verba ejus, & Virum eruditum, qui ex professo de editionibus N. T. S. agit, dum introductionem in N. T. scribit, hoc non vidisse, hoc est, quod mihi mirum videtur. Novum denique Testamentum ex editione MARTINI TROSTII, MVLLERVS cum aliis quibusdam ad annum 1621. refert. Non ab illo differt cl. MICHAELIS p. 190. sed tum in fronte, tum in calce annus 1622 legitur. Atque hæc sunt, quæ in tribus paginis operis illius cl. MICHAELIS sunt emendanda; quæ hic indicare, mearum rerum esse duxi, cum historiam WIDMANSTADII & N. T. S. concernant.



VI.

V.

בשם יהוה

M. HENR. IACOBI SIVERS,

Lubecensis,
S. Reg. Majest. Sveciae Concionat. Aulici, Ecclesiarum in Tjustia Boreali Præpositi, & Past. primarii in Tryserum & Hannaes,

REPERTORIVM DISPVTATIONVM,

IN SYNODIS LINCOPIAE in Ostrogothia celebratis, ventilatarum lucique datarum, cum brevissima relatione de Synodo MDCCLIV. d. 10. 11 & 12 Sept. ibidem habita.

---

§. I.

Sisto nunc *Repertorium omnium Disputationum Synodalium Lincopiensium*, ex parte rarissimarum 1), sed illarum tantum, quae publice

(1) Tam rarae sunt quaedam Dissertationes Synodales Lincopienses, vt perfecta illarum collectio vix ac ne vix quidem in ipsa Ostrogothia detur. Plurimas, non vero omnes, Bibliotheca RHYZELIANA, mea aliaeque possident. Plenissimam vero illarum congeriem habuit B. M. CAR.

publice prodierunt. Multi enim hujus generis labores, partim ob defectum officinarum typographicarum in Ostrogothia 2), partim ob moderationem sumtuum, partim ob

CAR. ECHMANNVS, Præpos. Sudercopiensis, Testamento illam relinquens V. Cel. Doct. PETRO FILENIO, Archi Præpos. Lincopiensi, qvi istam hodie inter rarissima Bibliothecæ suæ κειμήλια refert.

2) In coenobio *Wadstenensi* in *Ostrogothia* ante Reformationis tempora, & quidem Anno 1491. jam impressos fuisse libros; *Sudercopiam* quoque, vrbem illam *Ostrogothiae* perantiquam & commerciorum frequentia olim commendabilem, immo coronationibus & nuptiis Regiis ac Comitiis Regni, ibi habitis & celebratis, claram, non defraudandam esse typographiæ, ante Lutheranam sacrorum emendationem excultæ laude, me non fugit. Sed officina, qua coenobium *Wadstenense* superbivit, ab incendio 1495. eversa, & numquam postea redintegrata fuit. (*vid. Diarium Wadstenense, e MSS. editum ab ERICO BENZELIO, filio, p.* 154.) *Sudercopiensis* vero typographia, quia ob publicata edicta *Cæsaris & Principis GEORGII* adversus *Lutheranos*, Regi GVSTAVO I. displicuit, An. 1526. prohibita & *Malmogiam* translata est. (*vid. IO. MESSENII Scandiae illustratæ Tom. V. p.* 32. *& Doct. ac Episcopi ANDR. OL. RHYZELII Episcoposcopiae Svio-Gothicae Part. I. L. II. Cap.* 2. *§ XXV. p.* 120.) Postea nulla in *Ostrogothia* fuit typographia vsque ad annum 1635. quo anno sub Episcopo Doct. IOH. BOTHVIDI officina Lincopiae fuit erecta a Typographo CHRIST. KANVTI GVNTHER, cuius in eadem

ob Praesidum, tamquam auctorum, modestiam, Nationi Svio-Gothicae a natura quasi insitam, partim ob alias causas, manu saltem, non typo exscripti fuerunt.

§. II.

Ex ejusmodi ineditarum Dissertationum Synodalium Lincopiensium, (quae hodie rarissime occurrunt,) cumulo scrinia mea asservant sequentes, quarum obiter saltem hic mentionem faciam.

Disputatio de Persona CHRISTI, mortuo Episcopo, M. ION. KYLANDRO 3) habita 1630.

eadem arte successores exstiterunt DAN. NIC. KEMPE; EPHR. PETRVS KEMPE; PETR. PILECAN; GABR. BLOERCKEGREEN, qui hodie egregiae res suas agit. *Norcopiæ* quoque, quæ Metropolis *Ostrogothiæ* merito audit, splendidissimum Typographeum BROOCMANNIANVM, a B. REINERO BROOCMANNO, Past. Germanor. ibidem primario & Præpos. honorario, triginta abhinc annis, & quod excurrit, erectum est, quod adhuc floret & sub inspectione filii ejus, Directoris CAROLI FRID. BROOCMANNI feliciter continuatur. *Conf. IOH. ALNANDRI Historiola Artis Typogr. in Svecia cap. III* §. 5.

3) Obiit hic Episcopus, perexiniis meritis insignis, d. 30. Maji 1630. De eo legi meretur ANDREAE GYLLE (postea nobilitate & nomine GYLLENKLO insigniti) *oratio elegantissima & doctissima in funere ejus dicta in Templo Cathedrali Lincopiensi, & Vpsaliæ edita* 1631. Recordor

1630. Praeside M. SVENONE LAVR. CIRAEO, Logic. Lectore in Gymnas. Lincop. 4)

Disp. de libero hominis arbitrio, mortuo Episc. M. IONA PETRI 5) hab. 1645. Præs. DAN. DALIN, Skeningensium Praepos.

Disp. de Conjugio, sub Episcopo M. SAM. ENANDRO GYLLENADLER 6) hab. 1665 Præside LAVR. NIC. PALVMBO, Praepos. & Past. in Wreta.

Disp.

Recordor autem B. Episcopi XYLANDRI magna cum veneratione, qvia e nepte illius, filia Episcopi Wiburgensis, M. PETRI BIVGG, nascebatur Conjugis meae desideratissimae, ANNAE MARIAE ASCANIAE, avia paterna B GERTR. KLINGIA, Præp. M. MAGNI NIC. KLINGII in Skarkind filia, quæ nupta B ABRAH. ASCANIO, Praepos. in Askaby peperit Socerum meum B. NICOL. ASCANIVM, Praepos. in Oeretomta, & gratulor filio meo primogenito *Nicolao Ascanio Sivers*, quod e sanguine tantorum Episcoporum KYLANDRI & BIVGGII originem trahat, & hunc atavum, illum vero tritavum appellare possit. Ex animo opto, vt in pietate, ingenuitate & doctrina vestigiis majorum suorum insistere velit. vide *Reverend. RHYZELII Conc. fun. in obitum B. Praepos. NIC. ASCANII habit. & editum* 1749.

4) vid. *Illustr. ANDR. ANT. von STIERNMAN in Biblioth. Sviogoth. T.* II. *p* 357.

5) vide *SAM. PETRI BRASKII Orat. parent. in obitum ejus hab. & edit.* 1645.

6) Optimi huius Viri vitam vide in *STIERNMANNI libr. cit. T.* II. *p.* 652.

Disp. de Peccato, ſub Epiſcopo D. OLAVO SVEBILIO 7) poſtea Archiep. Vpſal. hab. 1681. Praeſ. ER. STYRENIO, Th. Lectore.

Disp. de libero hominis arbitrio, ſub Epiſc. M. MAGNO PONTINO 8) habita Praeſ. MATTH. WICHMAN, P. in Wiſt.

Disp.

7) Obiit Vpſaliae 1700. d. 29 Iunii. De vita & meritis ejus vid. *RHYZELIVS in Episcoposcopia, Part. I Libr. I. c III. § XII p 72ſeqq.*

8) Archiepiſcop. Vpſal. D. HAQVINVS SPEGEL vocat PONTINVM, *latino Eloquio LACTANTIVM, ſacra facundia AMBROSIVM, Chriſtiana prudentia AVGVSTINVM, docendi grauitate CHRYSOSTOMVM, Scripturarum notitia HIERONYMVM, in Epitaphio*, quod legitur apud *RHYZELIVM l. c. p.* 144. Praeter alios liberos cum generoſa conjuge HELENA STROEMSKIOELD genuit HELENAM PONTIN, matrimonio conjunctam M. PETRO BROMS, Gymn. Lincop. Lectori, Conſiſtorii Reg. Aſſeſſ. & Paſt. in Skeda, e qua nata eſt Socrus mea honoratisſima HELENA BROMS, B NIC. RETZII Praepoſ. & Paſt. in Gammalkyl vidua, mater Conjugis meae dilectisſimae HEL. RETZIAE. Hinc valet filiolis meis CAROLO SIVERS, GVSTAVO SIVERS & ADOLPHO FRIDERICO SIVERS honori, quod ſint MAGNI PONTINI, inſignium meritorum Epiſcopi abnepotes. O ſi etiam ejus exemplo incitarentur ad virtutes & indefeſſam diligentiam! (vide *Reverendiſſ. D. ANDR. OL. RHYZELII Conc. funebr. in Obitum Praepoſiti B. N. RETZII habit. & edit.* 1752. *& Meletema meum de NIC. BEN. RETZIO edit. Lincop.* 1749. *p.* 16.)

Disp. de Peccato tam originali, quam actuali, sub eodem Episcopo hab. 1686. Praes. ALEXANDRO WIRAENIO, Praep. & Past. in Wirsrum, fratre D. SAM. WIRAENII, Episc. Wexionensis, denati 1703.

Disp. de Communicatione Idiomatum, sub Episc. eodem habita 1687. Praes. M. ER. PHOENICE, SS. Th. Lectore.

Disp. de duabus in CHRISTO Naturis earumque unione Personali, sub Episc. eodem, Praes. M. OL. WONG, Th. Lect. postea Archi-Praepos. Lincop.

Disp. de Praedestinatione, sub Episcopo M. MAGNO PONTINO, Praes. HARALDO ASKEBOHM, Praep. & P. in Husby orientali.

§. III.

Missis autem his, omnium vel *Stockholmiae*, vel *Nor:opiae*, vel *Lincopiae* prelo subjectarum *Disputationum Synodalium Ostrogothicarum* vel *Lincopiensium*, quarum plurimæ stylo eleganti, magna eruditione, fuse ac prolixe 9) sunt elaboratae, sequentibus Paragraphis brevissimam notitiam dabo.

§. IV.

(9) Ex. gr. D. ANDR. OL. RHYZELII Angelologia continet pagg. 160. PETRI LAGERMANNI Diss. de Precibus fidelium pag. 112. ANDR. SCHIOERLINGII Diss. de Sacramentis pag. 80. PETR. SCHENBERGII Diss. de Praedestinatione pag 89. BOTHW. RISINGII Disp. de Peccato, pag. 80. & sic porro.

§. IV.

Sub laudato Episcopo, M. ION. KYLANDRO ad disputandum propositae fuerunt:

Theses de Ecclesia Christi, *A. C.* 1620, Praes. CLAVD. BOTHVIDI, *Norcopensi*, P. in Risinge. impress. *Stockholmiae* in 4.

§. V.

Sub citato Episcopo, M. MAGNO PONTINO ventilabantur

Theses de fide vera 1691. Praes. M. IOH. COLERO 10), Lubecensi, Pastore Germanor. Norcopens. impress. *Stockholmiae* in 4.

§. VI.

Sub Episcopo omnibus numeris absoluto, D. HAQVINO SPEGEL 11) postea Regni

H 2 Suio-

10) Clarissimi huius Lubecensis, qui 1712 in vivis esse desiit, mentionem facit IO. SCHEFFERVS *in Suecia litterata*, p. m. 311. licet illum non *Lubecensem*, sed *Saxonem* nominet. Praeter hanc Disputationem Synodalem & a SCHEFFERO adducta scripta *Stockholmiae* & *Lincopiae* edidit conciones funebres, quae multam spirant lectionem.

11) Reverendissimi huius Archi-Episcopi, Viri incomparabilis pietatis, judicii, ingenii, prudentiae, eloquentiae, auctoritatis, & lectionis pene infinitae, omnibusque fere linguis & studiis, scientiisque imbuti vitam, merita & scripta delineavi in *ELOGIO SPEGELIANO*, impress. Norcopiae 1745. & novissimae editioni *operum ejus Poeticorum* praefaminis loco praefixo.

Svio-Gothici Archi-Episcopo & Acad. Vpsal. Pro-Cancellario, *Disputationes Synodales*, quae sequuntur, viderunt lucem :

De Lege DEI, 1693. Praes. IO. LOTHIGIO, Past. Westrovicensi, *Lincopiae* in 8.

De Evangelio, 1694. Praes. M. ERICO DVRAEO. Praepos. & P. in Kudby. *Lincop.* in 8.

De Poenitentia. 1695. Praes. IO. TZANDER, Past. in Hoereda. *Lincop.* in 8.

De Ecclesia 1696. Praes. M. SAM. PONTINO, (Episcopi Lincop. M. MAGNI PONTINI filio) Praepos. & Past. in Wadstena. *Lincop.* in 8.

De Ministerio Eccles. 1697. Praes. CHRISTIERNO NORSTROEM, P. in Eksiö. *Lincop.* in 8.

De Adiaphoris. 1698. Praes. M. BOTHVIDO GLADHEMIO, Praepos. & Past. Wretensi *Lincop.* in 8.

De sacramentis in genere, & in specie, 1699. Praes. M. CHRISTOPH. LAVRINO, Praepos. & Past. in Törnewall, Lincop. in 8.

De Baptismo. 1700. Praes. M. ION. KIERNANDRO, Past. in Kiallstad. & Tjärestad. *Lincop.* in 8.

De Coena Domini. 1701. Praes. PETRO TORNEWALL, Praep. & Past. in Gladhammar. *Lincop.* in 8.

De Iustificatione. 1702. Praes. M. ANDR. SIMONSSON, P. in Husby orientali. *Linc.* in 8.

De Cruce & Afflictionibus, 1703. Praes. M. CON-

CONSTANTE COLLIN, Praep. & Paſt. Södercopienſi, *Lincop.* in 8.

De vera DEI Invocatione, & precibus Chriſtianorum, 1704. Praeſ. M. DAN. ARWIDSSON, Praep. & Paſt. in Oby. *Lincop.* in 8.

De Magiſtratu Politico. 1705. Praeſ. M. PETR. ASP, 12) Praepoſ. & Paſt. Norcopenſium, poſtea Superintendente Hernöſandenſi. *Lincopiae* in 8.

De Conjugio. 1706. Praeſ. M. SIM. PETR. LOEFGREN, Theol. Lect. poſtea Praepoſ. & Paſt. in Söderkioping. *Lincop.* in 8.

De Morte & ſepultura corporis humani, 1707 Praeſide M. ARWID BORAENIO Th. Lect. poſtea Praep. & Paſt. Wretenſi, *Lincop.* in 8.

De Anima, eiusque immortalitate. 1708. Praeſ. ZACH. STAHL, Praep. & Paſt. in Lommaryd. *Lincop.* in 8.

De Reſurrectione mortuorum hominum. 1709 Praeſ. M. BARTHOLDO DVRAEO, Praep. & Paſt. in Norrawi. *Lincop.* in 8.

De extremo judicio. 1710. Praeſ. M. ANDR. WIBIOERNSSON, Log. Lect. & Conſiſtorii Aſſeſſore, poſtea Theol. Lectore & Eccleſiarum in Tjuſtia boreali Praepoſito, tandem Praepoſ. & P. in Wreta Kloſter. *Lincop.* in 8.

12) Obiit Stockholmiae in Comitiis d 25. Dec. 1726. anno aetat. LX. Vir celeb. MATTHIAS ASP, hodie SS. Th. Doct & Profeſſ. Vpſal. eſt filius ejus primogenitus, (quem DEVS ſervet!) Vitam PETRI ASPII vid. in *D. GEORG NORDBERGII Conc. Funeb. hab.* 1727. p. 48.

§. VII.

Sub Episcopo, D. IACOBO LANG 13), disquisitioni & luci publicae exhibitae sunt disputationes

De fine mundi. 1712. Praeside IO. HARGELIO, Praeposito & Past. in Westerwik. *Lincopiae* in 8.

De inferno. 1713. Praeside M. IO. ERICO PHOENICE, Praepos. & Past. in Risinge. *Lincopiae* in 8.

De vita aeterna. 1715. Praeside, M. CLAVDIO LIVIN 14), Praepos. & Past. Scheningensi, postea Norcopensi. *Lincop.* in 8.

§. VIII.

13) Omni honore & laude dignus LANGIVS, Vir doctus & sapiens, vocabatur A. 1683. trigesimo quinto aetatis anno Eccles. Nyensium in Ingermannia Praepositus & Pastor; 1688 Narvensis per Ingermanniam, vel Ingriam Superintendens; 1700. Superintendens per Livoniam generalis; 1701. Episcopus Estoniae; sed per vim Bellonae Moscoviticae sede pulsus, An. 1711. Cathedram jussu Regis conscendit Lincopiae. Anno 1716. d. 17. Februarii spatia terrenæ peregrinationis emensus placide obdormivit Lincopiae. vid. *Reverendissimi RHYZELII Episcoposcopiae P.* I. *L.* II. *Cap.* III. §. XVI. p. 147.

14) Viri hujus eruditissimi vitam lege in Reverendissimi Episcopi, postea Archi-Episcopi D. ERICI BENZELII, filii *Concione funebri Anno* 1732 *in obitum ejus habit.* & 1733. Norcopiae impressa, p. 45 sequ.

§. VIII.

Sub Episcopo, D. TORSTANO RVDEEN 15), in quo omnes veri Theologi & Antistitis virtutes erant impressae, & qui ob pietatem, prudentiam, doctrinam & modestiam, vitaeque innocentiam nemini cedebat, publico eruditorum examini in Synodis submittebantur Dissertationes

De Deo. 1717. Praeside M. IOH. WENELIO 16), Graecae linguae Lect. & Consist. Lincop. Assess. postea Praepos. & Past. in Asby. *Lincop.* in 8.

De Creatione. 1718. Praes. IOH. NORRSTROEM,

15) Hujus Praesulis pereximiis meritis longe clarissimi gloriam immortalem augent *filius*, Perillustris Dominus CAROL. RVDENSKIOELD, S. Reg. Maj. magnae fidei vir, Lib. Baro, Eqv. auratus & Secretar. Status, &c. item *generi*, Illustrisimus Heros ac Dominus, CAR. GVSTAV. LOEWENHIELM, S. R. M maximae fidei Vir, Lib. Baro, Regis Regnique Succ. Senator, Ord. Seraphici & Stellae Pol. Eques, &c. ac Eminentissimus D. HENR. BENZELIVS, S. R. Maj. maximae fidei Vir, Regni Suio-Gothici Archi-Episcopus, & Acad. Vpsal. Procancellarius, Theologus πολυμαθεςατος & excellentissimus, fama super æthera notus, quem DEVS Ecclesiæ, Regno, Orbi litterato & omnibus bonis diu servet!

16) Obiit 1744. anno aet. 81. Ejus Biographia exstat in D. ANDR. OL. RHYZELII *Concione funebr. in obitum ejus habita & Lincopiae edita p.* 55 seq.

STROEM, Praeposito & Past. Eksiöensi. Lincop. in 8.

De Providentia divina. 1720. Praeside M. SVENONE LAVRELIO 17), Praepos. & Past. in Risinge. *Lincop.* in 8.

De Scriptura sacra. 1721. Praes. M. CAR. LAVRBECCHIO, SS. Theol. Lectore 18), *Lincop.* in 8.

De Angelis, sub titulo: *Angelologia*, 1722. Praeside M. AND. OLAVI RHYZELIO, Archi-Praeposito Lincopiensi, hodie SS. Th. Doct. & Episcopo Dioeces. Lincopensis, meritorum excellentissimorum magnitudine, ac

17) vid. IOH. ISR. KOEHLERS, Praep. & Past. in Wonga, *Conc. funebr. in fun. ejus habitam d.* 15. Febr. 1743. p. 38-42. ubi merita hujus doctissimi viri enarrantur.

18) Filius erat B. PETRI LAVRBECCHII, SS. Theol. D. & Episcopi Wiburgensis, 1705. denati, qui Theologiae non solum, sed etiam Philosophiae, Iurisprudentiae & Medicinae indefessam navavit operam, & in Academia Aboënsi non solum *Bibliothecae publicae* praefuit, sed etiam munera *Professoris Poëseos*, *Matheseos*, *Physices*, *Iuris* (exemplo plane singulari) *Theologiae* ab anno 1666. usque ad annum 1696. mascule gessit, quo anno gloriosissimae memoriae Rex CAROLVS XI. honorem Episcopi Wiburgensis illi clementissime indulsit. vide M. *PETRI HAHNII Programma Exequiale*, & *GABRIEL. IVSLENII Exequias in funus Reverendissimi Episcopi, D. PETRI LAVRBECCHII.* Conf. Viri hodie illustris, Domini ANDR. ANT. von STIERNMANNS *Aboam litteratam p.* 56 seq.

ac multis, magna doctrina refertis ſcriptis, & inprimis ὀρθοδοξίας laude inclytiſſimo. *Lincop.* in 8.

De Statu integritatis. 1724. Praeſ. M. BOTHVIDO LIVIN, (CLAVDII, §. VII. allegati, fratre,) Praepoſ. & Paſt. in Saeby. *Lincop.* in 8.

De libero arbitrio. 1725. Praeſ. MARTIN. BRYTZENIO, Praep. & Paſt. in Winnerſtad. & Motala. *Lincopiae* in 8.

De Peccato. 1726. Praeſ. BOTHVIDO RISING, SS. Theol. Lect. Conſiſtorii Aſſeſſ. & Paſt. in Skeda *Lincop.* in 8.

De Praedeſtinatione. 1728. Praeſ. IOH. SCHENBERG, Praep. & Paſt. in Normlöſa. *Lincop.* in 8.

De Perſona CHRISTI. 1729. Praeſ. M. PETRO HOERBERG, Praepoſ. & Paſt. in Wadſtena. *Lincop.* in 8.

§. IX.

Sub Epiſcopo, D. ERICO BENZELIO, filio, poſtea Archi-Epiſcopo & Procancellario Vpſalienſi deſignato, magni nominis Polyhiſtore, longe lateque celeberrimo, quem nominaſſe eſt laudaſſe 19), Eruditorum συζητήσει ſubjectae ſunt Diſſertationes Synodales

H 5 De

19) Vid. OLAVI DALINS, MAGNI BERONII, IO. SPARSCHVCHS *Orationes elegantisſimas* in laudem ſummi hujus Viri habitas & editas Stockholmiae, Vpſaliae & Lincopiae.

De officio CHRISTI 1732. Praes. M. PETR. MILBERG., S. Theol. Lect. Consist. Ass. & Past. in Landeryd. *Lincop.* in 8.

De statibus carnis CHRISTI. 1733. Praes. M. IO. PETRELIO, Praep. & Past in Westerwik. *Lincop.* in 8.

De Fide justifica. 1735. Praes. NICOLAO CORYLANDRO, Praepos. & Past. in Styrestad. *Lincopiae.* in 8. 20)

De Renovatione & bonis operibus. 1736. Praes. M. PETRO WETTERSTEN, Praep. & Past. in Härads-Hammar 21) *Lincop.* in 8.

De legibus divinis, 1737. Praes. M. CAR. ECHMANNO, Philos. Theoret. Lect, & Consist. Assess. postea Ecclesiarum in Tjustia Boreali Praeposito, tandem Praepos. & Pastore Södercopiensi 22) *Lincop.* in 8.

De Evangelio, 1739. Praesid. M. SAM. FROELING, Praepos. & Past. in Winnerstad. & Motala. *Lincop.* in 8.

De Sacramentis vtriusque Testamenti, 1742. Praes.

20) vide *Meditationem meam Exegeticam de Certamine Piorum ad* 2 *Tim.* IV, 7. qua funeri B. Praepos. CORYLANDRI feci officium 1737.

21) vide hujus Viri vitam in D ANDR. OL. RHYZELII Conc. fun. in obit. ejus.

22) Celeberrimi hujus Theologi & Philosophi vitam, merita & scripta recensui in *Elogio ECHMANNIANO*, vna cum M. DAVIDIS EVENSSONS *concione funebri* in obitum ejus edito *Norcopiae* 1749.

Praef. M. ANDR. SCHIOERLING, Praepof. & Paſt. in Horn & Hyklinge. *Lincop.* in 8.

§. X.

Sub Epifcopo Reverendiffimo, & ob ftupendae omnis generis doctrinae copiam, perpaucis tantum aequiparando, D. ANDR. OLAVI RHYZELIO objectionibus cleri Synodalis fuerunt expofitae Difputationes

De Ecclefia Dei. 1744. Praef. M. DAV. EVENSSON, S. Reg. Maj. Conc. Aulico Praepof. & Paft. Norcopienfi 23). *Impreff. Norcopiae* in 8.

De Societate Conjugali, 1745. Praef. Doct. PETRO FILENIO, Theol. Profeff. & Archi-Prae-

23) Hoc viro difertiorem aut eloquentiorem Ecclefiaften Suio-Gothia vix vidit. Obiit 1750. Ob auream facundiam, vitae integritatem, ftudia, fcripta & infignia merita laudavi illum in *Elogio EVENSSONIANO*, vna cum Concione funebri Reverendisfimi RHYZELII impreffo *Norcopiae* 1750. Confer etiam, quae de eo fcripfi in *Diff. Epiftolica de Presbyteris Eccleſ. non Dominis ad illuftrationem loci* 1 *Petri V.* 3. qua EVENSSONIO Dignitatem Praepofiti fum gratulatus, 1735. & in *Meditatione ad Sirac.* VII. 21. nuptiis EVENSSONII facra, 1736. item *in Actis Hiftorico-Ecclefiafticis Vinarienf. Part. XXI. N.* III. § 10. *p.* 401. vide etiam *Concionem meam valedictoriam, in Evangel. Dominic. Cantate, Suedico fermone habitam, in Templo S. Olai Norcopenfi* 1747. & eodem anno Stockholmiae excufam.

Praepoſito Lincopienſi, Regiar. Societ. Londinenſium Scientiarum & Antiqv. Sodali, *Lincopiae* in 8.

De Miniſterio Eccleſiaſtico. 1748. Praeſ. M. IOH. SPARSCHVCH, Theol. Lect. primario & Conſiſt. Lincop. Aſſeſſ. *Lincop.* in 8.

De Magiſtratu Politico. 1749. Praeſide M. PETRO ZETTERLING, Conc. Reg. Aulico, & Praepoſito Kudbyenſi. *Lincop.* in 8.

De Piorum Cruce. 1751. Praeſ. M. MART. LIDENIO, Theol. Lectore ſecundo, Conſiſtorii Aſſeſſ. & Paſt. in Slaka. *Lincop.* in 8. 24)

De precibus fidelium. 1753. Praeſ. M. PETR. LAGERMANNO, Praepoſ. & Paſt. in Husby orientali. *Lincop.* in 8.

De Praedeſtinatione & Reprobatione. 1754. Praeſ. M. PETRO SCHENBERG, (*IOH. filio, vid. ſupra* §. *VIII.*) Moralium ac Hiſtor. Lect. & Conſiſtorii Lincop. Aſſeſſore ac Paſt. in Landeryd. 25) *Lincop.* in 8.

§. XI.

24) In hac Synodo Concionator primarius eram conſtitutus & in templo Cathedrali Lincopiae d. 3. Septemb. e Iobi V. 17 18. *de ſonticis cauſis crucis patienter ferendae* verba feci, quae concio ad nutum cleri publicis impenſis 1752. Lincop. vidit lucem.

25) Praeter hanc Diſſertationem Synodalem, ſolidisſime elaboratam, aliasque Diſſertationes & haud levis momenti lucubrationes, celeberrimus SCHENBERGIVS protulit in lucem *LEXICON Latino-Suecanum* in vſum Gymnaſiorum & Scholarum Patriae 1739, Norcopiae in 4. quem laborem

§. XL.

In vltima Synodo honorifica *Vice-Praesidis* sparta mihi erat demandata. *Respondentes* vero fuerunt: IONAS LIVIN, Past. in Winnerstad & Motala; CAROL. WICHIVS, Past. in Skällwik; DAN. WAHLEEN, Comminister in Landeryd. *Ordinariorum opponentium* partes administrabant: M. TIBVRTIVS TIBVRTII TIBVRTIVS 26) Praepos. & Past. in Wreta; M. IONAS LAVRENIVS, Vice-Past. in Dagsberg; M. ANDR. ASKEGREN, V. D. M. Adjunctus Gymnasii, & Bibliothecae Lincop. Praefectus. *Concionatorum* personas sustinebant: M. CLAVDIVS WIMMERMARK Praepos. & Past. in Wimmerby, in Textum Ephes. I, 4. 5. M. AXELIVS LINDBLOM, Past. in Odenswj, in Text. Io. X. 28. 29; ROBERT. KAIERT, Commin. ad Harg occid. in Text. Ez. XVIII. 26. Orationem habuit M. ANDR. NELANDER, Rector Scholae Eksiöensis. Notariorum Synodi munere fungebantur: M. IAC.

borem laudatissimus Archi-Episcopus ERIC. BENZELIVS, pro incomparabili suo in promovendis studiis juventutis Gymnasticae & Scholasticae zelo, illi injunxit.

26) Clariss. TIBVRTIVM Anno 1740. inter acutissimos dolores mortuum & a lupis dilaceratum ac devoratum fuisse, legitur *in Actis Historico Ecclesiast. Vinariensibus*, *P.* 21. *p.* 467. Sed vivit adhuc, & vt diutius vivat, mecum optant amici.

IAC. RVNBERG, V. D. M. & Collega Scholae Lincopensis, ac M. BENED. ROSWALL, Collega Scholae Wimmerbyensis. In omnibus enim Synodis ad nutum Episcopi constituuntur: vnus *Praeses*, vnus *Vice-Praeses*, tres *Respondentes*, tres ordinarii Opponentes, tres *Concionatores*, vnus *Orator* (e Rectoribus Scholarum Trivialium in Dioecesi) & *duo Notarii.*

§. XII.

Quia vero moris est, vt Episcopus oratione quadam semper aperiat Synodum, non possumus silentio praeterire, Reverendissimum Ostro-Gothorum Praesulem, D. ANDR. OL. RHYZELIVM, nunquam non honoris caussa nominandum, Senem, septuagesimum septimum aetatis annum jam egressum, oratione latina poëtica, verborum magnificentia ornata & perpolita, memoriter recitata initium Synodi fecisse, & verba, melle dulciora, tanta protulisse facundia, ac si ipsius CHRYSOSTOMI lingua & gestibus vteretur. Ardentissime opto summe venerabili RHYZELIO, Maecenati sancte & patris instar colendo, omnia & corpori & animo profutura, praecipue exoptatam valetudinem ad serissimam usque aetatem, & senectutem senectute carentem.

§. XIII.

§. XIII.

Sed propoſita brevitas imperat, vt de tabula jam manum amoveam. Satis ſit ſcriptum de *Diſputationibus in Synodis Lincopienſibus habitis & editis.* Sufficiant quoque, quae *de Synodo, hoc anno in Oſtrogothia celebrata*, narratione breviſſima delibare, & oculis benevoli Lectoris ſubjicere volui.

Dabam e Muſeo Tryſerumenſi A. MDCCLIV. d. 1. Novembr.



VI.

GEORGII IOACHIMI MARKII HISTORIA

Legis contra Janſenii ſcholam ab Innocentio X. rogatae.

Prooemium.

Propoſiti noſtri ſummam luculentius hoc loco expoſituri, de gratia diuina mortalibus tum ad quasuis ſalutares alias, tum ſigillatim ad mentis mutationem neceſſaria, at nihilo minus reſiſtentiae obnoxia, ſermonem nobis fore monemus. Neque tamen, ita diſſerere hac de re, animus eſt, vt omnem gratiae diuinae tractationem vel philoſophicam vel theologicam abſoluamus. Conſuli poſſunt eo fine ſyſtemata & compendia, quibus abundat orbis litteratus. Bene fortean comparatum eſſet cum ciuitate DEI, ſi omnes maiore cum feruore contenderemus, vt gratia in nobis ſit efficax, & paullo minore de loquendi modis, quibus gratiae operationes ſunt definiendae. Interim exploratum omnino mihi eſt, non minus iure ſuo male audire eos, qui rerum noua-

nouarum ſtudioſi accurationem philoſophicam & theologicam faſtidiunt, quam illud hominum genus, qui ipſi voculas ſuas mathematicis quaſi alligare putantes vinculis omnes alios iisdem devincire volunt catenis. Hiſtoria literaria, qua mirifice me delectari non inficior, ſaepe, vt ingenue loquar, mihi videtur eſſe hiſtoria fatuitatis humanae. Plura eius capita mihi reuocant in mentem illud IVSTI LIPSII: *DEI ſapientia & hominum ſtultitia gubernant mundum.* Philoſophos ob vocabula quædam acerbe altercantes & miſere ſe lacerantes! Dignum ſane homine ſpectaculum. At verſamur nunc in diſſidio coetum ſacrum turbante. Num licet hic fulmini Pontificio occlamare illud: Tantæne animis coeleſtibus irae? Sed manum de tabula. Sufficit de dulciſſima re, gratia divina, altercationes eſſe enatas acerbisſimas earum forte omnium, quae coetum romanum turbarunt. Sufficit noſſe, per fulmen Pontificium hanc litem non eſſe exſtinctam ſed inflammatam. Ne quis ſuſpicetur, me contra res veneratione dignas ſatagere eſſe iniurium. In Bullam INNOCENTII, cuius ante biennium fuit memoria ſaecularis, me digitum intendere, liquidum eſt. Hæc vero ita eſt comparata, vt aut de ea plane ſilere debuiſſem, aut nunc liceat demonſtrare, per iſtam ſanctionem

I com-

commiſſum eſſe primum verum & maxime funeſtum curiæ Romanæ in lite de gratia lapſum. Difficile eſt Satyram non ſcribere. Dicam non noua Polyhiſtoribus aeui noſtri, at nouo ordine digeſta, vt ceteris hominibus noſtris rei notatu dignisſimæ memoria refricetur. Neque antecedentem neque conſequentem hiſtoriam plenius tangam, quam dicta rei ratio poſtulat. Hoc ſolum igitur mihi datum eſſe puto, vt declarem,

I. Bullam INNOCENTII X. A. cIɔ Iɔ CLIII promulgatam in cauſſa de gratia reſiſtibili & connexis argumentis eſſe primum documentum impotentiæ romanæ; propterea quod Pontifex lites ab anteceſſoribus vel ſopitas vel ſepultas per præpoſteram deciſionem primus in vitam & in flammas reuocauit.

II. Hanc Bullam in cauſſa de gratia & adiunctis argumentis eſſe verum germanumque documentum Romae erroribus obnoxiæ, propterea quod Pontifex ob damnatas propoſitiones, quæ ambiguitate laborant; ob ſtabilitas, quæ cum aliis pontificiis conciliari nequeunt, in doctrina iam per ſe ſpinoſiſſima adeo turpiter ſe dedit, vt ſanando vulneri poſtea medela adferri non poſſet.

III. Hanc Bullam conſecutos eſſe eventus maxime funeſtos; propterea quod hoc ſemine iacto nata ſunt inter eruditos perpetua diſſidia, ſuſpiciones, inuidiæ & acerbiſ-

ſimæ

ſimæ de gratia altercationes; in ſtatibus, ſigillatim in Gallia tumultus & bella religionis vel cauſſa vel ſpecie geſta.

Quibus tribus capitibus omnis hæc oratio mea abſoluetur. Minimum ad hæc tria paucos adferam manipulos. Primus eſt, quem in præſenti exhibeo, *Pragmatico-Hiſtoricarum*; alter ſequetur *Critico-Dogmaticarum*; tertius recentioris *Hiſtoriæ litteratæ & politicæ Obſeruationum.* Quibus feſtinanti calamo excluſis facilem ſe præbeat & meliora addat beneuolus lector, vehementer cupio.

Capvt I.

Exponens, quæ Bullam temporis ordine antecedunt.

§. I.

De libro Janſenii.

Ordiamur ab ouo, vel ſi mavis, a pomo Eridos, quod omni bello Troiano anſam præbuit. Bullam fulminantem INNOCENTII, qui percipere volunt, nonne debent ante oculos defigere in corpus delicti, CORNELII IANSENII Auguſtinum? Eſt autem is prima vice editus An. cIↃ IↃ c xxxx. Curam emiſſionis habuerunt FROMONDVS & CALENVS, qui non ſolum ſtudioſe proſpexerunt, vt liber ſine dubitatione ſcholæ, quæ a Ieſu nomen habet, inui-

 dioſus

diosus sine obstaculo exiret, verum etiam synopsin vitæ Iansenianæ Auctori non parum gloriosam præmiserunt. His nempe amicis suis CORNELIVS moribundus librum, quem ex AVGVSTINI Hipponensis Operibus decies perlectis, sigillatim ex libro de gratia tricies perlecto excerpsisse professus est, reliquerat curandum publicique iuris faciendum. Protestatus autem simul est morti vicinus, tantum abesse, vt ab Ecclesia Catholica vel latum quidem recedat vnguem, vt potius iudicio eius subactiori subiiciat omnia.

§. II.

De aliis Janseniis.

Homo, a quo integra schola, vel si mavis, hæresis nomen traxit, mereri videtur, vt in eos etiam, quibus cum CORNELIO vel stirps eadem vel nomina fuerunt, paullo sollicitius inquiramus. Familiæ quidem Iansenitieæ enodata recensio nulla, quod sciam, exstat impressa. Interim constat, nostrum a doctissimo patruo IAC. IANSENIO multum profecisse. Fuerunt etiam quatuor fratres eruditi: NICOL. IANSENIVS dictus IANSSEN BOI, LEONHARDVS, CORNELIVS & DOMINICVS. Qui Zirickseæ in Seelandia nati, se vno eodemque tempore Dominica-

nos

nos fecerunt (*a*). Inter libros nobis raros ſuo iure recenſeri poteſt DOMINICI IANSENII *liber de ieiunio contra Lutheranos*. THOMAE AQVINATI NICOLAVS Panegyricum dixit Lovanii in octies plicata forma impreſſum. Pro DOMINICO tamquam pro aris & focis certarunt omnes. Cuius ſchola etiam omnino hominibus CORNELII Iprenſis nomen gerentibus videri poterat digniſſima. Decem in compendio recenſentur. Ianſenii in *Lexico uniuerſali b*). A quibus tamen differt eruditus IACOBVS IANSONIVS per O ſcriptus, non minus Louanienſis, neque minus ſcriptis clarus, cuius vitam concinnavit IO. MASIVS.

§. III.

Sigillatim de Cornelio Gandauenſi.

Sigillatim occurrit CORN. IANSENIVS Gandauenſis,non confundendus cum noſtro CORN. IANSENIO Iprenſi. Vterque operam nauauit in exegeſi ſacra. Ille in Prouerbia & in *Pſalmos*, hic noſter in V libros MOSIS ſcripſit *commentarios*. Gandauenſis concinnauit egregium commentarium in concordiam & totam hiſtoriam Euangelicam Louan. 1572 in Fol. Iprenſis quoque in IV

a) Vid. de his *Echardi Biblioth. Praedic.* T. II. p. 479. 493. 552. 607. Add. *Andreae Biblioth. Belg.* & *Suertii Athen. Belg.*

b) Vid. T. XIV. p. 207.

Evangelia commentarios conſcripſit. Louan. 1639. 4to. Ille BAIO quodam modo fuit collega. *Ad ſacrum Tridentinum concilium*, ita loquitur AVBERTVS MIRAEVS *c*), *quo omnes doctrinae & ſapientiae Antiſtites ex tota Europa conueniſſe ſcimus, a PHILIPPO II. rege cum MICH. BAIO & IO. HESSELIO miſſus, tam excellenti de ſe iudicio reſpondit.* Hic Iprenſis BAII ſententiam renouauit & ornauit. Magna vero annorum differentia. Gandauenſis diem ſuum obiit An. cIↃDLXXVI. Iprenſis nouem annis poſt illius obitum vidit lucem nempe A. cIↃIↃLXXXV.

§. IV.

c) In *Scriptor. Saec. XVI.* Elogia de eodem collegit *Pope Blount in Cenſ. Celebr. vir.* p 684 ſ. Quibus addi meretur ſententia, quam CHEMNITIVS de Commentariis eius pronunciauit. *In hoc genere*, inquit, *bonam & diligentem operam nauavit Corn. Ianſenius, in ordinem continuatae narrationis redactis & ſuo loco poſitis, quae Euangeliſtae non ſeruata vel temporum vel rerum geſtarum ſerie recenſent; expoſitis etiam rationibus ordinis, quae ex circumſtantiis vel manifeſtis vel probabilibus ſumtae ſunt.* Hactenus CHEMNITIVS. Rubrum libri laudati eſt hoc: *Commentariorum in ſuam concordiam partes tres.* Ignoro, an iam antea compendioſa concordia exſtiterit impreſſa. Interim de hoc, quod habemus, opere adhuc magis magnifice ſentit Anglus doctus ROB. TVRNERVS. Addi poteſt his iudiciis ad pleniora de viro diſcenda *Andreas Bibl. Belg. Genebrardi Chron. Sammarthan. Gall. Chriſt. T. II. Sander de Illuſtr Gandau.* Exhibet eius vitam cum effigie & epitaphio pro more ſuo *Freberus* in *Theatr. Vir. Erud. clar. P. I. Sect. III. p.* 240.

§. IV.

De vita Cornelii nostri.

At quid hæc ad nos? Num forte placet compilationem de CORNELIIS doctis adornare? Anne præstat Iprensis res gestas sine ambagibus expromere? Bona verba quæso. Equidem neque hoc neque illud faciam. Recurro ad nostrum, ab aliis distinctum, sed non vt vitam eius describam. Hoc esset cramben recoctam dare. Repetierunt illam iam satis viri eruditi *d*). Vixisse eum constat

I 4

d) Data opera eam scripsit LIB. FROMONDVS in citata præfat. *ad IANSENII Augustinum*; post eum MELCHIOR LEIDEKERVS *in libr. III. prioribus Histor. Iansen.* Vltraiect. 1695. 8. Cui quidem si ἐπιχειρήσεις acerbiores demseris, aliquid tribui potest. Contendunt docti cum narrationibus Leidekerianis illas, quæ continentur in diario, cui index: *Journal de St. Amour* 1662. Cuius Auctores ARNOLDVS & IS. LVD. LE MAITRE SACY, idem, cuius Biblia magno habentur pretio. Experientia sum ipse edoctus, primo quidem rara esse cara, sed tum quoque per nimios ingenii lusus in eliciendis sensibus spiritualibus positos grauia fieri frigida. Alioquin contra LEIDEKERVM lucem vidit liber: *Défense de l'Eglise Romaine & des souverains Pontifes par. M. Germain.* Addantur *Andreas Biblioth. Belg. Bailii Diction.* T. II. *pag.* 1529. & p. 1627. *in Art. Iansf. Act. Erud.* 1696. *Buddei Lexicon. Sagittar. in Introd. in H. E. p.* 988 f. *Weismanni Introd. in Memorab. Eccles. T.* II, p. 449. *Hartnaccii continuat. ad Micral.* H. E.

ſtat annos LIII. Vidit lucem cIↄ Iↄ LXXXV. prope Leerdanum in Batauia. Obiit diem ſupremum cIↄ Iↄ C XXXVIII. in Epiſcopatu ſuo. Ego tantummodo pauca eorum, quæ viuens peregit, notabo pro fine noſtro ſcitu neceſſaria.

§. V.

Notatu digna, quæ eum viuentem ſpectant. Odium Ieſuitarum.

Traxit originem a Parentibus Romano-Catholicis & puer inſtitutus eſt a patribus ſocietatis *e*). Poſtea vero peruenit in Academiam Louanienſem. Cui quum certamina quædam eſſent cum patribus dictis, odium contra

H. E. p. 1844. & cetera compendia Hiſt. ſacræ & libri fere innumeri. Omnes vero hauriant neceſſe eſt e laudato FROMONDO, CALENO & LVD. DE S. AMORE, additis paucis ex HENR. NORISII *vindiciis Auguſtinianis*. Elogia de eo exhibent *Ottius* in *Orat.* de *cauſſa Janſenitica* Tiguri 1653. edita, & *Apologia pro Janſenio contra Habertum ſcripta.* Circumſpectam & prudentem CORNELII vitam vehementer laudat citatus ANDREAS. Neque eam ipſi aduerſarii auſi ſunt atro notare carbone.

e) Et originem & inſtitutionem vitio vertunt ei aduerſarii. Ob hanc eum ingratæ improbæque arguunt mentis. Egregia ſane præceptio, ne quis a verbis magiſtri recedat. Illam, vt ipſi conflarent odium, a *Geuſiis* trahere voluerunt. MOSE BOVRGIVS & CORN. HAZARDVS, meliora poſtea iuridice edocti a nepotibus Ianſenii ob calumniæ temeritatem.

contra hos paullatim cepiſſe mihi videtur. Levia momenta ſæpius magnarum mutationum eſſe initia, quis eſt, qui non ex hiſtoria intelligat? Nonne heroica LVTHERI facta anteceſſerunt leuiores FRANCISCANOS inter & DOMINICANOS ob indulgentiarum adminiſtrationem diſſenſiones *f*)? Si vera ſunt, quæ de foedere Academiæ traduntur, vt laurea Theologica ornandi juramento ſe obſtringerent doctrinæ AVGVSTINI defendendæ A. cIↄ Iↄ c XXVII. facto, exiſtimare poteris, inuidiam contra Ieſuitas iam tum vehementer creuiſſe *g*). Tandem aperte, quod etiam nunc iuuenis facere coeperat, contemtui habuit ſcholarum nugas ſpinoſasque tricas. SVAREZIOS, FONSECAS, LESSIOS, at quantos viros! in ipſo tribunali metaphyſico, cui præſidebant, contemſit. Sed nonne ipſi ad ſubtilitates metaphyſicas recurrendum fuit? Magnam ſane notaſſe mihi videor. Invehitur in CALVINI ſcholam, propterea quod doceat, gratiam ita flectere, vt ei nunquam reſiſti poſſit. Ipſe

 ſcribit:

f) Notauit hoc poſt alios nuper defunctus L. B. de HOLBERG *in Hiſt. Eccl. Vniu.* Poteſt hæc in exemplum Hiſtoriæ partium ſtudio vacuæ meliori iure proponi, quam Arnoldiana. Præfat. eſt Philoſopho digna.

g) Tradit hæc *Noriſius l c.*, cum quo contendatur *Rich. Simon in Biblioth. Crit. T.* III. *c.* XVIII.

ſcribit: Gratiæ numquam reſiſtitur *b*). O ſcientiarum regina adſis nobis!

§. VI.

Fama ipſius.

Praeter hoc odium ſcholæ nihil in eius vita memorabilius eſſe videtur, quam eum in Hiſpania multum potuiſſe & apud ipſum Regem, in Gallia vero male audiiſſe. Neque hoc mirum. Ediderat *Martem Gallicum ſub nomine Alexandri Patricii Armachani.* Quo libro ad ſtabilienda iura Monarchiæ Hiſpanicæ nihil præclarius ſcriptum eſſe videbatur. Hunc ob laborem Epiſcopatum Iprenſem a Rege Hiſpaniarum nactus, in Gallia mali daemonis inſtar habitus eſt. In Francia regnant Ieſuitæ, vt mox amplius declarabimus. Quid ergo conuenientius eſſe vel fingi poterat, quam vt in Hiſpania illi offenſa Anti-Ieſuitæ caput extollerent.

§. VII.

Fata mortui.

Nunc fata mortui perſequamur. Dicitur verbo trito: *Suum cuique decus poſteritas rependit.* Sed hoc cum maxime valet de Poëtis, vti

b) Reformatis, qui dicuntur, omnino inimicum ſe præbuit. Hoc liquet inprimis ex ſcriptis contra VOETIVM. Plurimi eum id ſerio feciſſe cenſent.

vti docet literatisſimus VOLTAIRIVS *i*). Idque HOMERI, MILTONI, TASSI exemplis illuſtrat. Longe alia fuit conditio *Iprenſis*, qui in vita ſplendens hoſtibus formidini, mortuus leo canum latratui, ſi dicere fas eſt, expoſitus erat. Epitaphium eius eſt ablatum, *vt prorſus diſpereat IANSENII memoria k*). Sed e contrario Gallia viuenti inimica prohibere non potuit, quin librum eius ſuffragio plus quam XL Doctorum munitum recudi diſtrahique videret *l*). Tandem ei etiam accidit, quæ communis mortalium ſors eſt. *Laudamur ab his, culpamur ab illis.* Patro-

i) *Oeuvres de Mr. de Voltaire. T. I. Eſſai ſur les Epopées.* Liceat mihi iungere illi alium Poetam Gallum ita canentem:
Avant, qu'un peu de terre obtenu par priere,
Pour jamais ſous la tombe eut enfermé Moliere,
Mille de ces beaux traits, aujourdhui ſi vantès
Furent de ſots Eſprits à nos yeux rebutés.
L'ignorance & l'erreur à ſes naiſſantes pieces
En habits de Marquis, en robes de Comteſſes,
Venoient pour diffamer ſon chef d'oeuvre nouveau
Et ſecouoient la tête à l'endroit le plus beau.

k) *Vid. Leidekerus l. c. p.* 132 *ſ. Bailii Diction. T.* II. *p.* 1627. *L'hiſtoire generale du Janſeniſme* T. II. p. 1655.

l) Quæ MOLLERVS in MORHOFIO de Sorbona IANSENII amica negare videtur, ea omnino quoad maximam collegii partem recte adfirmata eſſe videntur. PETAVIVM autem minime cauſſam IANSENII egiſſe, contra Auctorem bene obſeruauit idem.

Patroni quidem vitæ & caussæ IANSENII fere principes fuerunt IO. VERGERIVS, Abbas Sancyranus, LIBERTVS FROMONDVS, HENRICVS CALENVS, ISAACVS LVDOVICVS LE MAITRE SACY dictus, ANTON. ARNOLDVS, PET. NICOLAVS, BLASIVS PASCALIVS & *Archiepiscopus Mechlinensis* IAC. A BOONEN. Contra eum vero pugnarunt DIONYS. PETAVIVS. FR. ANNATVS, IS. HABERTVS, ANT. RIGARDVS, BRISACERIVS & purpuratus BARBERINVS *m*).

§. VIII.

Liber curatius expenditur.

Præstat libros diiudicare ex ipsis, quam ex aliorum censura. Recurramus igitur ad nostrum.

m) Nemo tamen fortius eum defendit, *quam Antistes Mechlinensis in rationibus, quare a promulgatione Bullae abstineret.* CYRANVS, FROMONDVS, alii ob nimiam cum mortuo familiaritatem suspecti visi sunt. Illarum rationum compendium dedit præter WEISMANNVM, ARNOLDVS in *hist. inpart. P.* II. p. 578. Indicem librorum pro IANSENIO & contra eum dedit πολυγραφος *Labbeus, Bibliotheca Anti-Janseniana.* Impressa est Parisiis 1654. Index scriptorum pro eo habet hoc rubrum: *Bibliotheque Iansenifte ou Catalogue Alphabetique des principaux livres Jansenistes ou suspects de Iansenisme qui ont paru depuis la naissance de cette heresie.* Impressa est A. 1722 & 1735. Sed eam laborare defectibus historicis & criticis nemo facile inficias ibit. De amicis CORNELII strictim egit WEISMANNVS p. 452 f.

noſtrum. In tres partes eſt diſtinctus. Prima litem Pelagianam ſaeculo quinto natam exponit. Altera Hipponenſis doctrinam de humanæ naturæ ſtantis, lapſæ, puræ ſtatu & viribus proponit. Tertia eiusdem decreta de auxilio gratiae medicinalis Chriſti ſeruatoris & de prædeſtinatione hominum & angelorum explicat. Duabus potisſimum cautionibus ab omni procella ſecurus videtur eſſe. Prima his comprehenditur verbis: Non ego hic de noua aliqua ſententia reperienda diſputo, ſed de antiqua Auguſtini. Quæritur, non quid de DEI gratia & prædeſtinatione ſentiendum ſit, ſed quid AVGVSTINVS olim Eccleſiæ nomine & applauſu tradiderit *n*). Altera eſt in teſtamento, quod vix dimidia ante mortem hora in calamum dixit: Si Romana ſedes aliquid mutari velit, ſum obediens filius, & illius Eccleſiæ, in qua ſemper vixi, usque ad hunc lectum mortis obediens ſum. Quibus cautionibus ſagaciter cauiſſe videbatur, ne qua perſonæ illius inferretur iniuria, & liber, ſi vel maxime in indicem expurgandorum, non tamen in prohibitorum indicem romanum referretur.

Verum inanes hominum curas, qui, quæ vna in parte lenierant, in altera produnt! Primo quidem CORNELIVS operi ſuo ſuccinctum adiecit compendium, cuius index: *Erro-*

n) *Auguſtini Janſeniani Tom.* II. *lib. Prooem. Cap.* XXVIII. p. 65.

Erroris Massiliensium & opinionis quorumdam recentiorum παράλληλον & statera. Per recentiores quisnam quæso alius intelligeretur quam LVDOVICVS MOLINA, & qui cum eo sentiunt? Neque satis tecte hos *neglectæ fidei & salutis doctrinæ* passim arguit. Ergo impegerat contra Iesuitas. Tum in loco quodam differit, non omnia, quæ Haeretici doceant, esse hæretica, & si CALVINVS quibusdam in locis cum AVGVSTINO & patribus consentiat, non AVGVSTINO ob CALVINVM irascendum, sed huic illius caussa esse gratulandum *o*). Ergo ratione scholæ caluinianæ erat suspectus. Tandem Iesuitæ ex chartis eius eruere studuerunt, eum cum aliis Louaniensibus aegre tulisse damnationem MICH. BAII. a PIO V factam. Quin imo eum scripsisse contenderunt, Bullam PII arte Satanæ esse procreatam *p*). Ergo contra ipsam sedem romanam peccauerat. Quid multa? Ad rogum!

§. IX.

Iudicium de eo.

Ponderatis, quæ in medium allata sunt, momentis, facile in sententiam adduci poteris

o) Leguntur hæc in ipso libro *T.* III. *l.* 8. *cap.* 21. Notetur simul, eum non solum AVGVSTINVM, sed etiam PROSPERVM, FVLGENTIVM & LEONEM sectari. Postremi opera ea propter splendide edidit QVESNELLIVS.

p) Journal de St. Amour p. 110 s.

ris, antiſtitem noſtrum ex eorum fuiſſe numero, qui ipſi præiudicio auctoritatis male cupientes, libertatem ſentiendi amant, & nihilo ſecius, vt digna ſocietatis Chriſtianæ membra ſint, priuata ſenſa publicis confesſionibus religioſe conſecrant *q*). Poterit tamen alia ex parte tibi videri homo præiudicio auctoritatis patrum nimis deditus *r*), porro ob nimium ſcholarum odium a philoſophia rationali non ſatis inſtructus, ad bene digerendas propoſitiones ambiguas, tandem inuidioſe ſollicitus, vt de Ieſuitarum derogaret auctoritate. Vtcunque id eſt, homo fuit contra homines alios diſputans, opus neque

q) Hæc eſt via, qua procedunt homines politici. Illuſtrari hæc poſſent exemplis infinitis. Numero inter alia in documentis meis MS. ad illuminandam Hiſt. litter. & ſacr. collectis confesſionem comitis de HORN ad ſacra Romana reuertentis, quæ iſtum cogitandi modum non prodit ſed loquitur.

r) Hac labe infectos ſanabunt *Dallæus de exig. vſu patr. Thomaſius*, *Clericus*. Commodo hoc loco addo votum Lutheri Opp. T. I. Altenb. p 658. " Du wirſt aber ſagen: ſollen denn ſo viel Väter geirret haben? Ja ich bekenne, daſs ſie als Menſchen gar oft geirret haben. Ich verzeihe ihnen das aber, und hüte mich weislich dafür. Ihr aber als die unreinen Thiere ohne geſpaltene Klauen, ohne die Zunge die wiederkauet, freſſts alles in euch, da ſie chriſtlich geirret haben, da lehret ihr die andern Ketzeriſch. Den Irren nicht einen Ketzer macht, ſondern wo man Irrthum halſtarriglich vertheidigen und beſchützen will."

neque diuina, neque diabolica arte confectum, labor tamen ita adornatus, vt parti aureus parti niger videretur.

§. X.

De præcursore JANSENII BAIO.

Recurrendum nunc nobis est ad eum, qui viam IANSENIO monstrasse videtur, vt appareat, quo pretio tum temporis doctrina in libro decantatissimo proposita fuerit habita. Digitum intendo in MICH. BAIVM s). Qui quum sani nihil & integri esse in homine, æternisque Dei de nostra salute decretis conditionis adiectum esse nihil, ex mente AVGVSTINI disputaret, PELAGII autem opiniones aperte damnaret, graue Franciscanorum sibi conflauit odium atque etiam Iesuitarum. Virum hunc a PHILIPPO II. Hispaniarum rege, vna cum CORN. IANSENIO Gandauensi & IAC. VESSELIO ad Concilium Tridentinum ablegatum fuisse, memini me iam supra referre. Nunc autem idem homo fortis visus est suspectus & imbecillis. Louanium, vbi MICHAEL docebat, ad dirimendam caussam missus est BELLARMINVS. Quæ cum hic infeliciter tentasset, a PIO V. per Epistolam proscriptæ sunt propositiones septuaginta sex, nomine tamen Auctoris omisso, An. CIↃIↃLXVII.

Idem

s) Opera eius edidit *Gerberonius A.* 1688. *Coloniæ* eadem prodierunt 1696. 4.

Idem fecit de nouo GREGORIVS XIII. A. ƆCLXXX. Sententiae ipsi subscripsit BAIVS. Eoque pacto iam tum coetus sacer ab Augustiniana haeresi purgatus videri poterat *t*).

§. XI.

Quisnam fuerit finis motuum Baianorum.

Verum has bullas fuisse inanes & AVGVSTINVM mansisse saluum, mihi loquuntur omnia. Vti MICHAEL non nisi praecursor CORNELII fuit, ita hae dirae non nisi anteiuerunt fulmen ab INNOCENTIO etonandum. Primo quidem longe aliter sonant sanctiones, quas diximus, quam ea, quae sequitur. Gratiam non cogere hominem, bene subscribere potuit BAIVS. Porro definitiones nominatae non ad obligandam totam Ecclesiam sed ad meliora docendum solum BAIVM adornatae esse videntur. Hunc compescere voluerunt. Quod quum factum esset, totam litem satis oppressam imo sepultam esse rati sunt. Huc accedit, quod nunquam ab ecclesia recipi debuerunt *u*) Hoc satis patet ex eo, quod adeo LEONH. LESSII & HAMELII Iesuitarum apud Louanienses doctrinas a scitis AVGVSTINI recedentes

K

t) *Pet. Baile Diction. T. I. p.* 457. *Du Pin Bibliotheque des Auteurs Ecclesiast. T. XVI. p.* 144.

u) Vid. *Dissertation sur les Bulles contre Baius, ou l'on montre, qu'elles ne sont pas reçues par l'eglise. Vtrecht* 1737. 2 *Vol.*

tes publice confodere & damnare ausi sunt Theologi Louanienses pariter atque Duacenses. A. cIↃↃCLXXVII. & VIII. Quin imo, quum de concilio cogendo consilium iniissent Belgae, Legatus Pontificis A. LXXXVIII hoc bellum ita composuit, vt vtrique parti de his capitibus sentiendi libertas relinqueretur, disputandi tolleretur *x*). Hactenus igitur, nisi omnia me fallunt, hoc vnum sibi datum esse putauit curia romana, ne nimis delicata materia, nimis curiosis manibus tangeretur.

§. XII.

De caussa Molinae.

Sed prodiit LVDOVICVS MOLINA. Excudi fecit librum decantatissimum, cuius index: *Liberi arbitrii concordia cum gratiae donis, diuina praescientia, prouidentia, praedestinatione & reprobatione. A.* 1588. *Vlisippone in Folio.* Omnino dicto curiae Romanae fini repugnare videbatur hic Iesuita, quum ea, quae libere sentire poterat, contra AVGVSTINVM nimis libere disputaret. Vti in Gallia Iesuitae, sic in Hispania Anti-Iesuitae, & in his imprimis Dominicani S. THOMAE studiosissimi apud PHILIPPVM II, Regem multum

x) Comprobantur haec omnia commodissime ex *Clerico.* vid. *ses memoires pour servir à l'histoire des controverses dans l'eglise romaine sur la predestination & sur la grace dans la Biblioth. Vniuers. & Hist. T. XIV. p. 211 s.*

tum poterant. Clamare igitur non destiterunt, donec tandem CLEMENS VIII. *celebres congregationes de auxiliis s. gratiae* instituit An. ɔcxcviii. Praefecit coetui LVDOVIC. MADRVSIVM, aulae Romanae purpuratum & antistitem Tridentinum. Adiunxit Episcopos tres & Theologos septem variarum familiarum. Hi tandem anno Saeculi XVII. primo retulisse dicuntur in fauorem discipulorum THOMAE. Certum est, Pontificem ipsum anno insequente repetitae cognitioni praeesse coepisse, adiunctis praeter V. Episcopos & IX Theologos alios etiam XV purpuratis. Sed sententiam parare creditus an. saeculi quinto diem suum obiit. Succedens PAVLVS V. post nouas deliberationes demum ita pronuntiauit, vt vtriqve parti sentiendi libertas relinqueretur. Ita MOLINAE caussa acta est. *y*).

K 2 §. XIII.

y) Quae hic narraui generatim, ea dubitatione carent. Sed ceterum neque Iesuitarum neque Dominicanorum relationibus in omnibus fidem esse habendam arcte teneo. Vtraque est pars, altera in alteram incitata. Legas ex illa THEOD. ELEVTHERII h. e. LEVINI de MEIER *Historiam controuers. de diuinae gratiae auxiliis*, imprimis L. I. c. XVI. f. 49. Legas ex hac AVGVSTINI LE BLANC hoc est IACOBI HIACINTHI SERRII *historiam congregat. de div. grat. auxiliis*; (Vtraque ineunte saeculo impressa est in Folio) et subscribes iudicio summe Venerandi MOSHEMII. Ex his, inquit, scriptoribus demum veritatem rerum gestarum eliciet, cui diuinandi facultas data est. Acta

§. XIII.

Quis post eam actam status doctrinae fuerit.

Operae pretium nunc esse videtur, curatius inquirere, quo loco, statu & pretio nunc post hanc MOLINAE caussam publice actam habita sit doctrina controuersa de gratia & praedestinatione. Primo quidem obseruare mihi videor; per disquisitionem, de qua diximus, Iesuitas, qui cum MOLINA faciunt, non solum libertatem sentiendi retinuisse, vt antea, sed etiam enodate & expresse a crimine Heterodoxiae immunes haberi debuisse. Equidem non ignoro, Dominicanos non minus, quam Iesuitas CLEMENTIS & PAVLI auctoritate se tueri. Hoc tamen exploratum mihi est, eo ipso, quod vtrique parti libertas sentiendi relinquebatur, de doctrina MOLINAE, contra quam illi detulerant, satis beneuole esse decretum. Secundo haud improbabile mihi esse videtur, vtramque partem secretis monitionibus a Pontifice esse instructam, vt placita sua lenirent & mollius formarent, quo minus vel Pelagianae vel Caluinianae haereseos suspicionem incurrereret z).

Tertio

Acta enim cum Actis, testimonia cum testimoniis, narrationes cum narrationibus pugnant. Haec ille in *Inst. hist. Christ. recent* p. 136. Conf. interim *Natalis Alexand. ut & Clericus l. c.*

z) Per Epistolam CLAVD. AQVAVIVAE Anno MDCXIII. d. 14. Dec. perscriptam haec probari obseruauit laudatus *Moshemius l. c. p.* 491.

Tertio liquet, THOMAE ſtudioſos laborum fruſtra impenſorum memores publicas in hac cauſſa altercationes finiiſſe, ſimultates arcanas facile auxiſſe. Piſcatores icti ſapuerunt, ſed clanculum illis inſidias ſtruxerunt, vt mox audiemus. Quae omnia ſi maturius contenderimus, dicere fortean fas erit, iis temporibus, in quae incidit hiſtoria IANSENII, nondum Pelagianiſmum regnantem *a*) ſed ſpeciem quamdam Libertiniſmi finibus tamen definiti, in hac doctrina obtinuiſſe.

§. XIV.

Quatenus Libertinismus curiae rom. proſit.

Hic locus erit diſquirendi, num libertiniſmus, qui dicitur, curiae romanae proſit. *Vniuerſalis* non poteſt. Quomodo quæſo is conſiſteret cum ſenſis *Cleri*, qui vult, ipſorum ad arbitrium totus vt componatur orbis. De ſpeciali in doctrina de gratia ſermo eſt, neque tamen *totali* ſed *ſecundum quid*. Atque cur hoc non? Facilem ſe praebere poteſt ſummus Theologus in cauſſis. quae id, quod intereſſe religionum vocatur, non ſpectant. Idque non ſolum opus, verum etiam neceſſum eſt. Regis Hiſpaniarum auctoritas tanti erat habenda, vt Dominicani Ieſuitarum hoſtes non plane contemtim exciperentur. Inter illum & Galliarum Regem ſemper medio

a) *De Pelagianismo in Eccleſia romana triumphante* legi poteſt *peculiaris Diſp. Buddei.*

dio loco prudenter ſe tenuerunt Pontifices. Politicae rationes etiam in ſacris conſtituunt aequilibrium. Poſt RICHELIVM & MAZARINVM fundamenta iacientes tandem creuit regis Galliarum auctoritas & Ieſuitarum. Poſt Hiſpaniam Andegauienſi ceſſam vtraque ſummum in faſtigium eſt euecta. Nihilominus ratio ſtatus Pontificis vult, vt diuerſarum familiarum rationem habeat, vt omnibus omnia fiat, vt vbique obedientes habeat filios.

§. XV.
De vſu rationum politicarum.

Neque quis vitio mihi vertat, me idemtidem in quaeſtionibus, ſi placet, Theologicis, rationes politicas in medium proferre. Quid mirum eſt, Chriſti vicarium his aliquid dare, quibus in ipſo eligendo plus datur quam dignitati. Habeo exemplum clariſſimum in BARONIO, quo nemo fortius religionem Romanam vindicauit. Is quia pro Pontificia in Siciliam poteſtate tam maſcule contra Hiſpanos certauerat, ſolium Papale, quod poſt CLEMENTIS VIII. obitum ei quaſi deberi videbatur, occupare non potuit. Factione, ita narrat GRAMONDVS, Hiſpana excluditur a prima ſede, ad quam virtute & ſuffragiis vocabatur *b*).

§. XVI.

b) Conf. *NICIVS in Elogio Baronii, qui particularia curioſa adfert.*

§. XVI.

Digressio de ecclesiis reformatis,

Interim fieri non potest, vt in Ecclesia vel monarchica, vel, quod potius dixerim, Aristocratica tanta regnet sensa exprimendi libertas, quanta in Ecclesiis democraticis inuenitur, hoc est, in iis, in quibus populus *κληρον* constituit. Exemplo est coetus sacer, qui dicitur reformatus, in quo nemo ad subscribendum formulis patrum cogitur, sed Supralapsarii, Infralapsarii, Vniuersalistae, Arminiani fratrum instar inter se agunt *c*). Angli vix alia alunt bella, quam quæ contra communes religionis hostes, tum contra homines fanaticos, hoc est rationis expertes & arrogantiae plenos, denique ratione diuini Episcopalis dignitatis ortus geruntur *d*). In his omnibus vero Remonstrantes omnium minime impetrabunt, quin viam ad Paradisum nimis laxam reddere ducantur.

c) Vide *Moshemii Inst. hist. Christ. Rec. p.* 763 f. Libero populo religionem reformatam, principi absoluto Romanam magis conuenientem esse, inde conficere videtur ingeniosissimus auctor libri celebris, qui inscribitur: *Esprit des loix.*

d) De his multa ediscere licet ex *Bingham. origin. antiq.* ✓*. Benthemii statu Angl. Eccl. & Alberti Epistolis.*

§. XVII.

Bellum contra Ianſenii licentiam coeptum.

Sane omnino IANSENIVS probe intellexit, adeo laxa & libera ſcita Epiſcopum, qui ad *το αυτος εφα* multis modis obſtrictus eſt, valde dedecere. Interim, quam viuens prudenter ſeruauerat, nominis celebritatem mortuus amiſit. Et ipſe exemplo ſuo comprobauit, ſentiendi libertatem in coetu Romano arctioribus ſemper circumſcribi limitibus. Memini me ſupra referre & cautiones, quibus ſibi proſpexit, & ſyrtes, in quas incidit. Nunc igitur noſtrum erit, memorare, eos, quos in libro Pelagianiſmi & neglectae fidei arguerat, ad retundendam iniuriam odioſis *Godeſchalci* & *Praedeſtinatianorum* nominibus eſſe vſos. Conſarcinarunt *librum Theſium*, in quibus mortuum leonem appellarunt *impoſtorem Caluini ſpiritu repletum*. Neque ſolum mox illico ſatyris certare coeperunt, ſed etiam grauiora moliri *e*). Detulerunt nempe anno ſaeculi XLI in Belgio impreſſionem libri Internuncio Pontificio PAVLO STRAVIO. Vrſerunt leges Pontificias, per quas non ſine ſpeciali permiſſione hanc materiam ſcriptis pertractare liceret. Quarum legum

e) Legatur *Ottius in Indice librorum cauſ. Ianſen. adiecto* Quem ex manuali Catholicorum deprompſit & in libros pietatis & doctrinae diſtinxit. Primi in hoc negotio fuerunt PETR BIVERVS, IGNAT. DERKENNVS, IOH IVNGIVS. Haec belli initia perſequitur LVD. DE S. AMORE in Diar. c. IX. X. XI.

legum, vt sibi non indictarum notitiam ipsos fugere simularunt IANSENII amici. Internuncius publicationem Romae factam sufficere ratus, partem aggressorum & oraculis & relationibus suis tuitus est. Eoque pacto importuna IANSENII licentia mox haud in leue discrimen est adducta.

§. XVIII.

De prohibitione 1641. facta.

Falluntur in annis, qui cum ARNOLDO sibi persuadent, iam A. XLI ab Vrbano per Bullam V propositiones esse damnatas *f*). Hoc anno non nisi *decretum inquisitionis* datum est, quo Iesuitae nequaquam satiabantur. Lectio AVGVSTINI Ianseniani est prohibita, sed non CORNELII doctrina damnata. Neque magis Iesuitarum, qui Theses contrarias dederant, vt diximus, quam huius institutum probabatur. Non nouam legem rogare videbatur VRBANVS, sed priora Pauli V ceterorumque decreta renouare. Quibus nempe prohibitum erat, *ne quis tractatus in materia de auxiliis diuinae gratiae absque sedis Apostolicae licentia ederetur.* Dixit igitur, vi tantummodo illorum: *Augustinum cum graui scandulo esse editum.* Sed vt ingenue fatear, haec sanctio plane in nihilum recidere mihi videtur. Nam delatores prouocarunt, caussae delationis non fieri satis, nisi doctrina IANSENII etiam specialius fuerit

 damna-

f) *Zu dem Ende, inquit, suchte man aus dem gedachten Buche 5 Hauptsätze zusammen, welche von Pabst Vrbano VIII. A* 1641. *in seiner Bulle verdammet wurden. l. c. p.* 577.

damnata. Defensores Belgae quoque multa habebant obiectanda. PII & GREGORII sanctiones, in Caussa Baiana ad priuatum BAIVM compescendum decretae, non erant leges publicae, quae *tertium* stringerent. CLEMENS non dixerat in Congregationibus nisi verba. PAVLVS denique decreuerat, sed Anti-Iesuitas, qui non accusati erant, damnare non potuerat. Ergo eodem iure, quo MOLINA a culpa immunis declarari poterat, eodem etiam IANSENIVM maculae expertem pronuntiandum esse sibi persuaserunt.

§. XVIIII.

De damnatione doctrinae Iansen. 1642 *facta.*

Falluntur etiam quodammodo in annis, qui cum HEIDEGGERO statuunt, primam VRBANI Bullam prid. Non. Mart. MDCXLI. datam, quum Belgae publicationem renuissent, nisi Hispaniarum regis auctoritas accesserit, ab VRBANO A. MDCXLIV. esse repetitam (hic non addit diem) eoque denique pacto contradicentibus silentium esse impositum g). Vt taceam leuiorem errorem, primum decretum prid. Non. esse datum, quod ipsis Kl. Augusti factum esse oculi nos docent, (at secundum Pr. Non. Mart. anni XLII) tria obseruare liceat. 1) Insequens Bulla non nudam prioris decreti repetitionem continet. 2) Haec iam anno saeculi XLII. data est. 3) Post eam contradicentes nondum obmutuerunt. Nam Romae delectos esse homines Iesuitis fauentes, qui IANSENII doctrinam Pontificis nomine

g) *In Hist. Papal. p.* 578. 579.

mine publice reprobarunt, an. XLII., damnatam partem autem ex verbis BARBERINI eam Bullam tantummodo legis prouisionalis loco habuisse, discere possumus ex GERBERONIO & ex ipso LVD. de SANCTO AMORE *b*). Ex iisdem etiam discimus, ipsos ordines Brabantiae se Bullæ opposuisse, Bullae defectus, priuilegia sua & ipsum Regem praetexentes. Obiter notetur humanae mentis conditio. Belgae regium iugum abhorrentes, in fauorabilibus regium quaerunt asylum. Saepe pro gloria principum pugnare videntur, qui re vera eorum nomina augusta suis sententiis seruire volunt. De legatione IO. SINNICHII & CORN. de PAPE legimus apud Auctores laudatos. Inter alia mihi arrisit lepida & fere aulica responsio legatorum, se venerari sedem, sed non adeo stupidos esse, vt nesciant distinguere inter sedem Apostolicam & eius ministros. Omnis enim culpa ALBIZIO purpurato, qui decreti auctor erat, & verba ipsi Pontifici improbata inseruisse fertur, imponebatur. Per amicos tandem obtinuit legatio, vt incusatis concederetur remedium contra eos, qui occasione dictae Bullae AVGVSTINI ipsius auctoritatem in contemtum adducebant. Certum quidem est, Legationi a morte VRBANI, Pontificis, qui obierat anno sæculi XLIV. traditum esse decretum, quod tenet *porrectum fuisse a legatis supplicem libellum pro dictae bullae veri-*

tate

b) *Iournal de St. Amour pag.* 161. *Hist. Gren. Ians. II.* Tomis comprehensa, in specie T. I. p. 78. Cum his tamen Ianſenii partes tenentibus contendi potest *Abbas du Mas.*

tate & intentione suae sanctitatis circa illam indagando, at vt huic petitioni satisfieret, Pontificem mandasse, vt eius exemplum illis traderetur, exacte cum Autographo collatum, ac simul significaretur, eam suae sanctitati mentem esse, vt praecise Bulla obseruaretur, disputationibus, difficultatibus querelis hac occasione exortis vel exorituris perpetuum silentium imponendo. Sed primo quae ab obitu Pontificis legationi tradebantur, non videntur Bullae Pragmaticae locum obtinere posse. Secundo nihil speciale, quoad concessum remedium AVGVSTINI, Hipponensis salui habendi erat expressum. Tertio nouus nascebatur Pontifex, et, vt homines sumus, a rebus nouis feliciores mutationes nobis pollicemur. Quæ omnia quum ita sint, amici IANSENII summum quidem in periculum adducti, nondum tamen plane caussa cecidisse videbantur.

§. XX.

De rebus gestis in annis bullam Vrban. & Innocent. intercedentibus.

Falluntur tandem, nisi ipse fallor, in annis, qui cum SAGITTARIO, cetera satis accurate praecipiente, iam ab VRBANO VIII. V propositiones celebres esse damnatas docent. Liquet ex iis, quæ modo dixi, VRBANVM, si decretum inquisitionis eius nomine A. XLI. factum, & decretum ad legationem ab obitu Pontificis A. XLIV datum demseris, non nisi vnam Bullam promulgasse IANSENIO grauem, anno nempe XLII. Vt ingenue fatear omnia, neque *Bullarium Romanum* neque CAR. du PLESSIS D'ARGENTRE

Col-

Collectionem iudiciorum de nouis erroribus in ſupellectile noſtra libraria numeramus. INNOCENTIANAM Bullam, quæ ſequitur, depromo ex DELAMARII inſigni opere Politico *i*) vbi Urbaniana nequicquam quaeritur. Libros nominatos fruſtra in vicinis Bibliothecis Viſimarienſi & Lubecenſi ſum percontatus. Omnia autem, quæ annis inter Bullas Vrbanianam & Innocentianam intercedentibus geſta ſunt, errorem ſententiæ, in quem ipſe pæne incidiſſem incautus, fortiſſime mihi loquuntur. Ad quæ ſtrictim narranda me nunc ordo vocat.

Exſtat I.) formula, quam INNOCENTIVS ſub auſpiciis Pontificatus ſui ABBATI S. *Anaſtaſiae* reddi iuſſit, per quam Candidati beneficiorum Ianſenii Auguſtinum eiurare debebant, in qua mentio fit *Bullae Vrbanianae* ſed non V. propoſitionum.

II. Exſtant nomine *planctus veritatis Auguſtinianae in Belgio patientis* ſcriptae litterae ad Pontificem ob formulae praeſcriptae iniuriam. In his nempe adhuc ſemper vrſerunt ſemel conceſſum remedium contra contemtores AVGVSTINI *Hipponenſis*. Quos planctus paullo poſt ſecuta eſt publica multorum Antiſtitum declaratio, Bullam promulgari non poſſe, propterea quod damnato IANSENIO ipſe AVGVSTINVS damnetur. Quo facto tandem Ieſuitae permoti V propoſitiones ex Ianſenio extraxerunt, vt ingenioſe oſtenderent, AVGVSTINVM *Iprenſem* & AVGVSTINVM *Hipponenſem* longo diſtare inter-

i) *Traité de la Police p. M. de la Mare IV Tom. en Folio.*

interuallo. Teſtis eſt LVD. de S. AMORE, addens, Innocentium paſſum eſſe, hæc a XIII Theologis (SFORTIA PALLAVICINVS primatum tenuit) examinari, quorum ſuffragia legere noluerit Pontifex dicens: *Io non ſono Theologo.* Auctori partium ſtudio non vacuo, quamuis non in omnibus fidem habeam, hoc tamen ex eo liquet, neque ab VRBANO neque ab INNOCENTIO ante A. LIII. remedium de Hipponenſis auctoritate amputatum, nedum propoſitiones ipſas damnatas eſſe.

III) Exſtat fortiſſima declaratio Antiſtitis Mechlinenſis, quare a promulgatione Bullae abſtineat. Queritur hic fortiter, ſed non niſi contra generalem proſcriptionem, quam addit factam eſſe, propterea quod per decretum PAVLLI V. de auxiliis gratiae diuinae libros publici iuris facere interdictum ſit. *k*)

IV) Exſtat recenſio ſatis plena, de motibus Ieſuitarum contra Auguſtinianos in RACINII *Patris Hiſtoria Portus Regii.* *l*) CORNETVM *Facultatis Pariſienſis* Syndicum ipſi tradidiſſe V propoſitiones A. XLIX. memorat. Hoc loco notentur ſequentia: 1) CORNETI artificium V propoſitiones ambiguas extrahendi deſcribitur, vt nouum quoddam artificium. 2) Hic ipſe nondum auſus eſt eas ſimpliciter appellare Ianſenianas. 3) Quum facultas de propoſitionibus doloſe conſarcinatis decernere nollet, dederunt An.

k) Legatur eius ſat ampla recenſio apud laudatum *Sagittar. in Introd. in Hiſt. Eccl. p.* 1006.

l) *Oeuvres de Racine le fils* T. II. p. 318ſ.

An. cIↃIↃcL Epiſtolam HABERTI *Epiſcopi Vabrenſis* manu exaratam ad Pontificem, vt Romae de iis decerneretur. 4) Gratiae efficacis defenſores ablegarunt Romam Theologos, qui fulmen auerterent, & adiunctis litteris queſti ſunt hi Eccleſiae proceres, audere homines adducere Pontificem, vt de propoſitionibus ad ludendum effictis legem rogaret. Vrſerunt hi:

a) Diuerſos ſenſus, qui eſſent diſcernendi.

b) *Formam iudiciorum Eccleſiaſticorum*, iuxta quam & audiatur altera pars.

1) Ius Epiſcopis regni conueniens, has quæſtiones ante excutiendi. Quæ omnia, quomodo eſſe vel dici potuerunt, ſi iuxta adſertionem paene communem VRBANVS iam ſanxit, V celebres propoſitiones exſtare in libro IANSENII easque in omni ſenſu eſſe damnandas? Corroborantur denique, quae diſputaui, ipſis INNOCENTII verbis: " *Complures Galliarum Epiſcopi apud nos inſtituerunt vt easdem propoſitiones nobis oblatas expenderemus* " Mox ipſum audiemus plenius. Hæc autem ſufficiant ad declarandum, quænam negotii fuerit facies a Bulla VRBANI vsque ad Bullam INNOCENTII.

§. XXI.

De Gallia maximam huius litis partem habente.

Sed antequam ad hanc nos conferimus, operae pretium eſt, intelligere ſpecialius, quamnam eo tempore Gallia habuerit partem in his litibus. Dubitatione caret, RICHELIVM, quae eius erat ad vindictam procliuitas, Ianſenio ob *Martem Gallicum* male cupiiſſe, ambabusque,

quod

quod aiunt, manibus arripuisse occasionem factioni Hispanicae insultandi *m*). *Abbatem Sancyranum* IANSENII familiarem & in opere adiutorem singulari odio ab illo esse habitum non minus liquidum est. *n*) Sed RICHELIVS, quum ipso *Bullae Vrbanianae* anno mortalitatis leges impleret, hanc caussam reliquit, vti ceteras a se violenter institutas, successori MAZARINO callide perficiendas *o*). Notum est ex innumeris paene historiaeGallicae scriptoribus, prudentissimum hunc hominem reipublicae, cui administrandae iam ante obitum LVDOVICI XIIII. admotus erat, Regina decimi quarti tutelam gerente, in omnibus praefuisse, & postquam A. LI. securitatis suae ergo extra regnum aufugerat, anno insequente a Rege ipso, clauum imperii capessente, summo cum honore esse reuocatum. Numquam tamen violentius & paene RICHELIANO more egit, quam A. clↄlↄcL. Eodem etiam anno caussa Ianseniana violentissime tractata est a Clero, vt crederes, Cardinalis regno praefecti exemplum imitari vel voluisse vel debuisse omnes. Ad eam nempe, quam dixi, epistolam HABERTI, quae iuxta CORNETI Consili-

m) *Vie du Cardinal de Richelieu p. Ms Clerc. Baile Diction. T. II. p.* 1626. *Histoire Generale du Iansenisme. P. I p.* 63 *s. Hist abregée du Iansenisme p.* 19.

n) *Racine histoire de Port-Roial ex edit cit. p.* 290 *seqq. Lancelot Memoires touchant la Vie de Ms S. Cyran.*

o) *Histoire du Ministere de Mazarin. conf. Siri & Wiquefort.*

p) *Hist. du Minist. de Mazarin.* Cf. *Limiers Histoire de Louis XIV. P. II.*

silium V expressas propositiones continebat, probandam non via ordinaria conuocatum esse Clerum, sed viritim elicita huius illiusque suffragia permotorum per Iesuitarum auctoritatem aulae amicitia suffultam, satis probant auctores laudati. (q) Interim hoc certum est, Galliam quinque propositionum, quae in illa tot excitarunt tumultus cladesque, veram esse patriam.

§. XXII.

Examen V. propositionum Romae factum.

Migrarunt tandem ex patria propositiones pariter atque vtriusque partis Gallicae legationes Romam examini subiiciendae. Pro IANSENII caussa fuerunt LVD. DE S. AMORE, NATAL. de LALANE, NICOL. MENASSERIVS, TVSSANVS MARESIVS, NICOL. AMGRAMIVS. Hi produxerunt & documenta antistitum dissentientium, & rationes dissensus. Ex illorum numero erat CAR. DV MONTCHAL, *Archiepiscopus Tholosanus*, qui scripserat, suffragia per procerum gratiam vel potestatem esse expressa, ne dato quidem otio ad tam graues quaestiones limatius expendendas. Contra hanc caussam egerunt HALLIERIVS, LAGAVTIVS, IOISELIVS. Iudices fuerunt purpurati SPADA, GHINETTI, ROMA, CECHINI, CHIGI & ALBIZIVS. De congregationum segnitie queritur partis accusatae princeps LVD. DE S. AMORE. Neque putabat, caussam diremtum iri, antequam

L pu-

(q) *Hist. Gen. du Iansen. ad A.* 1650. *Iournal de St. Amour ad eumdem.*

publicis partium collocutionibus excuteretur. Fertur quidem Pontifex dixiſſe, ſe non aliis ſubſidiis indigere, quam inſpiratione ſpiritus ſancti, quam ad imaginem crucifixi peteret. Vera tamen ratio cauſſae haud properantius actae videtur eſſe metus difficultatum, quae cum *congregationibus de auxiliis gratiae* CLEMENTE VIII. & PAVLO V. habitis coniunctae fuerunt. Interim videbatur Pontifex in ſimilem quamdam ſententiam pronunciandam inclinare. Vnus etiam iudicum SPADA fluctuationes ſedis Apoſtolicae prodiderat, dicens, ſi Ianſeniſtis credere velit, eorum aduerſarios non niſi beſtias fore, ſi vero hos audiat, illos non niſi Daemones eſſe (*r*). Quae omnia, quum ita eſſent, Pontifex videbatur vel limitibus definitam quamdam libertatem cum AVGVSTINO ſentiendi ſtabilire, vel antea per explicationes vtrinque faciendas, num propoſitiones in alio nexu & ſenſu ab Iprenſi quam ab Hipponenſi tradantur & quomodo & quare hic analogiae fidei repugnet, curatius indagare debuiſſe.

§. XXIII.

De Innocentio X. Pontifice.

Sed perperam ita philoſophari homines bonos, re ipſa docuit INNOCENTIVS A. MDCLIII. fulmen vibrans. Quum de libro, quem feriit, abunde ſatis egerimus, nunc oculos intendamus in eum, a quo profectum eſt. Nomen eius erat IO. BAPT. PAMPHILI. Poſt alias leuiores procurationes a GREGORIO XV. Neapolim miſſus eſt.

Anno

(*r*) Confirmantur haec omnia, quae de examine propoſitionum dixi, per *Diarium LVD. A S. AMORE ad A.* 1651-52.

Anno saeculi XXV. VRBANVS nepoti suo, FRANC. BARBERINI in Galliam & Hispaniam misso hunc adiunxit. Quo mortuo, inuita aula Gallica A. MDCXLIV. d. 15 Sept. Pontifex electus est. Postquam solium adscenderat, BARBERINOS, qui ei maximam opem tulerant, vrbe deiecit. Clauum vero rei capessebat affinis DONNA OLYMPIA, ob quam male audiit. MAZARINVS BARBERINOS tuitus est, ipse nempe INNOCENTIO priuatim infensus. Tandem ob BARBERINOS nimis dure tractatos aliasque caussas Rex An. saeculi XLVII. bellum ei intulit. Anno insequente contra pacem Westphalicam saeuiit. Primo quidem CHIGIVS nuncius contra consilia de bonis Ecclesiasticis relinquendis solemnissime protestatus est. Idem chartas, quae sic dictam conscientiae libertatem in *Tractatibus Osnabrugensibus* sancitam spectabant, discerpsit. Tandem ipse per Bullam tentauit conclusam pacem reddere omnino nullam. Ceterum caussa Ianseniana est notatu dignissima earum, quæ sub istius Pontificatu peractae sunt. Diem suum obiit A. MDCLV. (*s*)

(*s*) Vita eius hauriri potest ex libris plurimis, *Bonani Histor. Pontificum ; Ludolphi Theatro ;* item ex libro Italice scripto : *Vita di Donna Olympia*, collato *Diario Lud. de S. Amore.* Paucis eam tangit *Lex. Vniuers. T XIV. p.* 721-722. Habent eamdem cetera *Lexica* nota. Vt ne Pontificem in rebus politicis rudem esse existimes, legas *Memoires d' Amelot* T. I. p 262. & 63. conf. *Memoires de Monglat.* Quoad ea, quae contra pacem Westphalicam egit, adeamus *Pfannerum in hist. pacis Westph.* sed Authentica cupientes *ipsa Meieri Acta Pacis Westph.* Addi adhuc potest *Heidegger Hist. Pap.* p. 392. s. *Lud. Montaltius in Epist. Provinc.* p. 510.

§. XXIV. *Iudicium de eo.*

Negare non possum, paucos de eius vita testes mihi omni exceptione maiores videri. Collatis, quas nominaui, aliisque relationibus, eum fuisse imbecillem puto, sed non adeo tetrum, qualem multi eum depingunt. Impetrare a me non possum, vt Pontificem ob incredibile quoddam studium, quo gloriam solii Pontificalis atque totius Cleri & confirmare & euehere annisus sit, in coelum extollam. Nam sane quoad eruditionem pietatemque nullo modo cum Bullae *Vnigenitus* auctore CLEMENTE comparari potest, quo maiorem non vidit saeculum nostrum nisi BENEDICTVM XIV. Quis est, qui non facile subscribat consiliis de sua gloria sub specie zeli sacri prouehenda? Num talia nimias mereantur laudes, iudicet prudens quisque. Neque tamen altera ex parte decernere audeo, ob illatas Protestantibus & Iansenianis, si vis, iniurias, nos iuste & licite odio nimium dare posse. *t*) De caussa *Barberiniana* Pontificem neque excusemus neque damnemus. Acta arcana, e quibus stabile iudicium ferre liceret, oculos nostros fugiunt. Fecit hic, quod plerumque homines noui, acciderunt illis; quae plerumque Politicis veteranis. Quod ad Olympiam affinem suam attinet, pessime quidem audit ob consuetudinem cum ea habitam. Sed vt ingenue fatear, si vel maxime iis omnibus fidem habuerim, quæ GVALDVS *u*) tradidit, quae tamen saepius Italorum indolem (sunt enim, vt ipsi sagaciores profitentur, a natura *molto tristi*, procliues ad melancholiam taedii & suspicionis plenam,) sapere videntur; ea tamen non inde eli-

& passim vehementem INNOCENTII Epistolam contra pacem præter laudatum Opus illustre etiam exhibet *Hoornbekius* qui eam commentario instruxit.

t) Non nominabo cum *Sixto Guardino Ferrariensi Innocentium Magnum, Oraculum saeculi, miraculum totius mundi, mortalium Portentum, coram Deo, coram mundo Innocentem* (refert *Banckius in Rom triumph.* p. 298) Neque tamen repetam inscriptiones Pasquineas Morpheasque, Papam conscendisse *Olympum & Olympam, Phlegetontis forte aquis rigatum, libidinis alienae mancipium.*

u) *De vita & rebus gestis Donnae Olympiae Maldachinae.*

elicere possumus, quae elici debebant. Incerti amores tantum abest vt sint sat firmis comprobati argumentis, vt potius neque a sene intenti, neque foeminae, quæ annos voluptatis pæne excedebat, certe omnia gloriae tribuebat, conuenire videantur. Dabo tibi, eam plus, quam par erat, apud summum Theologum theologiae parum gnarum potuisse. Dabis tu mihi, illam sagacitate & perspicacitate mirifice excelluisse. Ipsa illa, quae ad odium ei conflandum proferuntur, produnt ingenium minime vulgare. Fecit per artificia sua, vt PAMPHILIVS, tot riualibus repugnantibus, praeter omnium exspectationem ad fastigium Pontificale eueheretur. Sub eius Pontificatu non solum, quod plurimi tanta dignitate fulgentes fecerant, agnatis suis probe prospexit, sed etiam, quum sibi liceret, pro arbitrio munera dignitatesque distribuere, plurimos sibi fecit amicos. Ingrauescente senecta & attrita valetudine INNOCENTII, rerum summam adhuc fortius licentiusque ad se traxit. Quin imo eam cum viris certare potuisse in republica administranda & in caussis cum legatis agendis, multo sane illa femina superiorem, quam audiuit CARISTIERANVS, ex omnibus liquet. Si quis apologiam pro MALDACHINA scribere vellet, eam forte compararet cum religiosa & prudente MAINTENONIA, quae LVDOVICO seni non tam a thoro, quam a consiliis intimis esse videbatur x). Ego hoc minime mihi tribuo, vt vitia, quae sane multa habuit, defendam. Hoc tantum mihi volo, INNOCENTIVM non comparandum cum dissoluto ALEXANDRO VI. vel bellicoso IVLIO II. vel furioso HILDEBRANDO, sed numerandum esse in ceteris hominibus, qui sat impotentes & imbecilles sunt, vt magis per alios, quam per suos videant oculos.

§. XXV.

Quam partem ipse habuerit in bulla promulgata.

Ex hoc charactere, quem secundum solam veritatem odii expers adumbrare studii, illustrari potest conditio Bullae, quae Innocentio tribuitur. Bene nempe cum illo quadrant, quae LVD. de St. AMORE passim profert, AL-

 BIZI-

x) *Memoir. de Mad. de Maintenon.*

BIZIVM potius, quam INNOCENTIVM eius fuisse auctorem, hunc ore suo saepe AVGVSTINI partes laudasse, quin imo CHISIVM protestatum esse, sanctioni inserendas esse per voluntatem Pontificis laudes AVGVSTINI. Quocunque demum modo ista omisfio contigerit, quid aliud quam coeca subscriptio exspectari potuit a Pontifice? qui tantum abest, vt suffragia & consultationes ponderet, vt potius dicat: *Non e la mia Profesfione, oltra che son vecchio, non ho mai studiato in Theologia.* Caue igitur existimes, omnia quae sub Pontificis nomine exeunt, esse ipsa istius facta. Agitur in curia romana non secus ac in aliis, vt diplomata non principum, sed illorum, per quos se regi patiuntur, mentem respirent. Quis est historiae tam ignarus, ex violentissimis sub rege Galliarum LVDOVICI XIII factis, non regis, qui sane infirmus erat, sed RICHELII animum cognosci, vt nesciat? *y*) Sunt homines pauci, qui ipsi cogitare audent. Plurimi alios quasi in animam suam cogitare malunt. Vter horum solio papali plerumque conuenientior sit, quæstio altioris indaginis est. Hoc mihi est exploratum, praeiudiciis laborare, qui Pontificem vera Monarchia sacra gaudere putant. Quantacunque sint, quae verbis & scriptis auctoritati istius tribuuntur, reipsa refelluntur. Nimiis limitibus est circumsæpta. Pendet ipse quodammodo a diuersitate familiarum, a regibus, quorum nominationes multum possunt, a congregationibus, ab infinitarum rerum circumstantium positu. Ita ex Bulla INNOCENTII, non quae ipse senserit & decreuerit, sed quae tandem in Clero Romano praedominans facta fuerit sententia, discere licet. Nos non possumus, quin eius nomine roboratam legem vocemus Innocentianam. Iesuitae autem in curia Gallica & Romana suis suffragiis cedi perspicientes, sibi occlament:

Ita regnamus (*)

y) *Le Vassor histoire le Lovis XIII. Memoires pour servir a l'hist. du Card. de Richelieu. Vie du meme par Mr. le Clerc.*

(*) Alterum caput, quod ipsam bullam cum obseruationibus exhibebit, septimo destinamus volumini. S.

VII.

VII.

INDEX DISPVTATIONVM
theologicarum, philologicarum, philosophicarum & historicarum, in tribus Sueciae academiis habitarum,
quae in ephemeridibus literariis, Holmiae anno 1754. sex mensibus prioribus editis, recensentur.

Vpsaliae:

De *notitia Dei insita*, Praes. NIC. WALLERIO, Th. Doct. & Prof. resp. O. NORDSTROEM 1753.

De sapientia diuina, eodem praeside, & resp. IS. BIBERG. 1753.

De peccatis contra conscientiam, praes. M. P. N. CHRISTIERNIN, & resp NIC. RABENIO. 1753. d 16 Mai.

Sordidatus sub reatu Romanus, praes. EKERMANNO P. P. & resp. SAM. ECKMANN 1753.

De absurditatibus Zinzendorfianorum, siue Herrnhuthanonorum philosophicis, sub praesid. NIC. WALLERII, resp. TH. P. THEMTANDRO 1753. mense Oct.

De licentia graecissandi latinorum poetarum, praes. M. IO. FLODERO & resp. ANDR. RYDEN 1753. mense Nou.

Specimen Glossarii Vlphilani tertium. praes. IHRE, P. P. & resp. OL. GRANLVND. 1753. mense Nou.

De moralitate ludorum, praes. DAHLMANNO, P. P. & resp. I G TERSER. 1753.

De secta Herrnhuthiana, errorum, circa principium cognosc. Theologiae, merito suspecta, praes. HALENIO, Doct. & Episc. resp. PET OL SVND. 1753. mense Nou.

De discrimine inter officia absoluta & hypothetica, praes. DAHLMANNO, P. P & L EKELVND. 1753.

De patridomania eruditorum, praes. EKERMANNO, P. P. resp. ION. ER SVNDSTROEM 1753.

De diebus Romanor. atris & fatalibus, praes. eodem, resp. A. A. NENSEN. 1753.

De fatis poeseos apud Romanos. praes. LARS HYDREN, Th. D. & Prof. resp. P. TEXTRIN. 1753.

Vettustus Catalogus regum Suio-Gothicorum, *notis criticis illustratus*, praes. IHRE P. P. & resp. S A. PIPER. 1753.
De vsu Psychologiae in Theologia, praes. M. IO. SCHEDVIN, resp. A. SVEDELO 1754. d. 15 Mai.

Londini Scaniae.

De antiquissimis Christianorum ieiuniis, praes. SUEN BRING, Hist. Prof. resp. A. GVSTAFSSOHN. 1753. d. 19. Nou.
De iure naturali paradisiaco, praes. IOH. NELANDRO, P. P. resp. IO. ANGELIN 1753. d. 1 Dec.
De חמנים *cum Molecho, Kiun & Remphan collatis*, Am. V. 16. Act. VII. 43. præs. SUEN MVNTHE, resp. L. LAUREEN. 1753. d. 4. Aug.
De religione vet. Christianorum circa funera, praes. SVEN BRING, & resp. MAGNO KOCK, 1754. d. 13. Mart.
De rei rusticae in academiis tractandae ratione, praes. M. ER GVST. LIDBECK, horti botan. praef. & resp. CAR. NYREN 1754. d. 20 Mart.
De meteoris vaporeis, praes. CAR. FRID. BROOME, Phil. Mag. resp. OLAO ARSENIO. 1754. d. 11. Ian.

Aboae:

De nexu scientiarum philosophicarum, praes. C. F. MENNANDRO, Philos. Prof & CAR. STALPE. 1753. d. 19 Iun.
De necessitate reuelationis, eod. praeside & resp. G. FORSMANN. 1753. d. 12 Mai.
De ignorantia atque errore non excusante, praes. A. SCARIN Phil. Prof. & Biblioth. resp. H. CHYTRAEO. 1753.
De natura & constitutione Philosophiae practicae, praes. HENR. HASSEL, Eloq. Prof. & GABR. KROGIO. 1753.
De peccato philosophico, praes. CAR. MESTERTON, Phil. P. O. & resp. HENR. LINDSTEEN 1753.
De Theologia Ciceronis, praes. eod. & resp. IO. HAGERSTEIN, 1753.
De Materialismo, sub eiusd. praesidio, resp. GABR. NYLANDRO. 1753.
De discalceatione in loco sacro, sub praes. CAR. ABR. CLEWBERG, Gr. & OO. LL Prof. Ord. resp. ERICO CASTREEN. 1753.

De

De itinere Israelitarum per Arabiae deserta, & angelo ductore, Ex. XIV. 19 sqq. eodem praeside & resp. ZACH. COLLIANDRO. 1753.

Stricturae in commentum Simonianum de ordine codicis s. hebr. turbato, sub eiusd. praesid. resp. MAGNO HAGRENIO. 1753.

De auctore epist. ad Hebraeos, eodem praeside & resp. P. SONK. 1753.

De vsu idearum mathematicarum in physica, praes. IACOB GADOLIN, Phil. P. P. & resp. CHR. CAVANDRO. 1753.

De diuisibilitate compositorum in infinitum, eod. praes. & resp. M. W. R. NAAF. 1753.

De praesenti reip. literariae flore, praes. HENR. HASSEL, resp. A. A. HAGELBECK, 1754. m. Mart.

VIII.

INDEX SCRIPTORVM,

quae ad eruditionem faciunt, anno elapso a Lubecensibus editorum.

Quum superiori volumini appensus eiusmodi index lectoribus, quantum scimus, non displicuerit, nunc quoque syllabum adjungemus similem, ex quo, quid praestitum anno elapso sit ab iis, qui apud nos eruditioni litant, appareat In quo ordinem, vt tum antea, temporis obseruandum censebimus.

I. De praecipuis quibusdam, quae Lubeca Societati Teutonicae, quae Ienae floret, cum in membris honorariis tum ordinariis concessit, ornamentis commentatio, quam Viro . . . I. D. Ouerbeck . . . offerunt Gymnasii Lubecensis primi ordinis membra. Lubecae 1754. 4. pl. I. Auctor est *Christianus Nicolaus Carstens* Lubecensis, Gymn. patrii ciuis, iuuenis ornatissimus, cui nunc academicum paranti iter, laudem insignem, quam huc vsque meritus est, candide gratulamur.

II. Otia absque Otiis, siue de libris & scriptis doctissimis Otiorum nomine insignitis schediasma, quo collegae

declarando emerito otium quietum gratulaturus & collegae inaugurando otium negotiosum commendaturus actum publicum indicit *Io. Henr. a Seelen* Lubecae 1754. 4. pl. 3.

III. De Φιλανθρωπία diuina e iubilaeis quoque luculenter cognoscenda meditatio, qua Viro - - - Michaeli Richey - - - quinquaginta annos optimas disciplinas laudatissime docendo exactos candide gratulatur *Io. Henr. a Seelen* Lubecae 1754. 4. pl. 4

IIII. Dissertatio inauguralis iuridica de vidua vel vxore Lubecensi per cessionem illatorum se suaque bona saluante ad textum Iuris Lubecensis L. III. Tit. I. Art. X, speciatim eius verba: Sich bergen und Dachdings auftragen, quam Praes. Mantzelio publice defendit *Eberh. Ioa. Caspar Wiedemann*. Rostoch. 1754. 4. pl. 3½.

V. De veterum Germanorum diis coniugalibus ad TACITI German. c. 18 coniectationes quibus Viro - - - Ioa. Carolo Henr. Dreyero - - - nuptias gratulatus est *Ioa. Henr. a Seelen* Lubecae 1754. 4. pl. 2½.

VI. De recentiori quadam verborum ἐπὶ κεφαλῆς. 1 Cor. XI. 10. translatione commentatio, qua viro - - I. C H. Dreyer nuptias - - - die 23 Sept. celebrandas gratulatur *Fried. Ioach Schnobel*. Lub. 1754 pl. 2.

VII. Beweis, dass die vollkommenste Ehe nur zwischen zwoen Personen möglich sey. Scriptum iisdem nuptiis dicatum a Viro admod. Rever. M. *Casp. Frid Langio*, Gymn. Lub. tum Subrectore meritissimo, nunc V. D. M. ad D. Petri apud Petroburgenses. 4 pl. 2½.

VIII. *Aug. Ioach. Wolfii* Lubec SS. Th. Cand. &c. Schediasma Theologicum de satisfactione pro peccatis hominum tanquam vnico medio liberationis eorum scripturae sacrae effatis & attributis diuinis conueniente Ien 1754. 4. pl. 2½

VIIII In Plutarchi γαμικὰ παραγγέλματα obseruationes, quas Viro --- Io. Dan. Overbeck nuptias celebranti consecrat *Io. Henr. a Seelen*. Lubecae. 1754. 4 pl. 2.

X. De Augustanae Confessionis editione Petroburgi Anno iubilaeo MDCCXXX excusa memorabilibus accensenda Petroburgensibus epistola, qua Virum --- M. Caspar Frider. Lange - - - nunc Petrinae ecclesiae Lutheranae Petroburgen-

burgensis vocatum & ordinatum Pastorem iter facientem comitatur eidemque fausta quaeuis cupit euenire *Io. Henr. a Seelen.* Lubec. 1754. 4. pl. 1.

XI. Pietas & laetitia inter solemnia iubilaei Carpzouiani praesuli & patri suo venerabili declarata a ministerio Lubecensi. Lubec. 1754. 4 pl. 4. Auctor est admodum reuerendus ac celeberrimus Vir *Henr. Scharbau* venerabilis sacerdotum ordinis Senior meritissimus, qui scripto hoc eruditissimo Psalmum Dauidis centesimum trigesimum interpretatus est.

XII. De Iubilaeis selectae obseruationes scripta de iisdem supplentes, quibus Viro --- Io. Gottl Carpzouio --- iubilaeum secundum praesulis Lubecensis primum dimidio saeculo conspicuum gratulatur collegium Catharinianum interprete *Io. Henr. a Seelen*, Lubec. 1754. pl. 3.

XIII. De die episcopatus natali veteribus solenni nonnulla praefatus Viro --- Io. Gottl. Carpzovio --- natalitia episcopalia quinquagesima prima --- gratulatur *Ge. Herm. Richertz.* Lubecae 1754. 4. pl. 3.

XIIII. Ad virum --- Io Gottl Carpzouium epistola. Iubilaeum semiseculare officii ecclesiastici cum laude feliciter in vsus ecclesiae Lutheranae eximios per L annos exactos seni annis & meritis grauissimo gratulatur *Io. Herm. Becker* SS. Theol. D. &c. Lubecae 1754. 4. pl. 1½.

XV. *Menonis Nicol. Carstens* meditationum subseciuarum specimen septimum de Apotheosi Pauli in Insula Melite occasione verborum Act. XXVIII. 6. --- Viro --- Io. Gottl. Carpzovio --- iubilaeum ministeriale d. 23 Nou. A. 1754 feliciter celebranti sacrum. Lubecae. 1754. 4. pl. 2½.

XVI Epistola votiua qua Viro -- Io. Gottl. Carpzouio --- applaudit *Bernh. Henr. Stein* Min. Cand Lubec. 1754. 4. pl, 1½ Auctor commentatur ad verba Ioh. XXI. 20. 23.

XVII. Viro—Io Gottl. Carpzouio --- gratulaturus quaedam num & quo sensu Christo redemptori peccata nostra imputata sint? breuiter differit --- *Rud. Wilh. Schwabe* R, Min. Lubec. Cand. Lub. 1754. 4. pl. 3.

XVIII. De anno iobelaeo an inter typos temporum N. T. referendo? Viro ... Io. Gottl. Carpzouio ... cogitata quaedam

quaedam ... offert *Augustin. Matth. Giesenhagen* R. Min. Lub. Cand. Lub. 1754. 4. pl. 3½.

XVIIII. Problema philologicum num discipuli Iohannis Baptistae fuerint Essaei, quo Viro ... I. G. Carpzouio ... gratulatur ... *Henr. von der Hude*, Lubecensis, Helmst. 1754. 4. pl. 3½.

XX. Disputatio inauguralis medica de facie a variolarum insultibus praeseruanda ... Praes. Georg. Christoph. Dethardingio ... publico examini submittit *Tob. Phil. Hilcken* Lubecensis, Rostochii 1754. 4. pl. 5.

XXI. Ad ... Georg. Claeden Cons. Flensb. prim. vnici filii ... Georgii Claeden ... morte grauissime contristatum epistola *Io. H. a Seelen* Lubecae 1755. 4. pl. 1½.

XXII. Monumentum ... Georgio Claeden ... memoriam eius conseruandi studio positum a *Io. Henr. a Seelen*. 1755. 4. pl. 1½.

XXIII. Selectarum Annotationum de Curiis veteris aeque ac recentioris aeui manipulus vndecimus, quem Viro ... Christiano Vlrico Stoltenberg I. V. D. ... dicat *Io. Henr. a Seelen* 1755. fol. pl. 1.

Sphalma corrigendum:

Vol. V. p. 20. leg. Teuberianam.



NOVA
BIBLIOTHECA
LVBECENSIS.



VOLVMEN VII.

LVBECAE.

SVMTV IONAE SCHMIDII

AN. MDCCLVI.

CONTINENTVR VOLVM. VII.



I.

OTTON. LVDOV. Königsmann DANVS INTERPRES

cum
fontibus ſacris & verſione Theandri
LVTHERI collatus,
ſive
OBSERVATIONVM SELECTARVM
Philol. Critic. et Exegeticarum
ad Librum GENESEOS
PARTICVLA TERTIA.

Accedit
Mantiſſa Ebraiſmorum Etymologicorum
e Cap. I. & II. Libri Iudicum
erutorum.

Geneſ. III. v. 16.

Und zum Weibe ſprach er: Ich will dir viel Schmerzen ſchaffen, wenn du ſchwanger wirſt; du ſollſt mit Schmerzen Kinder gebären, und dein Wille ſoll deinem Mann unterworfen ſeyn, und er ſoll dein Herr ſeyn.

Men til Quinden ſagde hand; jeg vil mannigfoldig giøre din Kummer, og din undfangelſe, med ſmerte ſkal du føde Børn; og din attraa ſkal være til din Man, men hand, hand ſkal herſke over dig. A Aber

Aber zum Weibe sagte er: Ich will deinen Kummer und dein Empfangen vervielfältigen, mit Schmerzen solt du Kinder gebären, und dein Zutritt (Verlangen) soll zu (nach) deinem Mann seyn; aber er, er soll über dich herrschen.

Omnia in translatione Danica presso pede sequi textum, palam est, qui ita habet:
אל־האשה אמר הרבה ארבה עצבונך
והרונך בעצב תלדי בנים ואל־אישך
תשוקתך והוא ימשל־בך׃
הרבה ארבה emphatice dici pro simplici ארבה, quicquid contra hanc emphasin cavilletur CLERICUS, *quod* nimirum *in sacris*, quæ ejus sunt dicteria, *haud raro acutiores* (leviores & impudentiores vere dixisset) *quam opus est*, *simus*, tirones norunt. vid. ad Cap. II. 16. notata. B. SCHOETTGENIUS in dissert. *de singulari aliqua linguæ Ebraicæ ellipsi*, (1) qua *hic infinitivus quandoque solus legitur*, *reliquum vero verbum ab interprete subintelligendum est*, ut Gen. XLI. 43. cet. " emphasin „huic constructioni inesse non quidem „prorsus negat, in omnibus autem exem„plis locum habere non existimat. Quid „enim, ita pergit, plus latet in hac constru„ctione: *moriendo morieris*, quam in verbo „sim-

(1) Quam novæ suæ ellipsium Waltherianarum editioni subiunxit p, 100 ss.

„ſimplici: *morieris*? Quod ſi dicas, vt ex „quibusdam audivi, ſenſum eſſe, *certiſſime* „*morieris*; reſpondeo, illud *certiſſime* latere „non in conſtructione, ſed in auctore illo„rum verborum, qui eſt Deus.“ Ita SCHOETTGENIVS. Verum, quod pace tanti Philologi dictum eſto, facili opera ad hæc regeritur, *certitudinem & in Deo & in verborum divinorum conſtructione latere*, nec alterum alteri adverſari. Certitudo omnium eloquiorum divinorum vtique in Deo latet, nihilo vero ſecius eorum certitudinem, eam ipſam nimirum, quæ in veracitate Dei fundatur, toties a viris θεοπνευστοις inſuper inculcatam legimus e. g. Pſ. XIX. 8. XXXIII. 4. Hab. II. 3. Ap. XXI. 5. XXII. 6. rel. quæ omnia ſupervacanea eſſent, & ſine necesſitate dicerentur, ſi licitum non fuiſſet viris ſanctis, eo quod Dei oracula eloquerentur, de certitudine eorum certos facere homines. Imo non licitum ſolum, verum propter σκληροκαρδιαν humanam neceſſarium etiam fuit. Quid v. g. toties Prophetis repetitum נאם יהוה aliud, quam hanc quidem eloquiorum divinorum ἀποδειξιν pronunciat? Si vero *integris phraſibus* certitudinem eloquiorum Dei recte prædicarunt viri divino acti ſpiritu, quidni *ſingulari conſtructione* idem hoc potuerunt indigitare? Præterea *non certitudinem tantum* hanc infinitivi cum

verbo conjugato connexionem, ſed alias quoque emphaſes indice monſtrare digito, ſupra monitum eſt. Plus vero latere in conſtructione hac, *moriendo morieris*, quam in ſimplici, *morieris*, qui non cæcutire mavult apertis oculis, mox perſpiciet. Aut enim plus in *duplicato* verbo, quam in *ſimplici* latet, quicquid tandem, quod inibi latet, ſit emphaſeos, aut fruſtra verbum quoddam verbo apponi, et habere paginas ſacras etiam *verba nihil ſignificantia*, ſtatuendum erit. Nullo modo hoc, qui debita reverentia pandectas ſacras proſequitur, largietur; illud itaque omnino concedendum erit. Et ſane mirari ſubit, cum tot proferat in medium ellipticas verbi conjugati, cujus ſolus infinitivus in textu ſ. exprimitur, præteritiones celeberr. SCHOETTGENIVS, quod rationem hujus conſtructionis ne unicam quidem ſuppeditet, neque apice uno indigitet, qua demum cauſa adducti hagiographi infinitivum ſolum, ad quem tempus eiusdem verbi finitum ſubintelligendum, & reſtituendum lectori ſit, exhibeant, quare non ſuppreſſo *infinitivo*, qui viro longe eruditisſimo in multis locis *nihil ſignificat*, vel *nihil habet emphaſeos*, ſolum tempus finitum verbi exprimant? Cum denique p. 102. *hanc ellipſin* a viris doctis ſaepe obſeruatam ſe non meminiſſe ſcribat SCHOETTGENIVS, niſi quod

quod MATTH. HILLERVS in diss. *de serm. ellipt. p.* 383. exempla quaedam proferat; e memoria Viri literatissimi excidisse videtur, dudum IO. BVXTORFIVM Patrem *in Thes. Grammat. Cap. XVI. de Syntaxi verbi infiniti*, ubi *de enallage huius verbi* nectit obseruationes, eam animadvertisse. Ad verba enim Ezech. I. 14. החיות רצוא ושוב pro רצו ושבו *currebant & redibant* p. 485. expressis addit: "vel est ellipsis verbi finiti „pro רצו רצוא *currebant currendo* ושבו שוב „*& redibant redeundo.* Imo e BVXTORFIO GLASSIVS eandem docet ellipsin *Gramm. S. L. III. Tr. III. Cap. XLIV. p. m.* 872. Sed e diverticulo in viam redeamus. Vocem הרונך ad sensum expressit B. LVTHERVS, wenn du schwanger wirst. Non quidem pro infinitivo verbi habuisse, hoc vero non observasse, videtur, הרונך aeque ac עצבונך regi a præcedenti verbo ארבה: *quemadmodum dolorem tuum, ita & conceptionem tuam multiplicabo.* Quid vero sit, *multiplicari conceptum*, quid sit, *multiplicari dolorem*, dilucide satis duo membra insequentia pandunt. Namque ארבה עצבונך explicatur manifeste per additum mox בעצב תלדי בנים. *In dolore seu ærumna* (2) *paries*

(2) Et *corporis & mentis* laborem doloremque עצב designat. vid. ad Prov. XV. 13 בעצבת־לב רוח נכאה *propter dolorem cordis spiritus erit tristis*

ries liberos, quod Danus recte per Kummer expressit, quemadmodum vertit LVTH. v. 17. cognatum עצבון. Omnem enim ærumnarum, partum & antecedentium & excipientium, ambitum voculam עצב complecti, viri dudum eruditi observarunt, intelligique notarunt dolorem partus, non tantum pariendi actum, sed et omne illud tempus, quo geritur uterus, quo foetus editur, educatur, nutritur, comprehendentem, a qua explicatione ipse non abludit Megalander LVTHERVS (3). Quid vero verba ארבה הרונך *multiplicabo* conceptum tuum sibi velint,

tristis itemque ad XV. 23. & Ps. XVI. 4. *Comment.* B. GEIERI.

(3) In expos. Genes. ad h. l. §. 196. " Und dräuet „GOtt sonderlich der Empfängniß und Geburt. „Es heißet aber Empfängniß dieselbe ganze Zeit, „darinn die empfangene Frucht im Leibe getra„gen wird, und mancherley schwere Anstöße und „Krankheiten zuschlagen. Denn so bald findet „sich groß Hauptwehe, Schwindel, und ein wun„derlicher Eckel vor Essen und Trinken, stetes „und schreckliches Brechen, Zähn-Wehthun, und „ein Mangel im Magen. Davon die Lust komt, „die man Kittam oder Picam nennet, wenn man „nach solchen Dingen gelüstet, davor man einen „Scheu hat, wenn man gesund ist. Wenn aber „nun im Mutterleibe die Frucht formiret, und „die Geburt vorhanden ist, so folget der allere„lendeste Jammer, daß die Mutter das Kind „mit der grösten Gefahr, und schier mit Todes „Angst und Nöhten gebären muß.

sint, subsequentia docent: ואל אישך תשוקתך, *& ad virum tuum* (nihilominus) *appetitus, accursus tuus erit*, id quod Danus egregie vertit: dein Zutritt, vel Verlangen soll zu deinem Mann seyn. תשוקה namque, si originem spectes & *radicalem notionem*, est *accursus*, seu *accessus, qui fit cum impetu.* Jer. XXXIII. 4. Joel. II. 9. 24. IV. 13. Nah. I. 4. שוק quippe & שקק primo significatu sonant *currere, discurrere*, unde שוק *platea, forum*, ob hominum inibi discursitationem & concursum atque שק *crus*, tanquam cursus instrumentum dicitur, nec non Gen. XV. ELIESER בן המשק *filius discursitationis* i. e. frequenter discursitans & discursitando negotia exequens domestica (§. 27. Int. Danz.) nominatur. Vid. FVLLERI *Misc. s. L. III. C. XV.* (4). Nascitur exinde *notio secundaria*, quæ est *appetere, concupiscere*. Cum enim currimus & tendimus ad locum, eum vel aliquid in eo desideramus, appetimusque. Quæ posterior significatio translata atque minus propria cum ex

 con-

(4) Non exhaurit igitur vocis etymon. B. RAMBACHIVS in der Ausführl. u. gründl. Erleuterung über seine *institutiones Herm. s. P. II. p.* 45. quando תשוקתך *ad virum recursum, refugium* indigitare putat: „Wenn dir etwas zustößt, recurres ad virum Schutz bey ihm zu suchen, wenn „etwas fehlet, recurres ad virum, es von ihm „zu bitten.

contextus *συναφεια* h. l. obtineat, recte eam BEN MELECH in מ״ר per voces תאוה וחשק *concupiscentiam atque desiderium* exposuit. Sermonem vero cum textus de concupiscentia atque appetitu speciatim *muliebri* nectat, eam Romanensis ecclesiæ purpuratus pater, BELLARMINVS, citante *HACKSPANIO in not. Ph. Theol. ad h. l. p.* 89. optime explicare videtur, cum significari putat, „mulierem etiam post laborem gerendi ute„rum & dolorem pariendi adhuc desidera„turam virum; nam, *Pontificius doctor addit*, „non levis est poena, ab eo se non conti„nere posse, quod tam ingentem dolorem „ac tristitiam afferat." Sane IACOBVS Apostolus sub eadem hac imagine, foeminæ nimirum ad amorem pellicientis masculum, illecebras inhærentis mali, atque pravæ concupiscentiæ inescationes, quæ natura mortalibus lapsis inhæret, exponit, atque peccatum irritare irregenitos & invitare ad prævaricationes his docet verbis: *Vnusquisque tentatur, cum a propria cupiditate abstrahitur, & inescatur; deinde cupiditas, posteaquam concepit, parit peccatum; peccatum vero peractum gignit mortem.* Cap. I. 14. 15. Tandem dominium atque primatus marito ceditur והוא ימשל בך. Suppeditabimus jam verborum divinorum paraphrasin: Ita, *παν„τοκρατωρ* inquit, ordinabo, o foemina, naturam

„turam indolemque tuam, ut non ſolum „frequenti partu numeroſæ prolis futura ſis „foecundisſima mater, verum etiam poſt-„habitis omnibus, quæ partum antecedunt, „ſubſequuntur, cumque eo ſunt connexæ, „moleſtiis atque ærumnis, nihiloſecius de-„nuo maritum, uſumque & conſuetudi-„nem ejus conjugalem deſiderare atque ap-„petere debeas, tantum aberit, ut poſt partum „maritum ſis averſatura; inſuper illi marito „dominium in te largior. Ille, ille, inquam, „in te dominabitur." Hoc modo plane fluere ſenſum equidem cenſeo, ſed ſcrupulus unus, qui injici poſſet, omnino evellendus reſtat. Athnachi accentus domini diſtinctivi poſitus explicationi noſtræ haud favere videtur. Ita eſt. Locus ei ad בנים aſſignatus eſt, quem ex ſuppeditata paraphraſi ad תשוקתך occupare debebat. Verum hæc objicientibus reſpondeo, non perpetuum munus eſſe Athnachi, ut ſententias dirimat & diſtinguat abſolute, ſed *proportionaliter*, uti loqui amant doctrinæ de accentibus magiſtri, ſaltem diſtinguere, i. e. non ſemper *colon* ſententiæ determinare, ſed *ſemicolon* etiam, imo *comma* nonnunquam. Ne paradoxa nimis obtrudere lectoribus videar, verba excitare liceat B. WEIMARI: „Non, ita ille præcipit, accentus „magni ſemper & ubique magnam & ſen-

„ſibilem aliquam faciunt diſtinctionem;
„ſed & partes propoſitionis & connexa ſub-
„jecti & prædicati clariſſime oſtendunt.
„Quare etiam munus accentuum diſtincti-
„vum ab accentuatoribus his verbis deſcri-
„bitur, quod & vocum & ſententiarum
„ſpatia determinent. Deinde accentus di-
„ſtinctivi diſtinguunt *proportionaliter* i.e. non
„ſemper eodem modo ac valore, ſed ma-
„xime diſpari, juxta juſtam proportionem
„pro quantitate ſedis diſtinctionum, quam
„ex conſecutione quilibet diſtinctivus oc-
„cupare debet. Et hæc ſedis diſtinctio-
„num proportio determinat diſtinctionum
„quantitatem, quanta & quam magna quæ-
„libet ſit ſtatuenda, an ſcilicet —ֽ punctum,
„colon, ſemicolon, an —֑ colon, ſemicolon,
„comma, it. an —֔ colon, comma, ſemicom-
„ma exprimat,“ *in doctr. accent. Hebr. Sect. III.*
„*Ax. II. p.* 52. 53. Addo verba inſignis Phi-
lologi LVDOVICI *de* DIEV in *annotat.* ad Eſa.
XXV. 5. “Non parum, vir iſte, ſi quisquam
„alius, ebraice eruditisſimus ſcribit, torſit
„interpretes hic verſus. Omnis difficultas
„orta eſt ex nimis anxia obſervatione ac-
„centus Athnach ſub תַּכְנִיעַ, qui verbum
„illud ad præcedentia referre, & ibi ſen-
„tentiam diſtinguere putatus eſt. Quod
„perpetuum ejus munus non eſſe, vel ex
„primo verſu Geneſeos patet. Quæ vero ſub-
jungit

jungit vir κριτικοτατος, "Nec dubium eſt, „quin adeo inconſtans ſit accentuum in di„ſtinguendo ratio, ut modulationi vocum „potius, quam diſtinctionibus ſententiarum „eos inſervire plurimi eruditorum merito „putaverint" abſit, ut hiſce nomen meum ſubſcribam.

CAP. III. 24.

Mit einem bloßen hauenden Schwerd.

Og et blinkend Suærd, ſom vendre ſig hid og did.

Und ein glänzend Schwerd, das ſich hieher und dorthin (hin und wieder) drehete.

ואת להט החרב המתהפכת. Eum vocula vernaculæ **mit** inferre ſenſum viſa nonnullis eſt, quaſi להט החרב manu geſtata fuerit *των Cherubbim*, cui quidem hallucinationi error pictorum, quando cuſtodiam hancce paradiſiacam imaginibus exprimunt, absque dubio genitalia debet et originem. Sed male intellecta hæc vocula **mit** & contra mentem ipſius LVTHERI explicata fuit. (5) **Mit** h. l. non inſtrumenti, quo

(5) Qui dilucide ſatis *in expoſ. Geneſ.* mentem ſuam declaravit: „Der Text ſchließet nicht, daß „der Cherub das Schwerd habe in den Händen „gehabt, und gehalten, ſondern giebt nur ſo viel, „daß es neben dem Garten geleget ſey, neben, „oder mit dem Cherub.

quo armati fuerint Cherubhim, index, sed copula duntaxat est, τῳ **und** germanice æquipollens, quemadmodum sæpe dicitur: **Ein Mann mit einer Frau**, pro **ein Mann und eine Frau.** Interim ad evitandum omne ambiguum Danus το **und** bene exprimit. (6). להט חרב ad literam est *flamma gladii* i. e. gladius, qui flammæ instar radiat atque fulget, quando ad solis splendorem evaginatur, sic dictus, quod etiam in acumen, ut flamma, desinat. Vnde Ebræis in more est, gladium vagina vacuum & vibratum ad solem, adhibita voce τῳ להט ἅπαξ λεγομενῳ synonyma להב, *flammam* nuncupare & *fulgur*. Iud. III. 22. 1 Sam. XVII

(6) Pro quo חרב audacissima crisi legit חֹרֶב *devastatio* B. M. IO. VDALR. TRESENREVTER in *diss. de paradiso igne deleto* Altdorfii 1735. Hac enim facta punctorum temeraria mutatione, cum e verbis sacris extorquet sensum; "*Deum & Cherubim seu angelos & flam-* „*mam desolationis* i. e. desolantem *demisisse*, (ita „ישכן ex Ez XXXII. 4. & Ps. VII 6 verti „posse autumat) *illos*, *ut homines a Paradiso ar-* „*cerent*, *hanc*, *ut Paradisum deleret*." Quomodo vero hoc posterius cum voce לשמר conveniet? Et Cherubim, & flammam Deus ישכן *ad custodiendum*, non vero *ad delendum*. Facilis TRESENREVTERO responsio est, "שמר vigilias nonnunquam indigitare", *quæ* "*ad aliquid perdendum agantur* coll. 1 Samuel. XIX 11 Ps. LXXI. 10. 2 Sam XI 16. Hæc dum recensentur, æque facili opera refutantur.

XVII. 7. Iob. XXXIX. 23. להט enim non tam gladii partem, quam accidens gladii, ſplendorem ſcilicet flammam ignis referentem ex mente Ebræorum deſignare, MERCERVS jam notavit. Conf. M. IO. FROMME *diſſ. de Cherubbim & gladio flammante*, collectioni Menthenianae inſerta. B. MELECH ad h. l. locutionis huius eam tradit rationem: לפי שהחרב דומה ללהט בהתחלט נקראת כן כענין להט חרב וברק חנית i. e. *Propterea quod gladius ſimilis flammae incenſæ eſt, ita effertur, uti hoc ſenſu dicitur Nahumi III. 3. Flamma gladii & fulgur haſtæ* i. e. gladius coruſcans & haſta fulgida. vid. §. 22. 26. *Int. Dan.* (7) Recte igitur Danus interpres להט החרב reddidit ein glänzendes, ſchimmerndes, funkelndes Schwerd. Angl. *a flamming ſuord.* Ein bloßes Schwerd vero, quod placuit Teutonico Interpreti, dicitur in ſ. Codice: חרב שלופה *gladius extractus, vagina vacuus* Num. XXII. 23. & alibi המתהפכת *verſatilem* indicat, ubi recte Alexandrini: ϛρεφομενην, non hauend, *cæden-*

(7) "Rara enim Ebræis adjectiva eſſe nomina, „quorum defectum varie & hoc etiam modo „compenſent, ut ſæpe ex duobus ſubſtantivis „copulatis loco rectionis alterum adjectivi vſum „habeat, bene obſervavit IO IAC. BREITINGERVS in *brevi de idiotiſmis ſermonis Ebr. Commentario* pag. 10.

cædentem, quod eſt vernaculæ, ſed quaquaverſus ſe vibrantem, das ſich wie ein Bliß bald hiehin, bald dorthin drehet. Hæc ad ſenſum literæ notanda venient, quæ miniſterio *angelorum* (8) *gladiique flammei* ad abigendos protoplaſtos a reditu in amoena paradiſi uſum fuiſſe Deum T. O. M. manifeſte docet. Nec ulla nos neceſſitas adigit, ut deſeramus literam, & ad allegoricam textus incruſtationem ſumamus refugium. Hiſtoria narratur lapſus ſtilo & ſcribendi genere hiſtorico & plano, & ſane nos monuiſſet MOSES, vir θεοπνευςος, ſi unum alterumve hujus enarrationis momentum non proprie, verum allegorice intelligendum explicandumque nobis eſſet (9). Lubricæ propterea nec ſine rigoroſiſſimo examine admittendæ expoſitiones hiſtoriæ cuiusdam ſacræ allegoricæ mihi ſemper viſæ ſunt, in qua-

(8) Hos enim per כרובים, non *nubes*, non *tempeſtates*, quæ nonnullis placent h. l. interpretum, intelligi, tot oraculis ſ. ſcripturæ edocemur, conf. IO. GOTTL. BIDERMANNI *otia literar. P. I. C. VIII. Obſ. XXIX. p.* 120 *ſſ.*

(9) Proprie nec allegorice intelligenda eſſe, quæ „divinus ſcriptor, MOSES, de lapſu primorum „parentum narravit, res ipſa docet. Hoc enim „ni ita eſſet, narraſſet aliquid de re maximi „momenti, cuius ſenſum certum nemo adſequi poſſet. Sunt verba *B. BVDDEI. in H. E. V. T. Per. I. p.* 96.

quarum referre censum nullus dubito singularem illam, & quantum ego quidem memini, novam hujus *flammei gladii* interpretationem, quam anonymi cujusdam doctissimi tradunt *Collectiones*, quæ inscribuntur, *pastorales* summe reverendi FRESENII *P. XV. p.* 237 *ss.* Hujus quidem meletematis exegetici omnis in eo cardo vertitur, ut detur probatum, *hancce flammam typum esse & imaginem gloriæ θεανθρωπου, & benedicti in secula Messiæ IESV CHRISTI.* Non fert instituti mei, quod circa sensum literæ eruendum maxime occupatur, ratio, ut in argumenta hujus exegeseos operose jam inquiram. Vnum hoc moneo, ultro concedi, quod sub imagine *lucis* quam plurimis in SS. locis proponatur *Filius Dei* (10); exinde vero sequi, quod oracula, quæ lucem quandam & flammam exhibent, mundi etiam exhibeant salvatorem, non facile quisquam persuadebit. Sane stili Mosaici in enarratione historiæ lapsus cum eventibus suis simplicitas omnem proscribit allegoriam & tropum; nec aliquid impedit, quo minus secundum literam hæc in sensu historico ita accipiantur, *quod nimirum angeli seu Cherubhim excitatis flammis, gladii referentibus formam,*

(10) Vid. s. rev. DEYLINGII obs. *de Christo luce mundi* Io. VIII. 12. quæ est Parte II. har. observationum trigesima secunda p. m. 307 ss.

mam, ab ingressu Paradisi homines arcuerint. An vero hi ignes cælitus demissi fuerint, an e visceribus terræ cujusdam prope paradisum sulphureæ insurrexerint, an in una aliqua vel pluribus prope Paradisum plagis micuerint, an denique circumvallaverint paradisum, quod LACTANTIVS putavit, (11) textus non indicat. Quicquid vero ex

(11) V. Cl. IO. DIET. WINCKLERVS summe Rev. DEYLINGII in expositione hujus loci vestigiis inhærens in *Philologematibus*, quæ nuperrime in vulgus edidit, *Lactantianis sacris* longam nectit eorum seriem, qui LACTANTII de igne Paradisiaco sententiam aut propugnarunt, aut ornaverunt ulterioribus meditatis. Imo eorum etiam recensum exhibet, qui, etsi varias hujus loci explicationes enarrant, non tamen Lactantianæ sententiæ fecerunt mentionem. Facilis permittet vir longe doctissimus, ut instructissimo huic catalogo vnum addam B IO. FR. BVDDEVM, recensentem quidem in *Hist. Eccl. V. T. p.* 111. sententiam LACTANTII, non vero atro eam notantem calculo. Quem enim WINCKLERVS *nugarum* incusat, LACTANTIVM inter rectius sentientes BVDDEVS refert. Verba immortalis nominis Theologi ipsa legantur: "Quod ad flammam gladii se vibrantis „attinet, ridiculi admodum sunt illi ex Roma„nensibus, qui hic ignem purgatorii se inve„nisse existimant. Rectius intelliguntur ignes, „seu per fulgura emissi, seu ex terra sulphurea „& bituminosa excitati prope paradisum, quibus „adeo protoplasti a regressu in paradisum arce„bantur. Ita jam olim sensit LACTANTIVS:

„*Tum*

ex hisce creditur conjecturis, inter probabilia saltem, tacente Scriptura, locum illud habebit, nec unquam meo quidem arbitratu ad ἀπόδειξιν quandam in igneæ hujus custodiæ descriptione aliquis pertinget interpretum. Obstare igitur ingeniosis hisce, quas collectiones Fresenianæ exhibent, accommodationibus, & pietatem, & eruditionem autoris sui ubique testantibus, maxime videtur canon ille hermeneuticus toties probatus, *qui sine necessitate a litera recedere vetat.* " Interpres enim s. literarum „idem cogitaturus & dicturus, quod in sacris pandectis sensit & elocutus est spiritus „s., a sensu literæ verborumque proprietate discedere, & ad hyperbolicam vel tropicam orationis expositionem devenire „non debet, nisi metus manifestæ absurditatis & evidens id postulet necessitas, „verba illa, de quibus disceptatur, non „proprie sed figurate accipienda esse. Qui „hanc regulam negligit, facile pro Iunone, „quod ajunt, nubem, & pro genuina spiritus s. sententia propriæ suæ phantasiæ com-

B „men-

„*Tum Deus sententia in peccatores lata ejecit „hominem ex paradiso, ut victum sibi labore „conquireret, ipsumque paradisum igne circumvallavit, ne homo posset accedere. de orig. error. Cap. XIII.*

„mentum apprehendet.“ Hæc præcipientem legimus ſumme rev. DEYLINGIUM *P. V. Obſ. Sacr. Obſ. XXIV. p.* 302.

CAP. IV. 7.

Wenn du fromm biſt, ſo biſt du angenehm: biſt du aber nicht fromm, ſo ruhet die Sünde vor der Thür, aber laß du ihr nicht ihren Willen, ſondern herrſche über ſie.

Mon der ikke, derſom du giør got (være Syndernes) forladelſe; men derſom du giør ikke got, da ligger Synden ved Døren, og dens attraa (er) til dig, men du, du ſkalt herſke over den.

Sollte nicht, wenn du gutes thuſt, Vergebung (der Sünden ſeyn?) Aber ſo du nicht gutes thuſt, ſo ruhet die Sünde an der Thür, und ihre Begierde (Zutritt iſt) nach (zu) dir, aber du, du ſollt über ſie herrſchen.

הלוא אם־תיטיב שאת ואם לא תיטיב לפתח חטאת רבץ ואליך תשוקתו ואתה תמשל־בו׃

Poſt tot Philologorum atque interpretum eruditionis fama ornatiſſimorum in hæc verba labores, aliquid de vexatiſſimo hoc oco velle diſſerere, eſſet, Iliada poſt Homerum ſcribere, nec facile quicquam diceretur, quod non ſit dictum ſcriptumque prius.

prius. Perlegantur, quæ unus e multis B. HENR. BEN. STARKIUS e variis variorum lucubrationibus in h. l. congessit sententiarum divortia. Mihi, instituti mei non oblito, sufficiat, quod versio Danica hoc etiam in loco vernaculam illustret, argumentis quibusdam dedisse demonstratum. Verbum היטיב per *bonum operari* in significatione Hiphilica, quam scholæ dictitant, rectius verti, quam per *pium esse*, haud facile quisquam inficias ibit; in eo enim interpretes tantum non omnes amice consentiunt, *vocem* היטיב *nullibi locorum adhiberi absolute & neutraliter, sed ubivis active*, quæ verba sunt STARKII modo laudati *in not. sel. ad h. l.* Danicum itaque idioma, τὸ אם־תיטיב per: wenn du gutes thust exprimens, germanicis vernaculæ: wenn du fromm bist præferendum esse, nemo non largietur. *Infinitivi* שאת h. l. in nominis naturam abeuntis potissimum habenda ratio est, cuius qui diversimodas translationes, variosque a variis ei adscriptos significatus perlustrare cupit, adeat POLUM in *Syn. Cr. ad h. l.* Danicus interpres *ablationem* vertit, peccatorum nempe, eorumque remissionem, suppleto ad sensum vocabulo חטאה, cuius ad verbum נשא haud infrequens est ellipsis. Sic. v. g. Num. XIV. 19. nomen חטאה supprimi, contextus aperte

 docet:

docet: *Condona quæso iniquitatem populo huic* וכאשר נשאתה לאם הזה & *quemadmodum abstulisti* nimirum peccatum i. e. condonasti *populo huic ab Aegypto huc usque* rel. Eadem ratione *το* שאת exponit ONKELOS per suum ישתבק לך *condonabitur tibi.* conf. Ps. XXXII. 1. נשוי פשע " Nec, ipse hoc „CLERICVS concedit, negari potest, quod „verbum נשא, ubi de peccato sermo est, „*condonare* significet; attamen, mox pergit, „שאת nunquam veniam sonat. Ita quidem est, ex mente CLERICI, qui non de *peccato*, sed *Abele fratre* sermonem injici cum nonnullis nostri etiam ævi interpretibus statuit, שאת non sonare *veniam*; nam stante hac notione non recte procederet sententia de *πρωτοτοκια* Caini huiusque præ Abele natu minori *dignitate*, quod *dignitatis* vocabulum CLERICO *το* שאת, verum *durissime* exprimit; nec etiam infinitivus שאת simpliciter & absque additamento peccati positus *veniam* indigitat. Illud vero *peccati* vocabulum cum restituendum sibi sumat Danus Interpres, utique שאת חטאה *veniam* significabit. Aeque frequens, imo frequentissima est verbi substantivi היה subintellectio, quod secundum Danicam versionem regit nominascentem infinitivum שאת, essetque ex mente Dani pro

הלוא אם־תיטיב שאת

inte-

integra phrasis Ebraica:

הלוא אם־תיטיב יהיה שאת חטאה

Nonne, si bonum facis, esset peccati ablatio? Quae quidem cum linguae genio satis conspirare, nihilo tamen secius *ellipsin* פנים צז *h. l. restituendam* magis mihi arridere, confiteor, ita ut sensus *elevatae faciei* & *serenae erectaeque frontis*, mentis quae est index conscia recti, exinde procedat, h. m. *nonne, si bonum facis, esset faciei*, quae cadens & demissa in antecedentibus dicitur, *elevatio?* Duplicem notavi ellipsin, *peccati* unam, alteram *faciei*. Addit *tertiam* B. STARKIVS c. l. & quidem vocabuli מנחה *muneris*, *oblationis*; & ex hoc quidem supplemento vocabulum שאת exponendum, vertendumque esse *acceptationem*, eique *acceptationi* & *remissionem peccatorum* & *elevationem faciei*, tanquam secundarias notiones, pro foecunditate radicis נשא esse subordinandas contendit. Verum talia asserere ego non ausim (12). Taceo, minus solitam hanc esse constructionem, non legi ellipsin hanc in aliquo oraculo s. plene expressam, nullibi denique locorum, quan-

B 3 tum

(12) Nuperrime ea refutavit V. cl. IO. GVIL. KRAFTIVS SS Theol. D. & Prof. Marb. *in Observat. sacr. fascic.* I. qui ante biennium Marburgi prodiit, ad h. l. § 2. p. 2. scribens: "Illa „vocis significatio non est satis firma, neque „ex analogia vocis נשא *tulit*, *sustulit*, *elevavit*, „demonstrari potest.

tum ego quidem memini, שאת מנחה significare *acceptationem sacrificii*, pro quo Ebraice dicitur קחת מנחה, vide sis Gen. XLIII. 15. Lev. X. 12. Jos. XXII. 23. Verum שאת מנחה vi notionis hujus vocis primariæ, quam ipse STARKIVS c. l. p. 20. quod sit *ferre, tollere*, agnoscit, *munus* significat *afferre*, estque, quod probe notandum, *exhibentis* & *offerentis*, non *accipientis*, id quod ex inductione omnium locorum, in quibus hæcce occurrit locutio, luculenter satis apparebit. Evolvantur sequentia 1 Par. XVI. 29. XVIII. 2. 2 Par. XVII. 11. Iud. III. 17. ubi שאת מנחה idem involvit, quod alibi הגיש מנחה 1 Reg. VIII. 1 הביא Ps. XCVI. 8. הקריב Lev. II. 11. הבעיר העלה rel. inde etiam נשא מנחה non *tributum accipiens*, sed *solvens* & *tributarius* audit 2 Sam. III, 2. 6. aliisque in locis. Aut igitur nihil video, aut fallitur Vir doctissimus, cum *significatui acceptationis*, quæ ipsa, si שאת exprimendum erit, aliena, imo inusitata est, notiones *remissionis peccatorum*, & *elevationis faciei* subordinandas tanquam secundarias putat, quarum certe alterutra, & mihi quidem posterior, in hac dictione primaria est. Sed hæc non valde urgeo. Vrgeo vero omnem contextus *συναφειαν*, quæ huic interpretationi e diametro contraria est. Proxime enim antecedentia si videas cum hoc nostro loco quam arctis-

ctissime conjungi, ita ut una sit eademque persona loquens, Trinunum atque sanctissimum Numen, unum idemque ad unam eandemque personam sermonis filum, sane non potes non ad eorum transire castra, qui pro significatu *ablationis*, & *remissionis peccatorum*, seu, quod mallem, *elevationis faciei* militant, & quos inter agmen ducit solidissimus HACKSPANIVS mox excitandus. Deus T. O. M. in fine commatis 7. ita Cainum adloquitur: *Quare ceciderunt facies tuæ* i. e. quare contristatus es? (13) Pergit: *Nonne, si bonum feceris*, שאת *ablatio* seu *elevatio*? Nemo non videt, spectare hoc ad antecedens פניך: nonne si bonum feceris, tristitia tollitur, omnesque cessant conscientiæ morsus, frons hilaris est & erecta? Id quod cum nulla alia re, quam omnium peccatorum remissione factaque in fide cum Deo reconciliatione perfici queat, secundum illud divini Psaltis: *Beatus ille, qui est levatus a defectione* (נשוי־פשע) *cujus tectum est peccatum. Beatus homo, cui Jehovah non imputat* pecca-

(13) Recte enim FAGIVS ad h. l. " Deiici, *inquit*, „seu inclinari vultus alicujus dicitur, quando „quis non hilari, & exporrecta fronte, sed „tristi demissoque in terram capite incedit, „dolorem, tristitiam, iram, aut tale quid in „facie præ se ferens. " Vberius hæc locutio a me excussa est *in specimine elliptico Biblioth. Hamburg. mixtæ* inserto *Vol. II. p.* 738 ff.

peccatum XXXII. 1.: ſane *remiſſio peccatorum*, quam cum LVTHERO Danus profitetur, *elevationi faciei*, quam litera textus pronunciat, rectius atque certius, quam utrumque hoc *acceptationi ſacrificii*, quam STARKIVS urget, ſubordinatur. Ομοψηφǫς hujus expoſitionis duumviros Exegetas video celeberrimus. Alterum jam dixi, HACKSPANIVM, cujus hæc ſunt verba *in not. Ph. Th. ad h. l.* „Nobis accommodatisſima verſio eſſe vide„tur: *Nonne ſi bene feceris, elevatio erit faciei*? „Vbi obſerva 1) apud Ebræos infinitivum „pro nomine non raro occurrere ut Pſ. CI. 3. „*Odio habui* עשה סטים *facere prævarica„torum* h. e. מעשה סטים *opus vel factum* „*prævaricatorum* 2) interdum ex anteceden„tibus aliquid repeti ut Prov. IX. 7. *Deriſo„rem corripiens* accipit ſibi ignominiam & „increpans impium (accipit) ſibi maculam „ejus. Idem hic obtinet: Nam שאת infi„nitivus pro nomine ponitur & פנים ex „antecedentibus repeti debet. Senſum „iſtum inſtituta in textu oppoſitio inter de„misſionem & elevationem confirmat. „*Iratus eſt Cain valde*, ait contextus, *& ceci„dit facies ejus* (ut qui Deum iratum exper„tus eſſet, eo quod ad ſacrificium non re„ſpexiſſet) & dixit Dominus ad Cain: *ad „quid eſt ira tibi*? ולמה נפלו פניך & *quare „cecidit facies tua*? Nonne, ſi bene egeris, eleva-

,,elevatio erit ſc. ejus, quod cecidit & quod
,,demiſiſti? Quæ enim alias cohæſio? Ele-
,,vatio autem faciei ad Deum, animi bene
,,conſcii & erga Deum recte animati fidu-
,,ciam denotat, ceu patet ex Iob. XI. 15.
,,XXII. 16. Alias eadem phraſis per *eleva-*
,,*tionem capitis* exprimitur. Iud. VIII. 18. Iob.
X. 15. Luc. XXI. 28. Alterum, inſignem
Exegetam, atque Theologum Lipſienſem
maxime venerabilem, SAL. DEYLINGIVM
hiſce calculum ſuum addere in *Obſ. ſ.* lego,
quæ eſt P. III. ſecunda p. 9 ſſ. " Non hic agi-
,,tur de Caino reſipiſcente, ſed in pecca-
,,tis, odio & ira adverſus fratrem contuma-
,,citer perſeverante. Præterea, ita pergit
,,DEYLINGIVS p. 10., vox שאת non ob-
,,ſcure opponitur verbis proxime præceden-
,,tibus ויפלו פניו, *& concidit vultus ejus*, ſe-
,,cundum interpretes Alexandrinos, ελυ-
,,πηθη λιαν, ita ut vox שאת ſignificet *eleva-*
,,*re faciem*, vel *elevationem* faciei, voce
,,פנים *απο τȣ κοινȣ* repetita. Nam quem-
,,admodum נפל פנים *concidere facie* notat
,,triſtitiam, iram & moerorem animi,
,,externis ſignis in vultu, vel capitis de-
,,jectione proditum, & *λυπηθηναι λιαν*: ſic e
,,contrario נשא פנים *faciem attollere* no-
,,tat hilaritatem animi, fiduciamque in De-
,,um, ac bonam conſcientiam, quæ vultus
,,etiam ſerenitate & erectione capitis ſeſe
prodit.

prodit. Non denique ab hac explicatione B. ZEIBICHIVS *in Bibl. Exeget.* ad h. l. abludit, in annotatione textui subjecta scribens: „Ebr. Ists nicht so? Wenn du wohl „thust im Glauben an den Weibes Saamen „dein Opfer und Werck verrichtest Ioh. VI. 29. „so wird die Aufhebung deiner Augen gegen „GOtt und Menschen von deinem guten Ge„wissen zeugen, du wirst nicht mehr niederge„schlagen gehen. Hiob. X. 15. XI. 15. XXII. 16. De sequenti ואליך תשוקתו dictum satis ad Cap. III. 16. fuit. Nihil igitur restat, quam ut objectioni a dissentientibus h. l. formari solitæ, *quæ foeminini* חטאת *cum masculino* רבץ *constructionem, affixaque masculina in* תשוקתו *&* בו *ad foemininum* חטאת *referenda, cum genio linguæ & dictione sacra nullo conciliandum modo* opponit, consuetum illud & nondum solide refutatum: *esse generis enallagen*, respondeam. Sane si omnis enallage e sacris proscripta erit, de hac etiam exterminanda erit dispiciendum. Enallagen vero h. l. ut admittamus necesse est, nisi, quod absit, cum CLERICO quis hancce quærere rimam mallet: "posse fieri, ut „vocem חטא, quæ masculini sine dubio ge„neris est, in animo habuisset Moses. Nihil aliud autem ex hocce conjectaneo præter absonum illud & profanum exsurgit, ex oscitantia quadam MOSI loco masculini foemini-

mininum excidiſſe. Quod enim addit CLERICVS, *tales conſtructiones apud optimos ſcriptores Græcos & latinos occurrere*, ut ſcilicet minus recta lectoribus ſcribant, & rectiora ſibi cogitent, ſane hoc facili opera aſſeritur, probatu vero admodum foret difficile. Nuperrime tamen Vir doctiſsimus & pl. reverendus CHR. WILH. GROSCVRD (14) aliquam ſe reperiſſe viam (15) ad vindicandum textum ſacrum ab hac generis enallage, tanquam invento linguæ & dictioni Moſaicæ valde nocivo cet. (16) publice eruditos certiores fecit, ſcriptique ſui in vexatisſima hæc commentarii, propediem emittendi in lucem, huc ſumma redire capita enarrat, ut per ſolam reſtitutionem ſuppreſſæ ad רבץ voculæ *es*, ſeu verbi ſubſtantivi הייתה, omni reliquo, quod non habet textus, ſubjecto excluſo, explicetur rite oraculum hocce δυσνοητον. Gratulor ex animo Viro Reverendo

(14) In chartis illis THEOLOGI inſignitis nomine, ſingulis hebdomadibus opera atque cura Max. Rev. RAHTLEFI Nienburgi ad Viſurgin prodeuntibus, pag. huj. anni 335. 336.

(15) Quæ ipſi dicitur: " eine neuerfundene Erklärungs Art der erſten Unterhandlung Gottes mit " Kain.

(16) " Ein die Sprache und Moſis Schreibart beleidigender Einfall, und ein unnöthiger Weg, " der von der natürlichen Auslegungs-Art ganz " abführt.

rendo de suscepto hocce labore, nihilque magis in votis est, quam ut quantocius dia luce hæc meditatio radiet. Vnum vero hocce dubium pace Viri doctissimi proponere liceat, nondum ex facta brevi hujus exegeseos recensione apparere, *qua demum via enallage generis in affixis masculinis* בו *&* תשוקתו *ad peccatum referendis* hac versione eliminetur? Si etiam hunc verborum sacrorum sensum faciamus: *si non bonum ages, cubans es ante ostium peccati*, insequentia tamen ואליך תשוקתו *& ad te accursus eius*, nec non בו dominaberis *in eo*, necessario ad peccatum (reliqua enim subjecta, quorum non meminit textus, in hac explicatione exterminantur) (17) erunt referenda; ita vero, si proscribenda enallage est, pro תשוקתו & בו omnino בה & תשוקתה legeretur (18). Verum

(17) „Ich schließe alle fremde Subjekta außer dem „Kain von der rechten Erklärung aus.

(18) Ne solus ego hic dubitare videar, adponere liceat verba V. cel. IO. GVIL. KRAFTII loco supra cit. §. 8. p. 8. scribentis: „Vnicum, quod „aliquam difficultatem (in ea nimirum exegesi, quæ תשוקתו ad peccatum refert),„habere pot„est, est, quod affixa masculini generis in „תשוקתו & בו non videantur ad חטאת re„ferri posse, quod foeminino genere frequen„tissime occurrit. Sed, ita KRAFTIVS pergit, „non solum enallage generis frequens est in „SS. verum etiam vox illa חטאה hoc ipso com-

rum si conspectui eruditorum sistetur meletema Viri Clarissimi, huic certe dubio, aliisque, quæ objici possent, obviam itum iri persuasum habeo.

CAP. IV. 13.

Meine Sünde ist grösser, denn daß sie mir vergeben werden möge.

Min Misgierning er større, mend jeg kan bære.

Meine Missethat ist grösser, denn ich sie tragen kan.

גדול עוני מנשא. Supplet celeb. & S. R. DEYLINGIVS vocem פנים ad מנשא, quando l. c. §. III. ubi in eo totus occupatur, ut phrasin נשא פנים exponat, hæc adjicit: „ Moses in eodem hocce capite „ phrasin נשא פנים bis usurpasse videtur: „ semel v. 7. ubi שאת *levare* vel levatio „ vultus occurrit, & iterum v. 13. ubi Kain „ de peccatis admissis dolens ait: גדול עוני „ מנשא *major est iniquitas mea, quam ut at-* „ *tollam* sc. faciem meam. " Hæc DEYLINGIVS. Quod quidem ad שאת commatis 7. attinet, utique ad sententiam summi Philologi me accedere supra ex animo declaravi,

„ commate evidenter satis componitur cum par- „ ticipio masculino רבץ cet. Hæc vero sunt, quæ in meletemate Groscurdiano negantur.

ravi, quo minus vero idem de hoc comm. 13. statuam, manifeste vetat *expresse addita vox* עונִי, imo non addita solum, sed tam arcte etiam *cum* insequenti מנשא *constructa*, ut arctius non possit. Quis e. g. in hac verborum serie Esa. LIX. 1. לא קצרה יד־ יהוה מהושיע ולא כבדה אזנו משמוע ad verbum מהושיע sibi aliud cogitabit quam אותו, *Non brevior manus est, quam ut servet illa manus*, quis quæso ad משמוע aliud in mente habebit, quam idem pronomen affixum: *Non gravior auris ejus, quam ut audiat illa auris?* Quis vero aliud, quam idem pronomen in hac vocum congerie supplebit: *majus est peccatum meum, quam ut portare queam* scil. *idem hoc peccatum?* Non sane *comparatio*, cuius index est το מ infinitivo נשא præmissum, sine hac restitutione pronominis recte procedet (19). Supplet idem אותו BEN MELECH in מ״ר ad h. l. עניני עונש העון כלאמר גדול הוא אנשי מנשוא אותו ומסבלו i. e. *Vox* עון *significat poenam peccati, eoque redit mens Caini: major hæc poena est, quam ut feram eam & portem eam.* Simili modo IONATH. *Validior est rebellio mea*, quam ut sustinere possim, & TARG.

(19) Subiunxit *de ellipsi affixorum* B. SCHOETTGENIVS *Mantissam* ellipsibus Waltherianis, quæ innumera exemplorum multitudine augeri posset.

TARG. HIEROS. *Plura ſunt peccata mea, quam ut feram, ſed eſt poteſtas coram te ad donandum & remittendum ea mihi.* Conſentit IVN. & VATABL. vel potius ROB. STEPHANVS. (20) *Rectius ſic vertetur*, ille habet, *Punitio mea major eſt, quam ut eam ferre poſſim.* Idem illud B. ZELTNERVS *in Opere bibl. poſthumo*, quod in forma quadripartita Altorfii prodiit, aſſeverat, & *Belgæ* quidem in verſione exhibent: *mine Misdaet is grooter, dan dat ſy vergeven worden*, ſed in notis marginalibus addunt viri eruditi, quorum in emendatione hujus verſionis peregregiæ juſſu præpotent. Statuum Holland. eximia navata opera eſt: (21) Misdaet vor Straffe derſelven genoomen zynde, kan het aldus overgeſet worden: *Myne Straffe is grooter, men dat ik ſe ſoude konnen dragen.* Nullum enim δυνατῳ εν ταις γραφαις erit dubium, nihil hac quidem metonymia, quæ pro *peccato ejus poenam* effert, in SS. eſſe frequentius. (22) FAGIVS *ad paraphr. Chald. h. Cap. v.* 23. "Portare, *ſcribit*, peccatum hebraismus eſt, pro reum fieri, & „poenam peccati ſuſtinere. Vnde & Chriſtus

(20) Vide B. GEIERVM ad Pſ CXIX. 130.

(21) Nominetenus recenſitos eos videre eſt in B. IO. FABRICII *Hiſtor. Biblioth. ſuæ P. I. p.* 36. 37.

(22) Inſpiciatur inſtar omnium locus 1 Sam. XXVIII. 10.

„ſtus in evangelio agnus Dei, qui peccata „mundi portaverit, dicitur, id eſt, qui „poenam peccatorum totius mundi ſuſti„nuerit.“ Agmen claudat interpretum, qui pro hac expoſitione ſymbola contulerunt, B. IO. IAC. SCHVDTIVS, Philologus quondam Francofurtenſis celebratisſimus, qui in *Trifolio Hebr. Phil.* verba noſtra vertit quidem: *Magna iniquitas mea præ remittere*, ſed in *Notis vberiorib.* p. 126 ſ. mentem h. m. ſuam ulterius declarat: “ Retinuimus qui„dem verſionem conſuetam, ne quid te„mere mutaſſe videremur, noſtra tamen ſic „fert ratio, עון h. l. non iniquitatem, ſed „poenam, ſupplicium iniquitatis ſignifica„re, ut capitur, 1 Sam. XXVIII. 10. — ut „ſenſus ſit in verbis Caini: *Major eſt poena* „*iniquitatis meæ, quam ut eam ferre, vel ſu*„*ſtinere posſim.* Cui expoſitioni non ſolum, „ut diximus, verborum ſignificatio contra„ria non eſt, ſed & συναφεια & connexio „textus favet, ac ſcopus verborum Caini. „Cain enim non agnovit peccati ſui magni„tudinem, ut ſerio ipſum poeniteret, unde „nec illud deprecatur, ſed ſupplicium, quo „Deus eum afficiendum denunciat v. 11. 12. „extimuit v. 13. Nam quid v. 13. intelli„gat, ipſe ſtatim exponit: Ecce ejeciſti me „cet. v. 14. Hæc SCHVDTIVS. Effata Dei T. O. M., hæc Caini verba גדול עוני

מנשא

מנשא immediate antecedentia, poenam ei commissi peccati temporalem indixerant, quam peccati poenam metonymice peccatum ipsum & iniquitatem ipsam dicens, talem & tam gravem pronunciat, ut ferre eam nequeat, atque hujusce asserti mox rationem subjungit: *En expellis me hodie a superficie terræ & a facie tua abscondar; imo ero vagus & infestus in terra, evenietque, ut unusquisque me inveniens me sit occisurus.* Has ego tam graves iniquitatis meæ vindicias sustinere haudquaquam potero. Mihi sane hæc tam plana, tam continua textus συναφεια probari videntur, ut valde mirer, in contraria abripi Interpretes potuisse.

MANTISSA
Ebraismorum Etymologicorum e Cap. I. & II. libri Judicum erutorum.

---

v. 1.

שאול ביהוה den Herrn fragen. alias: quærere os domini.

v. 2.

תנת ביד tradere in potestatem, Jemandes Gewalt und freier Macht übergeben.

C v. 3.

v. 3.

עלה אתי בגורלי ascende mecum in ſortem meam, i. e. foedus mecum ini, & initum continua. vid. infra v. 17. h. Cap.

v. 5.

נלחם בו ויך bellum contra eum geſſit, vicitque illum, er hat wieder ihn geſtritten, und ihn geſchlagen, überwunden.

v. 6.

ינס וירדפו אחריו ויאחזו אותו Fugit quidem, ſed fugientem perſecuti ſunt, prehenderuntque, fliehen, dem Flüchtigen nacheilen, und ihn erhaſchen.

v. 6. 7.

קצץ את־בהונות ידים ורגלים it. בהונות ידים ורגלים מקצץ amputare pollices manuum pedumque, Zähe und Finger abhauen. Ein Menſch, dem Zähe und Finger abgehauen ſind.

כאשר עשיתי כן שלם־לי אלהים der Herr hat mir vergolten nach meinen Werken, quemadmodum feci ego, ita rependit mihi Deus.

לקט תחת שלחן unterm Tiſch aufleſen, colligere (micas, fruſtaque) ſub menſa.

v. 8.

לכד את־העיר expugnavit urbem, er hat die Stadt eingenommen.

־חרב

וילחמו בעיר וילכדו אותה ויכוה לפי חרב oppugnatam urbem expugnarunt, & (incolas) acie gladii percusserunt.

את־העיר שלחו באש Sie haben die Stadt im Rauch aufgehen lassen.

v. 10.

לפנים antea, hiebevor, vor diesem (*a*)

v. 12.

נתן לי בתו לאשה filiam suam mihi in uxorem dedit, ich bin sein Schwieger-Sohn worden.

v. 13.

אחי הוא הקטן ממני frater meus natu minor est, er ist mein jüngerer Bruder.

v. 14.

מה־לך Was fehlt dir, quid cupis? (*b*)

(*a*) M. I. ad Ps. CII, 26. בא בענין הקדמה sensu convenit cum voce הקדמה, sonatque *a principio*, *olim*, *quondam*.

(*b*) B. LVTHERVS integrum comma optime reddit: „Es begab sich, da sie einzog, ward ihr gerahten, daß sie fodern sollte einen Acker von „ihrem Vater, und fiel vom Esel: da sprach „Caleb zu ihr: was ist dir? Versio vero Latina, Wittenbergæ 1529 ανονυμως typis excusa, de cuius autore, an sit LVTHERVS, an alius quispiam? magnæ nostris temporibus agitantur controversiæ, hæc verba ita transfert:

Quæ cum duceretur, persuasa est, ut peteret a patre suo agrum. Quæ cum suspirasset, sedens in asino, dixit ei Caleb: Quid habes?

Hæc sane pessime vertuntur. Subsumo: Aut sibi

v. 15.

(c) הבה־לי ברכה Gieb mir einen Segen. גלות עלית וגלות תחתית. Scaturigines superioris & scaturigines inferioris (d) scil. partis

sibi ipsi manifeste contradicit LVTHERVS, aut nunquam hanc quidem versionem concinnavit. Argumentum hocce, quamvis a summe rever. D. FR WILH. KRAFTIO T. *VI. Biblioth Theol.* & huius quondam Præceptore rever. M IO. HENR. SCHVSTERO explosum fuerit, nondum tamen enervatum penitus nec refutatum est, de quo alio loco plura dicendi propediem facultas dabitur. Conferatur interim M. IO. GOTTL. WALTHERI Unumstößlich fest stehender und mit nenen unwiederleglichen Gründen bestärkter Beweiß, daß die zu Wittenberg 1529 herausgekommene lateinische Bibel weder von D. Luthern selbst, noch unter seiner Aufsicht verfertiget, und herausgegeben worden sey.cet,Ienæ 1754.

(c) BEN MELECH in מ״י in בְּרָכָה alternare putat - cum - & legendum בְּרֵכָה *piscinam* אפשר שיהיה מענין ברכות מים ואף על פי שהריש קמוצה הקמץ תחת צרי והם חריצים בנויים באבנים ובסיד ומכניסים שם מים או הוא ברכה ממש i. e. Potest fieri, ut ברכה sensum habeat & significatum των ברכות מים „ piscinarum, licet vero Kametz subscriptum „ sit literæ Resch, alternat tamen illud cum „ Tzere; indicanturque *fossæ lapidibus lateritiis* „ *& calce congestæ constructæque*, ubi, & in qui- „ bus aquæ, (capi possint) aut est benedictio „ ipsa, vel substantialis.

(d) Pro quo est Ios. XV. 19. עליות ותחתיות

partis agri, seu tractus. Hoc cum IVN. M. I. supplet אומר על חלקת השדה שהיו כה הגלות i. e. dicit scriptura de portione quadam agri, in quo sint scaturigines. (*e*)

v. 24.

הראנו נא את־מבוא העיר Indica quæso nobis ingressum urbis. Zeige uns doch, wie man in die Stadt kommen könne?

אעשה עמך חסד gratiosum me tibi exhibebo, ich will dir wohl thun.

v. 25.

שלח את האיש הזה Fac missum hunc virum, laß den Mann gehen, laß ihn unbekümmert.

v. 34.

לא נתני לרדת Non sinit me descendere, Er läst mich nicht hinunter steigen.

(*e*) Idem restituit quidem B. ZELTNERVS in opere bibl. verum vocem גלות *canales & aquæductus* verti posse putat: Gieb mir noch darzu Wasserleitungen (und Rinnen, damit ich meine Wiesen oder Felder wässern kann): Worauf er ihr auch Wasserleitungen mit Rinnen, oder Rädern, oberhalb und unterhalb (des angewiesenen Feldes oder Wiesen) zukommen lassen. Verum obstare huic significatui origo vocis a גלל videtur, *omnia* enim, quod R. Mardochai Nathan scribit, *vocabula ex verbo* גלל *deducta convolvendi significatum habent.* vid. I. H. MAIVM *ad Cocceji Lex.* adeoque, si aquas hæc vox designat, eas innuit, quæ in gyrum quasi convolvuntur, ita vero & in orbe quasi ebullire & exilire *scaturigines* e terra notum est.

v. 28.

למס שום את־אויבים ponere inimicos in tributum i. e. tributarios facere, zinßbar machen.

v. 35.

הכבד ידו ingrauescit manus eius i. e. seine Macht nimt zu, er wird immer formidabler.

CAPVT. II. v. 1.

הפיר בריתו (הפר Gen. XVII. 14.) irritum fecit foedus, er hat seinen Bund gebrochen.

v. 2.

מה־זאת עשיתם (pro על מה vel למה זאת מלאכה) ad quod hoc opus fecistis, warum thut ihr das?

v. 3.

יהיו לכם למוקש Erunt vobis in tendiculam, sie werden euch zum Fallstrick werden.

v. 3.

ישאו קולם ויבכו Attulerunt vocem suam & flerunt, sie huben an zu weinen.

v. 7.

(אב) האריך ימים אחרי (בן) Pater protraxit (vitæ) dies post filium, i.e. vita superavit, hat den Sohn überlebet.

v. 8.

מת בן־שמונים שנה Er starb achzigjährig.

v. 14.

v. 14.

לא יכלו לעמוד לפני איביהם Sie kunten ihren Feinden nichts anhaben, non poterant consistere coram inimicis suis.

v. 15.

בכל אשר יצא יד־יהוה היתה־בו לרעה GOtt ist ihm in allein entgegen, Deum habet iratum.

v. 17.

סרו מהר מן־הדרך אשר הלכו בו recesserunt celeriter a via, in qua ambulabant i. e. mentem mutarunt suam, sie sind bald anders Sinnes worden.

v. 19.

שב והשחית דרכו reversus corrupit (viam suam, Gen. VI 12. עלילות actiones Zeph. III. 7.) i. e. recidit in priora peccata, rursum impius factus est, er hat es da wieder angefangen, wo ers gelassen.

לא הפיל מדרכו הקשה non recedit ab obstinata via sua, er will seinen harten Sinn nicht fahren lassen.

עשיתי למען נסות בו אותך השומע (אם תשמעי) לקולי אם לא Feci hoc ad probandum i. e. ut experirer te in eo, utrum voci & præceptis meis gesturus morem sis an minus? Jch habe dies gethan, um dich daran zu versuchen, ob du mir würdest gehorsam seyn, oder nicht.

שמור את דרך יהוה, Fromm seyn.

Hæc

Hæc cum in chartam conjecissem, idem mecum quoad universum codicem sacrum suscepisse negotium, *Thesaurumque Phraseologiæ biblicæ ex singulis codicis sacri libris ad linguæ genium cognoscendum collectum* adornasse, Philologum dudum celebrem & eruditissimum, maximeque Reverendum Laubensium Ecclesiasten GOTTL. FRID. GVDIVM (*) per recensum scriptorum recentissimorum, qui singulis nundinis Lipsiensibus typis excudi consuevit, edoceor. Nec mora; asportari mihi & hunc viri doctissimi laborem curavi. Verum perlustratio nitidissimi operis certum me reddidit, brevitati admodum virum celebratissimum studuisse, namque hosce duntaxat idiotismos ex Cap. I.& II. Iud. erutos lego:

CAP. I. v. 7.

כַּאֲשֶׁר אשיתי וגו׳ Par pari mihi reddidit Deus.

CAP. II. v. 1.

לא אפר ברית Non violabo foedus.

v. 14.

(*) Cuius iam pridem quendam quasi prodromum, *Ebraismos* nimirum *Etymologicos ex singulis Iobi capitibus erutos* inseruit Vir Clarissimus *den fortgesezten nüzlichen Anmerk. aus der Theologie, Kirchen- und Gelehrten Historie Vol. I. Collect. IV. p. 337 ff.* itemque *Collect. VIII. p.* 823 f. *Collect. denique XII. p.* 1086 ff.

v. 14.

מכרם ביד־איביהם Tradidit eos hostium suorum potestati.

v. 15.

בכל אשר יצאו in omnibus consiliis suis.

v. 19,


לא הפילו ממעלליהם Pertinaciter inhæserunt coeptis suis.


דרך הקשה obstinatio, pertinacia.

v. 20.

עברו את בריתי foedus meum violarunt.

Non supervacaneam igitur me operam in eo, quod hic additur idiotismorum *Thesauro* V. Cl., me impendisse confido.





II.

M. IOACH. HENR. OSTERMEIER
V. D. M. in Eccl. Travemund.

COMMENTATIO EXEGETICA
ad Zach. IV. 12.

qua supplementum visionis propheticae de duabus oleis & aureo candelabro

expenditur,

memoriae Iubilaei ministerialis

Viri Summe Reverendi & excellentissimi

Domini

IOH. GOTTL. CARPZOVII

SS. Theol. D. & Eccl. Lubec. Superintendentis summis meritis conspicui,

d. XXIII. Nouemb. MDCCLIV celebrati,

sacra. (*)

Illuxit igitur, Vir summe Reverende, candidissimus & bonis omnibus exoptatus dies, quem incomparabili summi Numinis beneficio festivum celebras, ac pia devotione hilarique mente de exactis in sacro munere

(*) Serius, quam constituerat doctissimus auctor, haec gratulatio publicam lucem adspicit, quum praeter voluntatem nostram hoc ipsum, cui destinata dudum erat, volumen, non potuerit inprimi citius. S.

nere quinquaginta annis Deo Optimo Maximo solennes persolvis gratias. Memoria hodie repetis, Venerande Senex, cuius senectus non modo canis sed summis quoque meritis albescit, mirabilem divinam providentiam, cujus nutu factum est, ut in tribus nobilissimis Germaniae urbibus coetus sanctioris Doctorem summa cum laude ageres, ac Dresdam, Lipsiam & demum Lubecam eximiis tuis donis illustrares. Proinde non modo Lubeca insigni sese gaudio effert, quae Te propemodum in oculis habet, cuius facundiam, docendi dexteritatem, & in asserenda illibata doctrina promtitudinem per quinque fere lustra experta & admirata est; sed & omnes aequi eximiorum Tuorum meritorum aestimatores omnibus laetitiis incedunt. Pervagatur enim Nominis Tui celebritas totius Ecclesiae Evangelicae fines, quae Tuas excellentissimas dotes, quas larga manu in Te Deus bonorum omnium dator contulit, Tuam consummatam eruditionem, quam etiam exasciatis scriptis laude nunquam intermoritura dignissimis testatam reddidisti, &, quae principem tenent locum, Tuum verae religionis ac sincerae pietatis studium dudum suspexit, Teque illustris Carpzovianae stirpis decus & ornamentum principibus nostri saeculi Theologis annumerat. Quapropter rarissimum hanc

hanc felicitatem, qua hodierno die a Deo ornaris, Tibi gratulantur, piaque pro incolumitate Tua vota ſolvunt, quicunque magnitudini admirandarum Tuarum virtutum aliquod modo pretium conſtituere norunt. Cum vero nomen meum inter illos profitear, quibus eximiae Tuae virtutes venerationi ſunt, qvosqve juvat de Tuo amore & favore gloriari, jure quodam meo in ſocietatem communis huius gaudii venio, ac pia pro ſalute Tua vota nuncupo. Maximas igitur gratias Deo Eccleſiae ſtatori ago, qui vegetam vividamque ſenectutem Tibi largitus eſt, ut munus graviſſimum alacriter huc usque peragere valueris, eumque indeſinenter veneror, ut Te quam diutiſſime lectiſſimae conjugi, ſexus ſui ornamento, Tuis omnibus ac ſingulis, & Eccleſiae ſuperſtitem eſſe jubeat. Ne vero manibus plane vacuis ad Te accederem, paucas haſce pagellas Tibi offerre conſtitui, quas ut benigne ſuſcipias, nec tam rei oblatae pretium, quam offerentis animum aeſtimes, eſt quod decentiſſimis precibus a Te contendo.

§. I.

Complectitur comma 12 Cap. IV. vaticiniorum ZACHARIAE novum viſionis propheticae ſupplementum. Recitaverat enim

Pro-

Propheta comm. 2 & 3 oblatam ſibi viſionem de aureo candelabro ſeptem lucernis inſtructo, & duabis oleis, quarum altera ad dextram lecythi, quae erat in ſummitate candelabri, altera ad ſiniſtram poſita erat. Cum igitur comm. 11. ſigillatim emblematis de duabus oleis explicationem ab Angelo ſciſcitatus eſſet; comm. ſequente 12. quaedam in viſione non ſatis obſervata accuratius expendit eorumque ſignificationem deſiderat. Verba prophetica in textu originali ſic expreſſa leguntur: ואען שנית ואמר אליך מה־שתי שבלי הזיתים אשר ביד שני צנתרות הזהב המריקים מעליהם הזהב H. e. *Et reſpondi iterum & dixi ad ipſum: Quid duae illae ſpicae olearum, quae ſunt in ſpatio duorum tuborum aureorum, qui effundunt a ſe aureum illum liquorem?*

§. II.

Dirigit Propheta ſermonem ad Angelum, quem ter in capite praeſenti & alias in Prophetia ſua hac peculiari nota inſignit: המלאך הדובר בי *Angelus loquens in me.* Quem quidem perperam creatis angelis annumerant HVGO GROTIVS 1), & SIMON EPISCOPIVS 2), cum illuſtria adſint argumenta, ex quibus colligitur, hunc Angelum & a reliquis creatis angelis diſtinctum

&

& personam divinam fuisse. Etenim nomen JEHOVA absolute & in casu recto huic Angelo tribuitur Zach. III. 2, qui comm. 1. praecedente & sequente 6. *Angelus Jehovae* appellatur. Deinde Propheta noster hunc Angelum ut angelorum Dominum & a creatis angelis discernendum proponit Cap. I. 8. 9. 10. 3). Accedit, ipsam constructionem verbi דבר cum ב ex usu Scripturae S. opus quoddam soli Deo vindicandum, nimirum inspirationem, indicare, conf. Num. XII. 28. 2 Sam. XXIII. 2. Hos. I. 2. 4). Nec tamen placet nobis IOH. COCCEII 5) & PETRI van HOEKE 6) sententia, qui per hunc Angelum *Spiritum S.* intelligunt, quae vel hoc nomine incommoda nec similis vero censetur, quod nullibi in sacris litteris Spiritus S. angelus appellatur. Nihil vero dubitamus, hunc Angelum esse Filium Dei, legatum & nuncium divinum, summa eminentia omnibus aliis angelis longissime antecellentem. Idem enim Angelus, qui in Propheta loquebatur, מלאך יהוה *Angelus* seu *Legatus Jehovae* appellatur Zach. I. 11. 12. 13. 14. Cap. III. 1-6, quo illustri charactere in multis aliis Scripturae V. T. locis Filius Dei notatur Gen. XV. 7. 11. Cap. XXII. 11. 15. Cap. XXXII. 25. coll. Hos. XII. 4. 5. Ex. III. 2. Cap. XXIII. 20. 23. Num. XXII. 22. 35. Iud. II. 1. 4. Cap. V. 23. Cap. VI. 11.

12.

12. Ieſ. LXIII. 9. Nuncupat hunc Angelum Propheta noſter, Davidis veſtigia Pſ. CX. 1. premens, quinquies *Dominum ſuum* Cap. I. 9. Cap. IV. 4. 5. 13. Cap. VI. 4. Adſcribit eidem interceſſionem officium Chriſti mediatorium eleganter adumbrantem Cap. I. 12. 13. e quorum commatum collatione clare innoteſcit, Angelum Iehovae intercedentem & Angelum loquentem in Propheta unam eandemque perſonam eſſe. Tribuitur eidem vindicta in hoſtes Eccleſiae Cap. II, 13. dominium in populum Dei Cap. II. 15, & defenſio Eccleſiae Cap. III. 1. 6. Qvae luculenter evincunt, aptiſſime hac phraſi Filium Dei intelligi, qui Spiritus ſui virtute internam revelationem Prophetae ſuggeſſit, & alloquio ſuo verba Dei ceu ſummus Eccleſiae Doctor declaravit.

1) Ad Zach. I. 9.
2) L. II. Inſtitut. Theol. Cap. I. p. 24.
3) Conf. A. CALOVII Biblia Illuſtr. ad h. l. IOH. MARCKII Comment. in Proph. min. p. 894. & BRAND. HENR. GEBHARDI Gründliche Einleitung in die kleinen Propheten p. 1239, qui accurate probarunt, Virum inter myrtos ſtantem, Angelum Iehovae & Angelum in Propheta loquentem unam eandemque eſſe perſonam.
4) Vid. FESSEL. Adverſar. S. Lib. V. Cap. II. p. 423.
5) Comment. ad Zach. I. 9. p. m. 476.
6) In der zergliedernden Auslegung über die drey letztere kleine Propheten p. 110. 162.

§. III.

§. III.

Quaerit autem Propheta ex Angelo: מה־שתי שבלי הזיתים. *Quid sunt duae spicae olearum?* Originaria vocis שבלים, cuius singularis שבלת est, significatio *ductum* seu *meatum* notat, quae nobis innotescit, si & alia cognata etyma, ut שבל Ies. XLVII. 2, quae vox brachii partem a cubito ad palmam decurrentem 1), & שביל Ps. XXXV, 11, quae *viam* seu *semitam* significat, in subsidium vocentur. Hinc eadem vox praeter *fluentum* seu *alveum fluminis* Ps. LXIX. 3. Ies. XXVII. 12. *culmum* seu *spicam* significat Gen. XLI. 5. Iob. XXIV. 24. Ies. XVII. 5. Respicit hic ad *alvei* notionem CALVINVS 2), & continuum olei fluxum voce שבלים indicari existimat, qui ex olearum biga ad utrumque latus candelabri positarum provenerit. Accurata tamen emblematis consideratio, quae comm. 2. 3. traditur, ad significationem alteram, quae *spicam* notat, hic attendendum esse docet. Adstabant nimirum candelabro ad utrumque latus duae oleae, quarum rami ad lecythum candelabro incumbentem vergebant, supra lecythum duo צנתרות הזהב (quibus tubos aureos indicari sequente paragrapho probabitur) eminebant, quorum unus ad dextrum, alter ad sinistrum latus assurgebat. Vtriusque autem tubi orificium inferius lecytho oleum infun-

infundebat, ſuperius, quod ſine dubio ſpatii majoris erat, recipiebat olearum baccas, qvibus rami impendentes onuſti erant, e quibus oleum large deſtillabat. Quibus obſervatis, merito praeferendam eſſe ducimus *ſpicarum* notionem, & Prophetam ramos olearum baccis refertos intelligere arbitramur; ubi ob ſimilitudinem baccas granis, ramos culmo comparat. Quemadmodum igitur uberes ſpicae granis frumenti turgent; ſic olearum termites utrinque ori ſuperno binorum tuborum imminentes baccis pleni erant, ac ſpicae referebant imaginem. Expreſſere hinc ramorum notionem Interpretes Alex. haec verba reddentes *οἱ δύο κλάδοι τῶν ἐλαιῶν*, quorum veſtigia in translationibus ſuis legerunt HIERONYMVS 3), b. LVTHERVS, Angli, Gallus, Genevenſis & Iudaei in Bibliis Hebraeo-Germanicis. Cum vero minime veriſimile ſit, duos tantum ramuſculos e binis oleis tuborum orificiis incubuiſſe, quia larga olei copia ad alendas candelabri lucernas requirebatur, conſultius omnino eſt, metaphoram in fonte obviam preſſius efferre, & cum *Vulgato* & IO. COCCEIO l. c. *ſpicarum* notionem retinere, quibus praeivit IONATHAN VZIELIDES, qui in Paraphraſi Chaldaea verba prophetica: תרין שובלי זיתיא *duae ſpicae olivarum*, trans-

transtulit, ut ita spicae nomine non unus, sed complures termites baccis referti intelligantur. Commode tamen in hac visione cum VITRINGA 4) duo rami majores seu propagines prominentes pluribus scilicet ramusculis baccis circa culmina refertis insignes intelliguntur.

1) Vid. VITRINGA Commentar. in Ies. ad h. l. Tom. II. p. 525.
2) Apud POLVM ad h. l.
3) Comment. in Zachariam ad h. l. Tom. VI. Opp. pag. 199.
4) Comment. posthumi in Zachariam p. 278.

§. IV.

Pergimus ad considerationem vocis צנתרות, quae semel tantum in codice hebraeo legitur. A IONATHANE in exquirenda huius vocis notione vix suppetias exspectabis, qui hanc dubiae significationis voce אסקריטין effert, quam quidem BVXTORFIVS in *Lexico maiori Chaldaeo-Rabbinico*, *fistulas* seu *canales* reddit, locum nostrum considerans; liquet tamen, eandem simul respondere voci hebraeae צפיחת *Laganis* seu *placentis* Exod. XVI. 31, vbi eandem vocem אסקריטון in paraphrasi adhibet ONKELOS. KIMCHI ad h. l. sequentem τῶν צנתרות descriptionem tradit: חם כלים כמין - צפחת: *Illi vasa erant ad speciem scyphi seu ampullae*, quam-

quamvis in libro radicum afferat, vafa illa ad fimilitudinem fiftularum accesfiffe. Interpretes Alex. hanc vocem μυξωτῆρες transferunt, quod verbum apud antiquae Graeciae fcriptores *nares* notat, & a POLLVCE per *κοιλωματα της ῥινος concavitates nafi* explicatur, quos HIERONYMVS l. c. fequitur, qui hic habet *nares aureos*. ABARBANEL צנתרות vocat הכלים שהשמן נעשה בהם *Inftrumenta quibus oleum expresfum eft*, cujus veftigia IOH. COCCEIVS & Iudaei in Bibliis Hebraeo-Germanicis infiftunt, hebraea reddentes: *die zwei guldene Keltern*. Cum vero ABARBANELIS interpretatio de prelis proprie dictis e vocibus analogis linguæ fanctæ probari nequeat, fed mera conjectura nitatur, eadem facilitate rejicitur, qua afferitur, eidemque merito fignificatio *tubi* praefertur. Vox enim vicina hebraea צנור *tubum* feu *canalem* 2 Sam. V. 8, Pf. XLII. 8. &, quod minime praetereundum eft, צנתר in chaldaica lingua idem notat, quod ex altera paraphrafi in Efther probatur, ubi tefte IO. BVXTORFIO in *Lexico Maj*. Cap. 1. 2. תרין צנתרין דדהב *duorum tuborum aureorum* mentio fit. Quapropter cum IVNIO & TREMELLIO aliisque fignificationem tuborum merito retinemus. Immo eo minus fignificatio huius vocis, qua in Chaldaica lingua gaudet, negligenda eft cum

Propheta noſter magnam aetatis partem in Chaldaea triverit. Propius quoque huc accedit Vulgatus, qui *roſtra aurea* vertit, atque ita fiſtulas intelligit, in quas oleum ex olivis proveniens defluxerit. Nulla certe neceſſitate conſtringimur, ut hic de prelis proprie talibus cogitemus. Olei enim, quod ex olivis provenit, tres erant ſpecies I.) quod ſponte ex olivis fluebat, II.) quoddam excuſſum & III.) quoddam erat ope prelorum expreſſum. 1) Commodisſime autem hic prima olei ſpecies intelligitur, quod nimirum ſponte ex olivis maturis defluebat, cuius generis olivae a DIDYMO apud ATHENAEVM 2) δρυπεπεῖς ἰσχάδες & γεργέριμοι appellantur. Minime tamen diffitemur cum VITRINGA, hoſce tubos hac ratione vicem prelorum ſuſtinere, quia olivae oleo turgidae in orificia ſuperiora tuborum, quae latiora erant, copioſe immiſſae ſe mutuo premebant, & ſic oleum abundanter effundebant 3). Atque hunc quidem ſpicarum olearum ſitum curatius Propheta deſcribit, aſſerens, eas fuiſſe ביד שני צנתרות הזהב in manu duorum tuborum aureorum. Presſius hic litteram hebraeam Interpr. Alex. ſequuntur, haec verba reddentes: οἱ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν δύο μυξωτήρων. Nec tamen neceſſe eſt, ut cum b. BRAND. HENR. GEBHARDI conjiciamus, Prophetam binas vivas

manus

manus ad superiores tuborum partes conspexisse, quae oleum ex olivis expresserint 4), cum planissimam interpretandi viam aperiant IOH. DRVSIVS & SAM. BOHLIVS, observantes, יד hic ex usu linguae s. *locum* seu *spatium* notare ut Neh. VII. 4. Ps. CIV. 24. Indicat ergo Propheta, superioribus duorum tuborum orificiis hasce olearum spicas proxime imminuisse, & olivas in tubos immisisse.

1) Recenset hasce olei species doctissimus Anglus ANDR. WILLETVS in Comment. in Levit. cit. IOH. NICOLAI in Notis ad SIGONIVM de Republ. Hebraeor. p. 112.
2) Dipnos. Lib. II. p. 56.
3) Comment. in Ies. Cap. V. 2. & in Zachariam p. 282. 4) l. c. p. 1293.
5) Vid. DRVSIVS apud POLVM ad h. l. & SAM. BOHL. Analys. Zach. p. 63.

§. V.

Affirmat Propheta de binis aureis tubis המריקים מעליהם הזהב, *effundentes seu evacuantes e summitatibus suis aurum.* Res ipsa docet, nomen זהב hic in translata notione sumendum esse, ipsumque hac voce intelligi oleum, quod ex olivis destillans per tubos aureos in lecythum aurei candelabri defluxit, quod recte h. l. ad vocem זהב KIMCHI observat, notans השמן הזך כזהב

 oleum

oleum purum ficut aurum, consimile videlicet purissimo & optimae notaę oleo, quod alendis lucernis candelabri sancti Mosaici inserviebat, de quo Deus Mosi Exod. XXVII,20. praecepit. Accedit, IONATHANEM in paraphrasi τὸ זהב voce משחא *oleo* diserte explicare. Comparatur autem hoc oleum a Propheta auro, quia non modo purissimum & praestantissimum erat, auri utpote metalli nobilissimi & purissimi similitudinem referens, sed quia per tubos aureos in auream lecythum defluens auratum videbatur, cum aurum undique ex oleo pellucido transluceret. Opportune hic PLVTARCHI meminimus de oleo observantis: των δε αλλων υγρων διαφανες μαλιςα τουλαιον εςι πλειςω χρωμενον αερι: *Inter reliquos humores maxime pellucidum est oleum, quia plurimum in se habet aëris* 1). Perpendit igitur apud se Propheta perpetuum subsidium, quod luminaribus lucernarum candelabri praebebatur, cum nulla vi humana in lecythum deflueret oleum, quo lucernae irrigabantur, sed tubi aurei oleum, ex olivis ubertim destillans lecytho subministrarent. Versatur in clara luce phrasis hebraea, quamobrem hic merito supersedemus recensione translationum Interp. Alex., HIERONYMI aliorumque, in reddendis ultimis hujus commatis verbis nimium quantum a textu hebraeo deflectentium,

tium, cujus errati ratio eſt, quod τὸ זהב in ſignificatione propria intellexerunt.

1) De primo Frigido Tom. II. Opp. p. 950.

§. VI.

Conſideravimus huc usque viſionis propheticae litteram: in eo jam verſabitur opera noſtra, ut in rem ipſam hac figura ſignificatam inquiramus. Declaranda igitur nobis erunt tum ramorum baccis onuſtorum utrinque candelabro imminentium, tum olei in lecythum defluentis ac denique tuborum aureorum myſteria. In quibus eruendis vix feliciter progrediemur, niſi nobis conſtet, quid candelabrum aureum a Propheta per viſum ſpectatum, quid geminae oleae utrinque ejusdem latera tenentes adumbrent. Quapropter pace lectorum noſtrorum haec uberius evolvere nobis licebit. Refert Propheta emblema Cap. IV. comm. 2. 3. his verbis: *Video, & ecce candelabrum aureum totum, & lecythus ſuper capite ejus, & ſeptem lucernae ejus juxta illam; ſepteni tubuli lucernis, quae ſunt ad caput ejus. Et duae oleae juxta illud, altera ad dextram lecythi, altera ad ſiniſtram.* Animadvertimus hic diverſam candelabri prophetici ſtructuram a moſaico cujus deſcriptionem Moſes Exod. XXV. 31 ſq. tradit. Etſi enim utrumque in eo conveniret, quod

utrumque & aureum & ſeptem lucernis inſtructum erat, magna tamen utriusque figurae differentia eſt. E ſuperficie enim baſeos candelabri moſaici in altum ſurgebat קנה ſeu *ſcapus*, Vulgato *haſtile*, Interpretibus autem Alex. καυλος appellatus, qui lucernam mediam ſuſtentabat, a Thalmudicis & MAIMONIDE 1) נר המערבי *lucernam occidentalem* dictam, quia ellychnium ſuum verſus adytum convertebat. Ex hoc ſcapo medio ſex rami utrimque inflexi prodibant, quibus ſex reliquae lucernae, orificia ſua ad ſcapum ſeu mediam lucernam dirigentes, impoſitae erant. Alia vero erat figura candelabri prophetici, in cujus ſcapi ſummitate גלה *lecythus* poſita erat, oleo e duobus tubis fluenti recipiendo apta, quod inde ad lucernas derivabatur. Superiorem hujus candelabri partem ſeptem lucernae cingebant, quarum ſingulae ſeptem tubulis ſeu infundibulis inſtructae erant, commeatum oleo a lecytho ad lucernas praebentes. Non ſumus neſcii, TREMELLIVM & IVNIVM in verbis Prophetae שבעה ושבעה מוצקות לנרות συγχυσιν verborum ſtatuere, eamque ita evolvere: *ſeptemque infundibula ſeptem illis lucernis*, quos IOH. COCCEIVS aliique ſequuntur; et b. GLASSIVM cum IONATHANE VZIELIDE arbitrari, quod bina infundibula ſingulis lucernis reſponderint 2):

rint 2): verum cum b. LVTHERO & SAL. JARCHI 3) illam interpretationem praeferimus, qua cuilibet lucernae ſeptem infundibula aſſignantur, quoniam numeralia geminata ex uſu linguae hebraeae diſtributiva ſunt 4), & hoc modo imago rei ſignificatae optime reſpondet, quod infra probabimus.

1) Hal. Beth habbechira Cap. III. §. 8. cit. IOS. HENR. OPITIO Diſſert. de candelabri Moſaici ſtructura. p. 32

2) Philol. ſ. L. I. Tract. 1. p. 166.

3) Verba IARCHII ad h. l. haec ſunt שבעה ושבעה מוצקות לכל נר i. e. *ſeptem infundibula ſingulis lucernis* (erant).

4) Vid. GLASSIVS l. c. L. III. Tract. 1. p. 550.

§. VII.

Prius autem quam diſpiciamus, quo directe emblema propheticum de aureo candelabro ſpectet, indubium & extra controverſiam ſit, illud eſſe imaginem Eccleſiae & ſigillatim illius, quae Novi Teſtamenti temporibus colligenda erat. Convenit ſententia noſtra generatim ſpectata praeſtantiſſimis interpretibus, immo illis quoque, quibus placet, viſionem propheticam inprimis imaginem felicis progreſſus in iterata aedificatione templi ac inſtauratione rei publicae Iudaicae referre, quamobrem lectores noſtros ad FRID. BALDVINVM 1), IOH. TAR-

TARNOVIUM 2), ABR. CALOVIUM 3) & IOH. MARCKIUM 4) remittimus. Candelabrum enim aureum emblema Ecclesiae esse, clare nos docet visio Iohannea Apoc. I. 12. 13. coll. comm. 20. Sed & digitum huc intendit Angelus Iehovae, comm. 5. dicens ad Prophetam: *Annon scis, quid sint haec?* Quibus verbis tarditatem & stuporem Prophetae leniter exprobat. Haec vero exprobatio minime opportuna fuisset, nisi signum pariter ac res eodem adumbrata in Ecclesia Judaica nota fuisset, facili nimirum negotio colligenda ex aureo candelabro mosaico ejusque mysteriis. Praeterquam enim, quod lucerna media scapo imposita, *Occidentalis* appellata, ad quam sex reliquae lucernae sua lumina dirigebant, Messiam το φως το ἀληθινον Ioh. I. 9. το φως τȣ κοσμȣ Ioh. VIII. 12. figuraret 5), erat hoc candelabrum typus Ecclesiae, quae Christi lumine collustratur, & ministerio Evangelii lucem doctrinae coelestis & sanctitatis prae se fert Matth. V. 14. 15. 16, quamobrem fideles *lux in Domino* vocantur Eph. V. 8. Conferri hic omnino meretur adhortatio Apostolica ad fideles Philippenses directa: *Ut sitis inculpati & simplices, Dei filii, inculpati in medio gentis pravae ac perversae, inter quos splendetis ὡς φωςηρες ἐν κοσμῳ, λογον ζωης ἐπεχοντες, ut luminaria in mundo, verbum vitae continentes.* Constabat

ſtabat hoc candelabrum ex auro, quod tum Chriſti Salvatoris beneficia, quibus fideles ornati ſunt, tum praeſtantiam fidelium Thr. IV. 2, praeſtantiam ſapientiae Prov. III. 14. Fidei 1 Petr. I. 7. & Sanctitatis 1 Petr. III. 3. 4. deſignabat 6). Oleum, quod alias ſaepe in Scriptura ſ. Evangelii fideique 7), immo Spiritus S. ejusque multiplicium chariſmatum, fidelibus Eccleſiae civibus impertitorum, illuſtre & elegans ſymbolum eſt 8), eadem hic quoque ſignificat, ſique ſigillatim ceu lucernis alendis deſtinatum conſideretur, adumbrat inprimis Spiritum ſapientiae, cognitionis, ac amoris, diſpellentem tenebras ignorantiae & impietatis, & accendentis in animabus fidelium eximiam lucem divinique amoris flammam. Nec ullum dubium eſt, aureum candelabrum Zachariae in viſione oblatum earundem rerum imaginem gerere. Animadvertendum tamen eſt, hoc candelabrum inprimis egregiam figuram *Eccleſiae N. T.* eſſe. Habebat quidem moſaicum candelabrum σκιαν των μελλοντων Hebr. IX. 2. X. 1. adeoque etiam Eccleſiae N. T. imaginem referebat. Cum vero noctu ſolum luceret, quapropter ſub veſperam accendebatur, & mane extinguebatur Ex. XXVII. 21. Cap. XXX. 8. 1 Sam. III. 3 9): adumbrabat hac ratione Veteris Oeconomiae tempus aſſimilatum nocti, quae exorta die

die N. Testamenti praeteriit Rom. XIII. 12, qua typicum candelabrum extinguendum, totusque cultus Leviticus abrogandus erat. 10.) Candelabrum vero nostrum propheticum oeconomiae perfectioris imago est, & egregie depingit Ecclesiam illa temporis periodo florentem, qua corpore praesente umbrae evanescunt, & sole oriente dispalescunt tenebrae. Singulis enim candelabri lucernis perpetuo defluvio oleum suppeditabatur, ne unquam ellychnia exsiccata extinguerentur. Nec denique praetermittenda hoc loco est mirabilis olei copia lucernis lychnuchi alendis inserviens, quarum singulae septem infundibulis instructae erant, (§. VI.) quae luculenter innuit singularem donorum Spiritus S. ubertatem tempori N. T. aptissime convenientem Act. II. 33.

1) Commentar. in Zachar. Cap. IV. 2. 3, qui additus est Comment. IOH. SCHMIDII in Proph. min. p. 1463.
2) Comment. in Proph. min. p. 116.
3) Bibl. Illustr. ad h. l.
4) Comment. in Proph. min. p. 948.
5) Pluribus haec praeclare persecutus est celeb. DEILING Observ. L. II. Observ. XXXII. p. 412 sqq.
6) Vid. GLASS. Phil. S. Lib. V. Tract. I Cap. X. p. 1730. coll. H. WITSII Miscell. S. Lib. II. Diss. I. p 339.
7) Ies. I. 6. Matth. XXV. 4. Luc. X. 34.
8) Evolvit hoc symbolum uberius praeter RA-
VANEL-

VANELLVM Biblioth. s. v. *Oleum*, VITRINGA Comment. in Ies. Tom. I. p 289.

4) Vid. H. WITSIVS loc. cit. p. 340. Excipienda tamen est ex relatione Magistrorum Hebraeorum lucerna media, quae nunquam extincta est, quamvis memorabili omine quadraginta annos ante templi excidium extincta manserit. Conferatur huc illustris locus e Tractatu Ioma Cap. IV fol. 39 b a WAGENSEILIO in Sota Cap. IX. Sect IX. p 926. SAM. BOCHARTO Hieroz. Part I. L. II. Cap. XLV. p 657. IOH. LIGHTFOOT T. II. Opp. p. 369. & SAL. DEILING l. c. p. 413 productus: *Tradunt Magistri nostri, quadraginta annis ante templi desolationem non tetigit amplius sors hircum a dextra constitutum,* (qua de sortitione agitur Lev. XVI.) *nec lingua coccinea* (quae inter cornua ad frontem hirci emittendi in signum dimissorum peccatorum albescere solebat) *amplius canduit, neque lucerna occidentalis arsit, atque templi fores sua sponte patuerunt.*

10) Vid. H. WITSIVS l. c.

§. VIII.

Rei cardo nunc in eo vertitur momento, ut demonstretur, quo directe emblema propheticum de aureo candelabro referendum sit. Observanda hic est communior Judaeorum & Christianorum interpretum de tota visione sententia, cuius summa est, hac visione indicari instaurationem templi & ministerii sacri, quam refert & his verbis approbat immortalis famae Theologus ABR. CALOVIVS: *Rectius alii instaurationem tem-*

pli

pli & ministerii sacri per Zerobabelem & Iosuam peragendam in hac visione adumbrari docent, & quidem non templi materialis, sed imprimis Ecclesiae, cuius gratia templum reparandum erat, ejusdem conservationem & perfectionem sub Principibus & Sacerdotibus populi Dei figuratam esse usque ad Christi adventum agnoscimus 1). Placet hæc interpretatio Megalandro LVTHERO 2), b. FRID. BALDVINO 3), ac pluribus aliis, quos praetermittimus, rata habetur. Iuvabit tamen IOH. MARKII de scopo emblematis sententiam producere, qui similiter arbitratur, *hunc spectare directe ad Templi veteris reaedificationem consummatam coll. comm.* 7. 9. 10. *etiamsi in illa ulterius rerum spiritualium emblema haud inelegans concedat, quemadmodum illud in partibus & suppellectili omni Tabernaculi & Templi olim semper verissime adfuerit* 4). Sigillatim CASTRIVS 5), IO. TARNOVIVS 6) & Belgici Interpp. 7) existimant, hocce candelabro egregie exornato, & pulchre instructo significari, templum plene extendendum esse, ut sacrum candelabrum eidem denuo inferatur.

1) Vid. Bibl. illustr. ad h. l.
2) Conf. eius Commentar. ad Zachariam Tom. VI. ed. Hallens. col. 3402.
3) l. c. p 1460. 4) loc. cit.
5) Comment. in Prophetas min. p. 450.
6) loc. cit. p. m. 120.
7) In Bibliis Heidelbergens. sumtu THEODORI FALKEISEN Anno 1668 editis.

§. IX.

§. IX.

Quodsi vero verba Angeli Jehovae, quibus visionis significationem exponit, curate expendamus, nihil dubitamus, quin hoc emblema directe ex intentione Spiritus Christi, in Prophetis habitantis, *templi spiritualis*, antitypi scilicet templi Zorobabelis Zach. VI. 12, seu *Ecclesiae Novi Testamenti* imaginem referat. Haec enim sunt verba Angeli Iehovae, ZOROBABELI insinuanda, ne de reaedificatione templi cultusque divini restitutione desperet, sed coeptum opus graviter urgeat: *Hoc est verbum Iehovae* (adumbratum scilicet visionis typo) *ad Zorobabelem dicendo: non virtute neque vi, sed spiritu meo ait Jehova exercituum.* Zachar. IV. 6. Veneramur quidem admirandas providae Numinis curae vias, in reaedificatione templi & instauratione cultus publici ac politiae Iudaicae conspicuas: quibus factum est, ut Judaei reduces duris initiis usi, variisque malis sub Regibus a Samaritanis aliisque, qui in summas illos angustias adducere allaborabant, pressi, Darium Hystaspidem rebus suis faventem experti sint. Hujus enim animus a Deo movebatur, ut inspectis regni commentariis Judaeorum apologiae locum daret, Cyrique edictum de exstruendo templo secundo novo mandato firmaret. Esd. VI, 1 sqq. Cap. VII. 27. 1), cujus structuram, quam

quam moniti a Prophetis θεοπνεύςοις, nondum impetrata a Rege venia, aggressi erant Hagg. I. 12. Cap. II. 2 sqq. anno tandem sexto Darii finierunt Esd. VI. 15. Nec minus admirandum providentiae theatrum se ubique prodit in restauratione munimentorum templi & urbis, ac constitutione reipublicae Judaicae, cultus divini hospitii, quibus perficiendis, mortuo Zorobabele, praeclaram operam Esdras & Nehemias navarunt 2). Attamen de templo proprie minime asseri potest, quod sine vi humana exstructum sit, & sigillatim restauratio murorum & munimentorum templi (quae notione generali voce templi simul indicabantur 3), ac urbis sub Nehemia non sine virtute bellica perfecta est. Nehemias enim patriae amantissimus, perspectis hostium insidiis, quibus constitutum erat, Judaeos in restauratione munimentorum moeniumque occupatos inopinato opprimere, sese cum suis forti defensioni accingebat, & ut pars ministrorum in opere ageret, pars vero cum spiculis scuta, arcus & loricas tenerent, immo ipsi operarii altera manu operi imcumberent, altera missile gererent, omnesque gladio cincti essent, auctor erat Neh. IV. 16. 17. 18. His igitur subductis rationibus, verba angeli Jehovae de templo spirituali, quod Vir צמח exstructurus erat Zach. VI, 12, domo scilicet Dei,

Dei, quae est Ecclesia Dei viventis 1 Tim. III. 15; quam Christus κατεσκευασε Hebr. III. 4, & aedificavit Matth. XVI. 18, cujus fundamenta infinito suo merito jecit, intelligimus. Hoc enim templum demum fere dicitur non בחיל *fortitudine bellica*, seu exercitu, quae significatio vocis est 2 Reg. VI. 15. Ps. CX. 3, nec בכח *viribus opibusque humanis* Prov. XX. 29. Dan. XI. 6. sed Spiritu Domini exstructum esse, quod admiranda doctrinae evangelicae propagatio & collectio Ecclesiae ex gente Judaica Christi institutis vehementer adversante, ceterisque gentibus, quarum animos densissimae superstitionis & idololatriae tenebrae pene oppresserant, abunde confirmat. Liceat nobis haec eruditissimi GROTII verbis, quibus & vis & nervus inest, eloqui: *Videmus ita plerosque homines comparatos esse, ut regum & potentum exempla facile sequantur: eoque magis, si lex etiam & coactio adsit. Hinc paganicarum religionum, hinc Mahumeticae incrementa. At qui Christianam religionem primi docuerunt, non modo sine imperio omni fuerunt, sed & fortunae humilis, piscatores, textores, & si quid his simile. Et horum tamen opera dogma illud intra annos triginta aut circiter, non tantum per omnes Romani imperii partes, sed ad Parthos quoque & Indos pervenit. Nec tantum ipso initio, sed*

E per

per tria ferme saecula, privatorum opera, sine minis ullis, sine ullis invitamentis, immo renitente quam maxime eorum vi, qui imperia obtinebant, promota est haec religio, ita ut antequam Constantinus Christianismum profiteretur, haec pars Romani orbis prope maior esset 4), cui addatur laudis nunquam intermoriturae Theologus ÆGID. HVNNIVS 5) & doctissimus Anglus EDVARD. STILLINGFLEET 6). Quare nihil restat, nisi ut dicamus, hanc esse optimam verborum propheticorum interpretationem: *Quemadmodum candelabro sine ulla arte vel opera humana, divina solummodo providentia, oleum subministratur, quod lucernis alendis affluenter sufficit: sic Ecclesia N. T. constituetur & conservabitur non humanis praesidiis, nec apparatu bellico, sed meo Spiritu ejusque efficacia, omnium adversariorum conatibus superiore.*

1) Conf. IAC. VSSERIVS Annal. V. T. Æt. mundi VI. de Imperio Persico p. 83 & AVGVSTINVS TORNIELLVS Annal. S. Æt. M. VI. ad Ann. 86 p. 204, quibus add. MELCH. LEYDEKKER de vario Reipubl. Hebr. statu l. VI. p. 424.

2) Conf. MELCH. LEYDEKKER l. c. p. 439 sq. & B. BVDDEVS H. Eccl. V. T. Tom. II. p 903 sqq. & 907 sqq.

3) Praeclare hoc observavit HVMFREDVS PRIDEAUX Connex. V. & N. T. Part. II. p. 200.

4) De ver. relig. Christ. p. 90 sq.

5) De Maiestate S. Sacrae Arg. XV. Tom. I. Opp. p. 34.

6) Orig. Sacr. Cap. IX. p. 656 sqq.

§. X.

§. X.

Nec ſane haec ſententia, qua emblema propheticum de aureo candelabro directe refertur ad Eccleſiam N. T., fini, quem Propheta intuetur, nec connexioni textus, repugnat. Protenſa quidem manu largimur, hoc caput ad erigendum populum e Babylonia reducem, & inprimis ejus Ducem Zorobabelem accommodatum eſſe, ne de aedificatione templi ac inſtauratione politiae cultusque divini deſperent, ita tamen, ut Zorobabel ſit typus venturi Meſſiae 1), & promiſſa ipſi facta in Chriſto & conſtitutione ac propagatione Eccleſiae N. T. temporibus Spiritu Chriſti perficienda impleta ſint. Verba enim & modi loquendi, quos Propheta e ſuorum temporum facie mutuatus eſt, tum demum juſta emphaſi gaudent, ſi meminerimus, illum iis ad pingenda N.T. myſteria uti. Confidenter autem aſſerimus, a ſcopo Prophetae minime alienum eſſe, ſi vel maxime viſum de aureo candelabro directe ſtatuatur ſymbolum Eccleſiae N. T. Quemadmodum enim vaticinium de Immanuele e virgine naſcituro Ieſ. VII. 14. infallibile ſignum erat, obſidionem, qua Retzin Rex Syriae & Pekachus Rex Iſraelis Hieroſolymam cinxerant, ſolvendam eſſe, & certum reddebat familiam Davidicam, panico timore perculſam, illam minime a foederatis regi-

 bus

bus exſtirpatum iri, ſed ad tempora Mesſiae propagandam eſſe: ſic quoque conſtitutio & conſervatio Eccleſiae N. T. emblemate prophetico adumbrata pignoris loco erat Zorobabeli, ſtructuram templi feliciter abſolvendam, cultumque divinum in eodem erigendum eſſe. Conſervatio enim templi cultusque divini multis ex rationibus necesſaria erat. Hagg. II. 7. 8. 9. Mal. III. 1. Nec minus interpretationem noſtram connexioni textus apprime convenire conſtat. Optime enim ſic ſeries orationis propheticae ſequentis cohaeret, qua viſionis vſus traditur, & praeſentibus periculis & calamitatibus, quibus Zorobabel diſtrictus erat, applicatur. Additur nimirum comm. ſeq. 7: *Quis es o mons magne coram Zorobabele? In planiciem* (ſcil. redigeris) cet. Equidem facile commiſerim, proxime hiſce verbis indicari, Iudaeorum adverſarios, Samaritanos videlicet & Imperii Perſici Optimates, qui inde ab ultimis Cyri annis, & reguantibus Cambyſe & Pſeudo-Smerde, iisdem magnam moleſtiam creaverant, & huc usque reaedificationi templi remoram injecerant 2), non amplius viribus praevalituros, nec Zorobabeli metuendos eſſe, quo minus in opere ſtrenue pergeret, & colophonem ſtructurae templi adderet. Stylo enim Scripturae S. magna quaecunque, & vel auctoritate vel viribus opibusque eminentia montium nomine veniunt.

niunt. Quomodo elati regni Dei hoſtes Ieſ. II. 14. *montes excelſi* & *colles elevati* appellantur, ac potentia regna montium emblemate ſignificantur. Hoc ſenſu regna tyrannorum Pſ. LXXVI. 5. montes praedae ob perpetuas aliorum direptiones dicuntur, & Ier. LI. 25. regnum Babylonicum *mons perditor* vocatur 3). Cavendum tamen nobis eſt, ne cum ANT. COLLINO verba prophetica tantum ad Zorobabelem Iudaeorum Ducem,referamus 4),ſed obſervemus,magnifica haec promiſſa ſimul ex intentione Spiritus S. ad antitypum Zorobabelis, Ieſum Chriſtum, ſpectare. Etenim Joſua, ſummus ſacerdos,& ſocii eius, ſedentes coram ipſo, nimirum ceteri ſacerdotes & rectores populi reducis, Eſdr. II. 2. recenſiti, in quibus Zorobabel primum locum obtinebat, ex hac ratione vocantur אנשי מופת *viri portenti*, quia Deus ſervum ſuum צמח adducturus erat Zach. III. 8. Quapropter notio vocis מופת hoc loco eſt, ut imaginem futurorum notet, quae ſimiliter extat Ieſ. XX. 3. 4. Ezech. XII. 6. Ex quibus clariſſime colligitur, Zorobabelem & Ioſuam, ceterosque qui res Judaeorum tum temporis moderabantur, typos fuiſſe Meſſiae,qui N. Teſtamenti temporibus templum ſpirituale aedificaturus & regnum Dei conſtituturus erat. Accedit, hanc eſſe verborum propheticorum indolem, ut ſumma eorum emphaſis minime permittat,

illa tantum ad Zorobabelem referri. Cum enim phrasis prophetica, qua mons magnus in planiciem redigendus dicitur, integro & perfecto sensu imminutionem & destructionem eminentis imperii inferat, admodum tenuis emblemati inesset sensus, si ad Zorobabelem tantum referatur, cum imperium Persicum, quod ab ultimis Cyri annis ad Darium usque Hystaspidem varia operi attulerat impedimenta, hoc superstite nec imminutum nec destructum sit. Ex quibus denuo conficitur, tum demum plenam verbis propheticis constare emphasin, si ad antitypum Zorobabelis, Salvatorem mundi Optimum Maximum, referantur. Hic enim ringentibus hostibus, regni Dei fundamenta posuit, & coram eo regnum Antichristianum & multitudo regnorum ac imperiorum regno Dei adversantium imminuenda & destruenda erant, vt regnum sanctissimae religionis primum locum occuparet.

1) Quod perspicue illustris locus Hagg. II. 24. probat, ad quem praeter alios IOH. TARNOVIVS l. c. p. 71, IOH. COCCEIVS l. c. p. 465. & F. A. LAMPIVS Part. III. des Gnadenbundes p. 257 conferantur.

2) Vid. BVDDEVS l. c. p. 903 sq & 907 sqq.

3) Conf. GLASSIVS l. c. L. V. Tract. I. Cap. X. p. 1719.

4) Scheme of literal Prophecy Cap. VII. p. 284. cit. cel. THEOD. CHRIST. LILIENTHAL P. II. der guten Sache der in der heiligen Schrift enthaltenen Göttlichen Offenbarung p. 920.

§. XI.

§. XI.

His discussis planiorem nobis patere viam ad eruendum binarum olearum ramorumque baccis onustarum mysterium existimamus. Cum igitur modo docuerimus, emblema candelabri prophetici directe Ecclesiae Novi Testamenti imaginem gerere; oleas hasce alendis candelabri lucernis destinatas minus recte ad Zorobabelem & Iosuam, aliosque reipublicae Iudaicae rectores, seu politicos seu Ecclesiasticos, referri liquet. Alienam proinde judicamus HVGONIS GROTII aliorumque, quos praetermittimus, sententiam, oleas istas duplex oleo unctorum genus, Principes & summos sacerdotes, templo secundo non defuturos, significare 1). Quam fere suam facit IOH. MARCKIVS, qui duplices populi rectores pios, tum politicos, tum ecclesiasticos, integris duabus arboribus repraesentari asserit, ita tamen ut per spicas duas Zorobabelem & Iosuam significari opinetur 2). Propius quidem collineant IOH. CALVINVS & F. IVNIVS, quibus ex nostris IOH. TARNOVIVS 3) & SAL. GLASSIVS 4) accedunt, quorum opinio fert, arbores istas omnimoda Spiritus sancti dona, a Deo in aeternum ad Ecclesiam per Christum obventura, figurare. Sed tamen minus apte arbores hoc loco tantum donorum symbola perhibentur, cum res

ipsa doceat, illas convenientius imaginem praecipue causae olei gerere, ejusque veram originem indicare. IOH. COCCEIVS per oleas mysticas, quas v. 14. phrasi *filiorum olei* declarari conjicit, Prophetas & Apostolos intelligit. *Nimirum*, inquit, *sunt Prophetae & Apostoli: qui loquuntur in Scripturis. Et ab iis fluit spiritus in Ecclesiam, quia nihil Spiritus S. Ecclesiae dictat nisi per verbum eorum* 5). Nec prorsus a re ipsa aliena est meditatio eruditissimi viri, ut mox videbimus, quamvis significationem emblematis non plene complectatur, cum hic simul ad caussam olei efficientem principalem respiciatur. Quapropter merito ad sententiam VITRINGAE, peritissimi verbi prophetici scrutatoris, abimus, ac olearum emblemate adumbrari judicamus *Spiritum sanctum*, ceu praecipuam caussam omnium donorum illuminationis, sanctificationis, laetificationis & consolationis 1 Cor. XII, 11. 6), a quo ceu inexhausto fonte & peculiaria, & communia χαρισματα, omnibus salvandis necessaria, proveniunt. Huic enim personae divinae οικονομικως convenit, Ecclesiam Dei suis donis & muneribus ornare, eandemque illuminare & sanctificare, utpote qui procurationi applicandae hominibus salutis per Christum partae in aeterno augustissimae Triados consilio se addixit. Interpreti tamen convenit, illius hic

hic inprimis rationem ducere, ut prudenter & reverenter in rationibus comparationis proferendis versetur. Symbolicus certe olearum usus latissime patet, & plena sunt eruditae antiquitatis scrinia oleae elogiis. Verum huic loco minime opportunum est, illa pluribus excutere. Observanda inprimis est ratio comparationis, ad quam in emblemate respicitur, quae huc redit, Spiritum sanctum esse caussam perpetuam donorum illuminationis & sanctificationis in fructum Ecclesiae redundantium. Quamobrem solummodo in hac comparatione ad istam oleae conditionem respectus est. qua profundit olivas, e quibus oleum defluit, & quatenus perennitatis symbolum est. Olea scilicet firmissima ad vivendum est 7) & perpetuus eandem viror toto anno minus mutabilis decorat, qua de caussa ἀειθαλὴς a PLVTARCHO appellatur 8). Liceat nobis e Gentilium sacris observare, Iovem oleagina fronde perpetuitatis indice coronatum esse, teste PHARNVTO apud G. I. VOSSIVM: Στεφεται δε ἐλαια δια το ἀειθαλες: *Coronatur olea propter perpetuum virorem* 9). Sed & in sacris litteris oleam perennitatis imaginem gerere, verba Iessaei vatis nos edocent, qvibus stabilem hominis fidelis felicitatem spiritualem in beatam aeternitatem se proferentem suo exemplo descripturus: *Ego*

vero, inquit, *ut olim virens in domo Dei confido benignitati Dei in ſaeculum & ſempiternum* Pſ. LII. 10. Olearum ergo myſticarum ſymbolo proponitur Spiritus ſanctus, ceu cauſſa perennis nec unquam ceſſatura donorum, quibus Eccleſia ſplendide effulget, *in quo*, ut VITRINGAE verbis vtar, *eſt vis vitae aeternae, aeternae laetitiae & gaudii, fons vitae & gratiae, quae facit, ut homo peccator lucere ipſe & alios illuminare queat* 10).

1) Vid. Not. ad Zach. IV. 14. apud CALOV. in Bibliis Illuſtr.
2) l. c. p. 960. 3) l. c. p. 127.
4) Phil. S. L. V. Tract. I. p. 1743.
5) l. c. p. 495. 6) l. c. p. 279.
7) PLIN. Hiſt. Nat. L XVI. Cap. XLIII. p. m. 292.
8) Sympoſ. L. III p. 648. Tom II. Opp.
9) De Phyſiologia & Theol. Gentili L. V. Cap. XLVIII. p. 91.
10) l. c. p. 280.

§. XII.

Obſervatu autem digniſſimum eſt, in emblemate prophetico binas oleas proponi; quem quidem numerum binarium ad ipſam Spiritus ſancti perſonam, utpote unicam, minime referri poſſe, ſed ad aliud reſpicere, in propatulo eſt. VITRINGA binarium olearum numerum ad duplicem Oeconomiam, Veterem & Novam refert 1). Quae perquam concinne aſſererentur, ſi candelabrum pro-

propheticum symbolum Ecclesiae veteris & novae oeconomiae gereret. Cum vero iustae rationes, supra (§. VII. & §. VIII.) allegatae, suadeant, candelabrum propheticum praecise Ecclesiae Novi Testamenti imaginem esse, de duabus oeconomiis hic cogitare non possumus. Quapropter commodissime intellexeris, numero olearum binario sisti Spiritum sanctum, uberrima donorum copia se Ecclesiae Novi Testamenti communicantem, cum alias dualitas in Scriptura S. interdum maioris copiae signum sit, quomodo כפלים *dupla* Ies. XL. 2. denotant cumulum exuberantium benedictionum & donationum spiritualium, quibus Deus Ecclesiam Novi Testamenti supra Veterem ornaturus erat 2).

1) l. c. p. 280.
2) Conf. FLACIVS voc. *Duo*. & VITRINGA Comment. in Ies. Tom. II. p. 354.

§. XIII.

Sed propius jam nunc consideremus duas olearum spicas, in duos tubos aureos incumbentes. Repetimus e supra dictis, spicae nomine non unum ramusculum, sed complures termites, baccis circa culmina refertos, intelligi, licet commode asseratur, termites illos utrinque e duobus ramis majoribus seu propaginibus prominuisse (§. III.) Cum sane

Pro-

Propheta in quaestione ad Angelum directa sigillatim horum ramorum mentionem faciat, eorumque significationem desideret, minime dubitandum est, illis nobilissimam significationem subesse. Quo expeditius vero symboli hujus prophetici expositionem rimemur, verba Angeli, quibus Prophetae v. 14. respondet, observemus: *Hi sunt duo illi filii olei: qui stant apud Dominum totius terrae.* Non desunt magni nominis interpretes, quibus placet, hanc responsionem declarationem duarum olearum continere, quam Propheta v. 11. efflagitaverat, posteriorem autem quaestionem de duabus olearum spicis, a Propheta v. 12. propositam, ab Angelo praetermitti, quia ejus explanatio inde colligenda erat 1). Longe tamen convenientius responsionem angelicam ad quæstionem Prophetae de duabus olearum spicis, seu termitibus oleaginis, referimus, quia stylo Scripturae rami filiorum nomine appellantur, quomodo Gen. XLIX. 22. ramus foecundus, *filius foecundae* nominatur, & vice conversa filii voce ramorum indicantur Iob. XXIX. 19. Ps. LXXX. 12. Quamobrem nihil simplicius est hac sententia, termites in duos tubos ad utrumque candelabri latus incumbentes phrasi filiorum olei declarari 2). Nomen filiorum olei hoc loco significare personas, attributum eorum, *qui stant apud Dominum*

minum

minum totius terrae, clare evincit. Hunc enim loquendi modum ministerium certarum personarum hoc loco significare, insignis locus Apoc. XI. 4. demonstrat, ubi phrasibus e Zacharia petitis duo testes appellantur *αἱ δυο ἐλαιαι, καὶ δυο λυχνιαι αἱ ἐνωπιον τȣ Θεȣ της γης ἑστωσαι, duae oleae & duo candelabra coram Deo terrae stantia.* Plane igitur ex interpretatione Iohannaea phrasis *stare apud Dominum* simili loquutioni Scripturae sacrae perquam familiari respondet, qua *stare coram Domino* dicuntur, qui eidem serviunt, ac ad ministeria ejus obeunda promti paratique sunt Dan. VII. 10. Deut. X. 8. Ier. XV. 19. Ezech. XLIII. 15. Zach. III. 1-3. Accedit, JONATHANEM VZIELIDEM phrasin Zachariae *stare apud Dominum* pari modo intellexisse, quia verba haec prophetica reddit: דקימין קדם רבון כל ארעא, *stantes coram Domino totius terrae.* Praesupponimus hic, phrasin *duorum filiorum olei* non præcise duo individua, sed duos ordines personarum indicare, quod ex analogia Scripturae constat. Consimili enim ratione Propheta noster Cap. XI, 8. *tres pastores* memorat, quibus tres pastorum populi ordines, nimirum *Sacerdotes*, *Prophetas* seu *Doctores* & *Judices* intelligit 3).

1) Conf. IOH. TARNOVIVS l. c. p. 126. & IOH. COCCEIVS l. c. p. 495.

2) Con-

2) Consentiunt nobiscum praeter IOH. PISCATOREM apud POLVM ad h. l. & PAVL. TOSSANVM in Bibliis Heidelbergensibus VITRINGA l. c. p. 278. & PETR. van HOECK l. c. p. 173.
3) Vid. IOH. TARNOV. ad Zach. XI, 8. coll. IO. COCCEIO l. c.

§. XIV.

Ipsa igitur declaratio Angeli solide confirmat, duos ramos majores, qui termites olivis onustos in duos tubos immittebant, e quibus oleum in lecythum defluebat, adumbrare duos ordines excellentium servorum Dei, quorum verbo & ministerio Spiritus S. se Ecclesiae N. T. communicat. Intelligendi autem sunt duo ordines servorum Dei, immediate a Spiritu sancto actorum & inspiratorum. Hujus enim generis ministris aptissime nomen ramorum e binis oleis prodeuntium convenit. *Quia, ut termites immediate ex oleis nati & ex iis orti sunt, sic hi viri tanquam a Spiritu S. acti, in quibus Spiritus Dei fuit & operatus est, quique in omni suo actu & motu a Spiritu S. fuerunt administrati, censentur ex ipso veluti spiritu Dei orti natique esse.* 1 Pet. I. 21, quae praeclare observat VITRINGA 1). E quibus conficimus, duas olearum spicas, definitione angelica per duos *filios olei* expositas, nemini pulchrius competere, nisi Prophetis & Apostolis. Ad hos enim hoc loco propriissimus respectus est, quia I.) eorum scriptis

scriptis θεοπνευςοις & praeconio tam Judaei, quam Gentes, in Ecclesiae salutisque consortium pervenerunt. Quae eximie illustrantur e verbis Paulinis, quibus Ephesios Ecclesiae N. T. cives e gentibus conversos de societate Ecclesiae omniumque bonorum spiritualium fruitione certos reddit: ἐποικοδομηθέντες ἐπι τῳ θεμελιῳ των Αποςολων και προφητων ὀντος ἀκρογωνιαιȣ λιθȣ ἀυτȣ Ἰησȣ Χριςȣ: *superstructi super fundamentum Apostolorum & Prophetarum* (doctrinam salutis ab illis traditam) *existente imo angulari lapide ipso Jesu Christo.* Ephes. II. 20. Quaecunque enim Spiritus S. olim ministerio Prophetarum de salute humano generi a Christo exhibita revelavit, inprimis fidelium Novi Testamenti caussa ab iisdem litteris tradita sunt, vt ex comparatione & consensu oraculorum propheticorum cum praeconio Apostolico ad fidem Evangelii adducerentur, salutisque sub Oeconomia gratiae clarissime manifestandae, participes fierent, quod ipsum egregie divus Petrus edisserit 1 Ep. I. 10. 11. 12. Apostolorum vero praeconio & scriptis tempore N. T. seminata est fides & Christi nomen diffusum. Nec minus inde emergit, ad Prophetas & Apostolos hoc loco respici, quia II) eorum doctrina Evangelica usque ad consummationem mundi sonans, salutare illud & perpetuum organum est, quo Spiritus S.

Eccle-

Ecclesiae confertur Act. X. 44. Nam eorum divina monumenta V. & N. T. tabulis comprehensa ad id destinata sunt, ut perenni fluxu oleum candelabro mystico fundant. eorumque verbum, cui indivulso nexu vis & gratia Spiritus S. juncta est, simul significatur per oleum illud, quod purum & auri instar lucidum est.

1) loc. cit. p. 281.

§. XV.

Placuit quidem VITRINGAE, alteri ordini filiorum olei, seu Apostolis, hoc loco Christum eo respectu annumerare, quo omnium Doctorum N. T. immediate a Spiritu S. actorum princeps fuit 1). Quamvis autem verissimum sit, Christum omnium Doctorum N. T. Coryphaeum esse, efficit tamen declaratio angelica v. 14. tradita, quo minus in sententiam doctissimi viri eamus. Diserte enim Angelus eloquitur, stare illos duos filios olei apud *Dominum totius terrae*, vbi phrasis *Dominus totius terrae*, qua alias Deus describitur Gen. XXIV. 3. Exod. VIII. 22. Cap. IX. 29. Cap. XIX. 5. sigillatim Christi περιφρασις est. Ad hunc enim propterea hoc loco isto loquendi modo commodissime respicitur, quia conservatio Ecclesiae, candelabro aureo figuratae, ad officium Christi

ſti regium pertinet, quo miniſterio verbi & Sacramentorum, ceu verbi viſibilis, Eccleſiam, quae regnum eſt, Epheſ. V. 5. Col. I. 13, ſibi colligit, collectam divina virtute regit, conſervat, tuetur, eiusque florem perennem procurat. Convenit huic duplici ratione axioma *Domini totius terrae*. Primo enim, quia Deus eſt ſupra omnes benedictus in ſaecula, Rom. IX. 5, plenum eidem jus in omnes creaturas competit, quod etiam in tempore humanae ejusdem naturae, vi vnionis perſonalis, per communicationem idiomatum datum eſt Matth. XXVIII. 18. Col. II. 9. Deinde, quia redemtor eſt, eidem in regno potentiae res creatae univerſae & homines ad vnum omnes ſubjacent Pſ. II. 8. Pſ. VIII. 7. Quodſi igitur phraſis *Dominus totius terrae* Chriſtum ſignificat, apud quem duo ordines filiorum olei ſtant, & cui miniſtrant, Chriſtus alteri ordini filiorum olei hoc loco ex hac ratione accenſeri non poteſt, quia alias ſibi ipſi miniſtrare dicendus eſſet.

1) loc. cit. p. 282.

§. XVI.

Supereſt, ut pauca adhuc de ſignificatione myſtica duorum צנתרות הזהב *tuborum aureorum* addamus. Quorum attributa ubi attentius conſideramus, pulchram eos hoc loco imaginem ordinariorum Doctorum & Eccle-

F

Ecclesiae ministrorum gerere existimamus. Primo enim aurei tubi sunt. Cum vero aurum sit symbolum fidei, 1 Pet. I. 7. Apoc. III. 18. admonemur, genuinum Ministrum Ecclesiae in primis decere, vera fide refulgere. II. Praestabant hi tubi simul vicem prelorum, quod olearum baccae, e termitibus in eos immissae, se mutuo premebant, atque ita largius oleum effundebant. Quo modo egregiam fidelium ministrorum verbi divini imaginem deprehendimus, quibus convenit, in perscrutatione verbi divini, ministerio Prophetarum & Apostolorum revelati, sedulo versari, illud sancte meditari, immo continuis exercitationibus premere, ut Ecclesia inde amplissimum fructum percipiat 1). III. Duorum tuborum mentio fit, atque adeo in duos veluti ordines Ministri Ecclesiae divisi cernuntur. Quibus indicatur, eosdem e divinis monumentis Prophetarum & Apostolorum, seu Scriptura V. & N. T. omnem doctrinam salutarem depromere & confirmare. IV. Tubi aurei purum instar auri oleum fundunt. Sic primarium Ministri verbi divini officium est, incorruptam & ab omni labe puram doctrinam Ecclesiae proponere, eiusque sinceritatem semper tueri 2).

1) Conf. VITRINGA l. c. p. 282.
2) Pluribus haec persecutus est B. CHR. HENR. ZEIBICHIVS in Prolusione Academica de Theologo ad solis splendorem judicato p. 10sqq.

III.

III.

ANDREAE GOTTL. MASCH Obſeruationum ad rem literariam ſpectantium triga.

I. De operibus Henrici Cornelii Agrippae ab Nettesheim per Beringos Fratres editis.

Quae de indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum in quinto huius bibliothecae volumine obſeruata ſunt, ſequantur nonnulla de operibus hominis, qui in plerisque illorum primae claſsis haereticis adnumerari ſolet. Famoſus eſt ille HENR. CORN.AGRIPPA ab NETTESHEIM, Eques auratus, homo luxuriantis quidem ingenii, at ſupra ſeculi ſui genium eruditus, qui crudele ſibi olim Cleri romani contraxit odium, & ſequentibus temporibus, ob ſcepticiſmum, ſuperſtitioſasque, quibus deditus fuit, artes, malæ notæ hominum gregi adnumeratus eſt. Plura cum orbe erudito ingenii portentoſi Auctor communicavit ſcripta, quorum nonnulla ſuperſtite adhuc ſcriptore typis ſunt evulgata, alia vero & quidem plurima poſt fata auctoris, qui anno MDXXXV. vitam cum morte commutavit, lucem aſpexerunt.

Quemadmodum vero, quae vana, inania & paradoxa sunt, pluribus, quam quae saniora sunt, saepius arridere solent; sic & AGRIPPÆ scripta tot habuerunt emtores, ut, quamvis plures saepiusque iteratae exstent operum eius editiones, ita tamen disparuerint, ut in librorum rariorum albo summo iure locum occupent suum. Merito itaque a IO. VOGTIO *a*) & D. CLEMENTE *b*), Viris, quibus permultum lúcis librorum rariorum historia debet, inter libros non ubivis obvios recensentur.

Opera AGRIPPÆ variis temporibus iuncta, duobus voluminibus, e prelis typographorum in vulgus sunt egressa. In omnibus editionibus *Beringi Fratres c*), qui olim *Lugduni*

a) In catalog. libror. rar. p. 14.

b) *Biblioth. curieuse histor. & crit. tom.* 1. *p.*94. Recenset ibidem V. Doctiss. p. 81 s. novem editiones declamationis de incertitudine & vanitate scientiarum, eiusque versionem italicam Venetiis 1549. & 1552. editam; duas editiones de philosophia occulta librorum trium, in folio, in quarum fronte annus legitur 1533; nec priores editiones, antwerpiensem nimirum & parisiensem anni 1531. silentio praeteriit; quae vero editiones in *Nachrichten v. e. hall. bibl.* loco mox citando primum tantum librum continere dicuntur.

c) Duo fuere fratres, quorum alteri GOTHOFREDI, alteri MARCELLI nomen fuit. Scribit Agrippa epistolarum lib. 7. ep. 31. ad GOTHOFRIDVM de editione librorum de occulta philoso-

duni in *Gallia* artem typographicam exercuerunt, editores, ipſo in libri titulo dicuntur. Sed quot ſint numero editiones, quarum titulus idem nomen mentitur, quod mihi quidem ſcire licuit, definire auſus eſt nemo. Sunt qui duas, qui tres, quatuorve nominant editiones. Sed adhuc plures perhiberi *Lugduni apud Beringos Fratres* impreſſas Operum Agrippæ editiones, iam evictum dabimus.

Locupletisſimae & omnium optimae editiones ſub hoc rubro proſtant: *Henrici Cornelii Agrippæ ab Nettesheim, armatæ militiæ equitis aurati, & Juris utriusque ac Medicinae Doctoris Opera. In duos tomos concinne digeſta, & nunc denuo, ſublatis omnibus mendis, in φιλομυσων gratiam accuratisſime recuſa. Quibus poſt omnium editiones de novo accesſit Ars notoria, ut ſatis indicat Catalogus poſt præfationem poſitus. Lugduni per Beringos Fratres.* in 8. maj. tom. 1. p. 694. tom. 2. p. 1156. Duas ſub eadem inſcriptione diverſas latere editiones primus obſervavit cl. VOGTIVS. Idem ipſe expertus ſum. Altera earum, quas oculis uſurpavi, editionum typis ſubtilioribus in charta, quae albedine alteram editionem ſuperat, exſcripta eſt, atque frequentiſſima in ea ſcriptionum deprehenduntur compen-

 dia,

loſophia; qui GOTHOFRIDVS BERINGVS fuiſſe videtur, qui iam 1531 nonnulla AGRIPPÆ opuſcula typis evulgaverat.

dia, quamvis utraque typis romanis expressa sit. Addit cl. CLEMENT, tertiam quoque sub eodem rubro exstare editionem, *J'en ai encore*, inquiens, *trois autres* (*editions*) *devant moi, qui sont toutes diférentes, quand on les confronte les unes avec les autres, & qu'on ne sauroit discerner, dés qu'on les voit séparement. Elles ont le même titre, sur le quel on voit une couronne, posée sur trois colonnes, avec cette devise:* Formant consilium Pietas Politia coronam, *& au bas: Lugduni per* Beringos Fratres, *sans date in 8vo. T. I. pag.* 694. *& T. II. pag.* 1156. *Pour les discerner, il n'y a qu'à lire la premiere ligne de la Preface. L'une a ces mots:* Non dubito, quin titulus libri no- : *l'autre*: Non dubito quin titulus libri nostri de Occul- : *& la troisieme a ceuxci*: Non dubito quin titulus Libri nostri de occulta. *L'on trouvera par tout de pareilles diférences.* Tres ergo jam habemus ejusdem formæ & magnitudinis editiones operum AGRIPPAE per *Beringos Fratres.* Continent hæc duo volumina XXXV. tractatulos, quorum tituli in *Nachrichten v. ein. hall. Biblioth. d*) exhibentur.

Quar-

d) Vol. 2. pag. 316 f. Conf. quoque MICH. LILIENTHALII theol. biblioth. tom. 1. p. 1038 f. Thesaurum biblioth. tom. 2. p. 254. & *unparth. bibliothecar.* part. 2. p. 158. nec non alios a cl. CLEMENTE laudatos auctores.

Quartam editionem ipse quoque manibus tractavi. Habet sequentem ἐπιγραφήν: *Henrici - - ab Nettesheym - - & I. V. ac - - Opera, quaecunque hactenus vel in lucem prodierunt, vel inveniri potuerunt omnia, in duos tomos concinne digesta, & diligenti studio recognita: quae pagina post praefationem proxima plenissime enumerantur: Lugduni per Beringos Fratres* in 8vo maj. T. I. p. 779. T. II. pag. 1139. & 44. Desunt huic editioni, quae tribus jam commemoratis antiquior est, nonnulli tractatus & quidem tom. 1. ars notoria, quae in superioribus editionibus p. 603 s. legitur, & tom. 2. apologia adversus calumnias Lovaniensium Theologistarum; querela super calumnia, ad *Eustochium Scapusium*; tabula abbreviata in artem *Lullii*, de *Annae* monogamia, atque eiusdem tractatus defensio, quae in editionibus istis p. 257. 437. 460. 588. & 594. deprehenduntur.

Quintam editionem se vidisse scribit cl. CLEMENT typis italicis exscriptam, quam ipse in bibliotheca, quae *Halae Saxonum* ad aedem B.V. adservatur, inveni, sicut, quas jam descripsi, editiones in Bibliotheca S. R. D. BAVMGARTEN, libris raritate & praestantia eximiis refertissima, nec non in suppellectile libraria Orphanotrophii & Viri cujusdam, qui ibidem rariores venales exponit libros, mihi evolvere contigit.

Sexta *Beringorum fratrum* editio cum anno impreſſionis 1580. fuit olim in Bibliotheca Rinckiana, docente cl. A.F. GLAFEY *e*).

Septimae editionis integrum titulum exſcripſit cl. CLEMENT, ſed ita, ut in fronte primi tomi annus editionis deſideretur. Ad manus mihi eſt eadem editio, ſed in utriusque tomi titulo legitur: *Lugduni per Beringos Fratres* Anno MDC. Contuli hanc editionem cum duabus illarum, quarum tres ſibi ſunt ſimillimae, atque tomum primum illis quidem reſpondere, tomum vero alterum ſecundum illam, quam quartam nominavi editionem, eſſe exſcriptum, ocularis me docuit inſpectio. Deſiderantur itaque in Tomo II. iidem tractatus, quibus quartam editionem carere, ſupra aſſerui. Cuius quidem defectus cauſam fuiſſe conjicio, quod editor in exſcribendo tomo ſecundo ſequutus ſit editionem antiquiorem. Quod vero cum ipſe animadverterit, opuſcula, quae hic deſiderantur, ſeorſim exſcribi curavit, eisque titulum dedit: *Appendix apologetica Henrici Doctoris, pertinens ad ſecundam ejus Operum Lugduni editorum partem. Elenchum pagina ſequens praefationem exhibebit. Lugduni, per Beringos Fratres*. MDCV. 8. p. 262. Qua in appendice ea exhibentur, quae in editione quarta quoque deſiderantur.

Berin-

e) In Biblioth. Rinkiana p. 998. n. 8417. 18.

Beringos vero *Fratres*, quorum jam An. MDXXXI. celebris fuit *Lugduni* in *Gallia* typographia, singulas hasce editiones procurasse, aut procurare potuisse, persuadere mihi haud possum. Septima enim, quam laudavi, editio, non *Lugduni*, sed *Argentorati* impensis *Lazari Zetzneri*, celebris illius typographi, cui plura & quidem rariora debemus opuscula, excusa est. Citra omne dubium hoc apparet ex p. 135 appendicis apologeticae, ubi sequens legitur titulus: *Henrici - - - de beatissimae Annae Monogamia, ac unico puerperio propositiones abbreviatae & articulatae juxta disceptationem Iacobi Fabri Stapulensis in libro de tribus & una intitulato. Eiusdem Agrippae defensio propositionum praenarratarum contra quendam Dominicastrum, earundem impugnatorem, qui sanctissimam Deiparae Virginis matrem Annam conatur ostendere Polygamam. Argentorati impensis Lazari Zetzneri.* M DCV. Quo, sub *Beringorum* larva alios latere voluisse, extra dubitationis aleam ponitur.

REIMMANNVS denique in catalogo bibliothecae theologicae *f*) editionis cuiusdam per *Beringos Fratres* factae meminit, in cuius tomi secundi calce annus impressionis MDC. legitur. In nostra vero, non in calce, sed in libri fronte utraque, cuiusvis nimi-

f) pag. 1107.

rum tomi, idem annus indicatur. Octava itaque jam enumeratis addenda esset editio, si fides REIMMANNI asserto esset habenda.

Caeterum, quemadmodum editionem, quam quintam nominavi, omnium esse antiquissimam iudico, quartae enim iam alia antiquior praecessit g); sic septimam omnium censeo novissimam. Cum vero tot exstent operum editiones, quare tam raro in thesauris librariis appareant, omnino ignoro.

OBSERVATIO II.

De libellis quibusdam rarissimis, Pasquillis dictis.

Qui sub *Pasquillorum* nomine veniunt libri, adeo omnem dignitatem & existimationem perdiderunt, ut nebulonum tantum sit, famosis libellis vitia aliorum, & haud raro inimicorum virtutes perstringere; boni vero, qui bonos mores vitamque honestam amant, ab eiusmodi libris plane abhorreant. Verum dantur nonnulli, *Pasquillorum* nomine insigniti, libelli, lectu jucundissimi, dignissimi, utilissimi, rarissimi, qui ab eruditis

g) Nonnulla enim opuscula signo crucis sunt notata, eum in finem, ut, quae nunc primum lucem adspexerint, aut operibus hisce auctarii vice accesserint, lectores exinde cognoscant.

ditis in deliciis habentur *a*), & tempore, quod Ecclesiæ reformationem proxime excepit, ab eruditissimis viris, qui ridendo verum dixerunt, sunt conscripti. Nomen, quod gerunt, a statua illa *Pasquini* & *Marphorii Romæ* erecta, cui olim sales, joci, & interdum famosi libelli adfigebantur, ac si ipse *Pasquinus* sales eiusmodi ederet, acceperunt. Qui quidem lapides, cum sæpius veritatem odio exceptam, tali modo eloquerentur, dirum in se contraxerunt odium, ita ut Papa HADRIANVS VI. in Tiberim illos coniicere decreverit *b*). Cum vero eiusmodi

a) De raritate & caritate Pasquillorum cl. VOGTIVS catal. libr. rar. p. 518. testis est locupletissimus, qui tomos duos pasquillorum non solum magnis pretiis coemtos fuisse, sed & in Bibliotheca publica Vitembergensi scrinio inclusos latere refert.

b) Vtar verbis PHILIP. CAMERARII medit. hist. cent. 2. pag. 262. edit. 1650. 4. " Quo circa „minus admirationis habet, si Adrianus postea „Pontifex Maximus factus, Pasquini & Marforii statuas, ubi famosi & ridiculi in urbe libelli affigebantur, in Tyberim projici curaverit. Cui Suessanus Caroli legatus peropportuno sermone dixisse fertur, si in flumen „projiceretur, ranas illiusmodi mali carmina „esse canturas. Quo dicto sic Pontificis conatus repressit, ut amplius ea de re actum non „sit. - - - Nonnulli addunt, eundem Pontificem „his rationibus non contentum, sed indignabundum respondisse: comburatur ergo illa statua trunca

di libelli albis corvis ſint rariores, illorum memoriam nonnullis analectis renovare, pretium operae eſſe duxi.

I. Locupletisſima Paſquillorum collectio ea eſt, quae titulum gerit: *Paſquillorum tomi duo. Quorum primo verſibus ac rhythmis, altero ſoluta oratione conſcripta quamplurima continentur, ad exhilarandum, confirmandumque hoc perturbatisſimo rerum ſtatu pii lectoris animum apprime conducentia. Eorum catalogum proxima a Praefatione pagella reperies. Eleutheropoli* MDXLIIII. p. 552. in 8vo min. Vnica tantum huius libri extat editio, baſileenſis nimirum ex officina *Oporini.* Collectorem & editorem agnoſcit *Coelium Secundum Curionem,* cuius ingenii luſus hic plures leguntur. Quamvis vero titulus duorum modo tomorum mentionem faciat, collectio tamen revera eſt tripartita: pagina enim 140. haec exſtant verba: *Paſquillorum tomi ſecundi finis:* quae ſequuntur itaque tertium tomum conſti-

„trunca Paſquini. Cui Cardinalem quendam „reſpondiſſe, ex combuſto Paſquino cineres „non tantum in urbe, ſed longe lateque diſperſum iri, unde captaturos clientes Paſquini occaſionem, celebrandi ſuis poematibus & „ſcriptis memoriam ſui Patroni, ut nihil aliud „hac combuſtione efficeretur, quam ut cineres „illi in totum orbem, quod remanente illa ſtatua trunca vitari poſſet, diſpergerentur.“ Conf. quoque BAYLIVS tom. 4. pag. 598. edit. germ. dict. hiſt. crit.

ſtituunt. Numerus ſatyrarum, ſi ſingulae numerantur, centeſimum & vigeſimum ſuperat; quarum aliae alios agnoſcunt auctores, ut IOH. FICHARTVM, IOACH. CAMERARIVM, IAN. PANNONIVM, ANGEL. POLITIANVM, STEPH. DOLETVM, infelicem illum typographum, IO. STIGELIVM, PICTORIVM, THOM. MORVM, VLR. HVTTENVM, L. BIGVM, THEOD. GRESEMVNDVM, aliosque; qui ridentes & jocantes, eccleſiae romanae abuſus, luxuriantem clericorum vitam & aulæ pontificiae machinationes acriter taxarunt. c)

II. Altera collectio, quae tanquam prioris tertia aut quarta pars conſiderari poteſt, absque loci & anni mentione prodiit: *Coelii Secundi Curionis Paſquillus ecſtaticus, una cum aliis etiam aliquot ſanctis pariter ac lepidis Dialogis, quibus præcipua religionis noſtræ capita elegantisſime explicantur. Omnia, quam unquam antea, cum auctiora tum emendatiora, quorum catalogum verſa pagella indicat. Adjectæ quoque ſunt quæſtiones Paſquilli, in futuro Concilio, a Paulo III. Pontifice indicto, diſputandæ lectu jucundisſimæ.* p. 304. 8 min. Legitur quidem idem hic *Paſquillus* tomo II. paſquillorum, p. 427-529. ſed haec editio priori longe eſt præ-

c) Cf. Praeter cl. VOGTII catal. *Nachrichten von einer hall. biblioth.* vol. 2. p. 392. & MICH. LILIENTHALII bibl. theol. tom. 1. p. 1147.

præferenda, & secundis curis recognita, quin, de novo elaborata, in aliamque fere formam transfusa. Quamvis in huius editionis titulo neque annus neque impressionis locus indicatus sit, Basileae tamen ex officina *Oporini* eandem prodiisse evictum dedit cl. SCHELHORNIVS *d*) & quidem post annum 1544. Quo vero tempore haec satyra prima vice lucem adspexerit, definire haud audeo. Iam anno 1543 versio germanica: *Der verzückte Pasquinus, aus Wellscher Sprach inn das teutsch gebracht.* 1543. *Gedruckt zu Rom auf Anhalten Magister Pasquini*, in 8vo, lectoribus typis exscripta tradita est *), & anno sequenti Genevæ: *Pasquillus ecstaticus, non ille prior,*

d) Amoenit. hist. eccles. tom. I. p. 761.

*) Alia eiusdem libri versio germanica exstat, quae ita inscribitur: *Der entzückte Pasquinus, oder neues Gespräch Pasquini und Marforii, vom Himmel, Fegefeuer und der Höllen. Gedruckt in Amsterdam. Anno* 1667. pp. 332. in 12. Praefatione libellus caret, ast in fine p. 314-332. habet: *des Pasquins Fragen, welche auf dem Concilio zu Trident, so dem vermuthen nach der Pabst alda halten will, zu erörtern.* Quae quidem illae ipsae sunt *Quaestiones Pasquilli disputandae in futuro concilio per Pontificem indicto*, quas perfectissima Pasquilli ecstatici editio sine anni & loci significatione impressa continet. Eandem editionem translatio, de qua loquimur, examussim sequitur, adeoque ab ea, quae anno 1543. prodiit, plane diuersa est. Desunt tamen reliqua, quae modo laudatae editioni addita deprehenduntur.

prior, ſed totus plane alter auctus & expolitus cum aliquot aliis ſanctis pariter & lepidis Dialogis in 8vo e prelo egreſſus eſt. Vnde apparet 1) Paſquillum ecſtaticum ante annum 1543 prima vice eſſe editum; 2) italico ſermone primo fuiſſe conſcriptum; 3) latinam editionem primam recuſam eſſe in tomo 2. Paſquillorum. Quod ſi hic coniecturae locus eſſet, dicerem, *Curionem*, finita editione Paſquillorum tomorum, eodem anno, quem jam ediderat Paſquillum ecſtaticum, iterum recognoviſſe, atque *Baſileae* prelo ſubmiſiſſe, eandemque editionem *Genevae* ſtatim, omiſſis iis, quæ de concilio ſcripſerat Paſquillus, recuſam datam fuiſſe. Italica editio: *Paſquino in ecſtaſi nuovo e molto piu pieno che il primo &c.* reſpondet editioni huic Baſileenſi, ſicut verſio gallica: *Les viſions de Paſquille &c.* 1547. 8. ex editione *Genevenſi*, quae iterum una cum *Paſquillo Theologaſtro* ibidem 1667. 12. prodiit, confecta eſſe videtur. Inter illa quae huic editioni annexa ſunt, eminet Dialogus *Probus*, quem cl. SCHELHORNIVS recuſum dedit *e*).

III. *Paſquilli de Concilio Mantuano Judicium.* 1537. 8vo. Cum Papa Romanus, data d. 20. Aprilis Bulla, ad d. 1. Novembr. concilium Man-

e) l. c. p. 762-776. Conf. *Nachrichten* l. c. p. 409. VOGTII catal. pag. 227. & LILIENTHALII bibl. loc. cit.

Mantuae habendum indiceret, Pasquillus ille Romanus stupidus & saxeus quidem, nihilo tamen secius jocosus, neque vocatus neque jussus suam de futuro concilio sententiam profert, & quid inde sperandum sit pronunciat. Insertum legitur hoc iudicium tomo 2 Pasquillorum p. 170 seqq.

IV. Quaestiones Pasquilli disputandae in futuro concilio per Pontificem indicto, proxime insequutae sunt indicium de Concilio Mantuano, atque prima vice seorsim prodierunt anno 1537. deinde Pasquillo ecstatico junctae sunt p. 288.

V. *Julius Exclusus: Dialogus Pasquillo Romano auctore.* Quae satyra, quae IVLIVM e coelo excludit, ingeniosum & eruditum Equitem VLR. HVTTENVM habet auctorem, qui eam 1517 prima vice edidit. Legitur inserta tomo 2 Pasquillorum p. 123. *f*)

VI. *Pasquillus Exul.* Interlocutores sunt *Cyrus* & *Pasquillus*, quorum hic *Romam* relinquere, divum *Iacobum* petiturus constituit, quia *Romae* sit res periculo plena, verum edicere. Omnia enim *Romae* licere praeter paupertatem ac veri judicium; haec peccata esse in Spiritum S. quae nec hic nec in futuro seculo remittantur. Edidit iterum

f) V. *Nachrichten* l. c. pag. 405. IAC. BVRCKHARDI comment. de Vlr. Hutteni fatis part. 2. p. 302. P. 3. p. 308. & eiusd. anal. ad comment. de Vita. p. 45.

iterum hanc ſatyram, quae tomo 2 Paſquillorum p. 178 exſtat, IOH. WOLFFIVS *g*).

VII. *Evangelium Paſquilli olim Romani jam Peregrini*, inſertum eſt tum Paſquillorum tomo 2do p. 302. tum lectionibus memorabilibus WOLFFII. Finis illius evangelii eſt: *Exemplum enim relinquo vobis, ut quemadmodum ego facio, & vos faciatis, & rapiatis, Gloria tibi auro & argento.*

VIII. *Paſquillus*. ſ. l. & a. in 8. fol. 11. In ipſo libelli titulo legitur Diſtichon *ad Neminem:*

Ocia cui, praeceps ſtudium & variabile nomen,
Dant fatale: Pium dicito Nemo virum.

Acerbisſime *Nemo* & *Paſquillus Scaliger* delapſus ex coelis coelorum, alas ſubminiſtrante pegaſo, Interlocutores, in *Oſiandrum* elatisſimi ſupercilii doctorculum, qui viam affectat ad ſupremas coeli coelorum januas, invehunt, atque nomen eius detorquent.

Hi ſunt, quos mihi videre contigit, Pasquilli, & quos ſeparatim editos eſſe novi. Nunc ad alios convertat ſe ſermo noſter, de quibus, quid ſentiendum ſit, non item perſpectum habeo.

IX. *Paſquillus*. 1545. 8. fuit olim in Bibliotheca Grammiana *h*), ſed quis qualisve ille ſit, mihi haud liquet.

G X. Alia

g) Lect. memorab. tom. 2. p. 870. edit. 1600 fol.

h) v. Bibliothecam Grammianam p. 472. n. 921.

X. Alia, quibus nomen ſuum commodavit Paſquillus, ſcripta in Indice librorum prohibitorum CLEMENTIS VIII. Lit. P. inter incertorum auctorum libros prohibitos recenſentur. Sunt ſequentia: 1) *Paſquillus Fagius.* 2) *Paſquillus Germanicus.* 3) *Paſquilli omnes ex verbis ſacræ ſcripturæ confecti.* 4) *Paſquilli omnes, omnesque conſcriptiones, quibus Deo aut ſanctis, aut ſacramentis, aut Catholicæ Eccleſiæ & eius cultui, aut apoſtolicæ ſedi quomodocunque detrahitur.* 5) *Paſquillus proſcriptus a Tridentino Concilio.* 6) *Paſquillus ſemi poëta.* 7) *Paſquillorum tomi duo.* 8) *Paſquilli & Marphorii Hymnus in Paulum III.* Quibus junguntur in appendice: 9) *Paſquilli ecſtatici ſeu nuper e coelo reverſi de rebus partim ſuperis, partim inter homines, in chriſtiana religione pasſim hodie controverſis cum Marphorio colloquium.* Et 10) *Paſquilli manuſcripti, in quibus Deo aut ſanctis, aut ſacramentis, aut catholicæ eccleſiæ & eius cultui, aut apoſtolicæ ſedi quomodocunque detrahatur.* Eadem prohibentur ſcripta in indice ALEXANDRI VII. lit. P & Indice tridentino eidem adjuncto, nec non in Indice *Sotomajoris* lit. P. claſſ. III. Ad ſingula quædam obſervabimus.

Ad 1. Quid ſibi velit *Paſquillus Fagius*, id me omnino præterit. Fortaſſis qui catalogum condiderunt, more ſolito, errorem erraruntlepidum, & ex *P. Fagio*, i. e. *Paulo Fagio*,

Fagio, *Pasquillum Fagium*, librum quendam confinxerunt.

Ad. 2. Pasquillum germanicum non alium esse credo quam versionem germanicam Pasquilli ecstatici.

Ad. 3. Ad hoc pasquillorum genus referenda sunt Evangelia Pasquilli & Marphorii, aliaque ejusdem furfuris, quorum nonnulla in tomis Pasquillorum leguntur.

Ad. 4. Prohibentur sub hoc rubro omnes singulæque opellæ, quibus ecclesia romana exagitatur, sive Pasquilli nomen gerant, sive minus.

Ad. 5. Libellus procul dubio rarissimus, quem *Saligio* notum fuisse haud invenio. Fortassis *Petrus Paulus Vergerius*, qui aliis eiusmodi scriptis Patribus tridentinis stomachum movit, ejus est auctor.

Ad. 6. De Pasquillo semipoëta, nec non de hymno Pasquilli nullibi quædam indagare potui. Disparuerunt ita eiusmodi scripta, ut, utrum adhuc ullibi lateant, omnino sit dubitandum.

Ad. 9. Quæ exscripta sunt verba, ἐπιγραφὴν primæ Pasquilli ecstatici editionis fuisse mihi persuadeo.

Ad. 10. Ex inde quod manuscripti prohibentur Pasquilli, eiusmodi scripta ut plurimum manibus scripta, non typis excusa, divulgata fuisse conjicio. Grates itaque *Curioni*, qui jocos posteritati conservavit, utique debem9.

OBSERVATIO III.

De libello rarissimo: De düdesche Vigilie.

Hactenus recensitis Pasquillis merito libellus rarissimus, in Belgio olim rhythmis germanicis confectus, typis quidem belgicis, nihilo tamen secius satis rudibus exscriptus, est adnumerandus. En tibi ejus titulum: De Düdesche Vigilie, sine die & consule, in 8. dimid. plagul. In ipso titulo figura ligno incisa monachum Missale suum aut librum Vigiliarum manibus tenentem repræsentat. Ad latus interius leguntur hi rhythmi: Olde Apen, yunge Papen, vñ wilde Bären, Schal nemandt yn syn Hus begären: ad exterius: De syn Huß wyl beholden suuer, de bewor ydt vor Papen vnd Duuer. De Papen laten na eynen spröke, vnd de Duuen eynen röke. In inferiori parte leguntur versus:

Vigili Boeck bin ick genant.
In Brabant gantz wol bekant.
Ga nicht vor auer, men köp mi,
Der Papen Bedroch leer ick dy.

Primum hic occupat locum: Dat Venite mit dem Invitatorio: Circumdederunt me Mönnike und Papen, Nunnen, Canonicke circumdederunt me: cum sex collectis, quarum ultimam speciminis loco communicamus: Circumdederunt &c. Requiem ynt depste van der Hellen, o we den bescharen Gesellen, den runden Godt

Godt nicht mer tho tellen, dona eis Domine. Men Visck effte Wyn ys en tho dür, ock kamen se den armen nicht tho stür, dat maket en dat ewige für, luceat eis. Quae de rotundo Deo hic asserit auctor, nummos respiciunt, quos, uti in antecedentibus scripserat, Monachi ut Deum amare consueverunt.

Sequitur Antiphona. Dirige. Bringet uns Geldt, cum carmine cuius initium est:

Unse hillgeste vader de Pavest hefft vns togelaten,
Dat wy fry mögen granten vnd gilen by den straten
Wente wy synt tho loy vnd willen nicht doen,
De wertliken vorsorgen vns mit Geld vnd Klendern schon.
Gy Wertliken möten yuw swarlick erneren,
Wy Geistliken helpen yuwe sure swet vnde blodt vorteren,
In Wyne vnd Beer, beide Dach vnd Nacht,
Darmit wy mengen Leien yn armoth hebben gebracht.

Alterum carmen inscribitur: *convertere Domine*, in quo Missæ perstringuntur. Nonnulla ex illo hic locum habeant:

Wy nement alle tydt, ydt sy recht edder krum,
Wente wy betalen mit eyns per Dominum.
Wy mögen den Wyn ock wol drinken vth schalen,
Wente wy schöllent mit eynem natten wyquaste betalen.

Deme lese wy Deprofundis wente clamari
Famulorum famularum, dar mit so gha wy.

\- \- \- \-

Des Dages gha wy alse Engeln yn der Karcken,
Des nachtes drincken wy uns so druncken, alse Vercken
Nacht vnd Dach wy vnsen Buck vüllen
Dat wy vorlesen vnse tydenbock vnd hüllen.

Tertium carmen: *Nequando* inscribitur, atque de indulgentiis agit, quae ingentes reditus in Monachorum culinas transferunt, nec non de purgatorio, quod revera laicorum purgat crumenas. Finit his verbis: Nequando wert vns Mönnicken vnde Papen gudt geschen, yn dem Vegefür ys nemandt alse eyne blinde Nunne, de kan nicht seen.

Leguntur denique tres lectiones eiusdem furfuris. Speciminis loco secundæ lectionis frustulum aliquod hic transcribimus: Idt ys ock mennige Frouwe vnde Junckfrouwe bedört, den wy de Bicht hebben gehört. Wy hebben en vaken bote gegeuen, dar Lucas nicht vell von hefft geschreuen. De Leyen könden wy ock tribuleren, wy wolden se nicht eer absolueren. So lange se vns mösten her recken, allent wat wy en vorsprecken. Wolden se ydt nicht doen, ydt weer Frouw edder Man, so deden wy se all yn den Ban. Darmit könden wy se vnderholden, beyde yungen vnde olden. Mögen wy mit düssem swerde lenger striden, so willen wy de

de Leyen noch mit sparen riden. Vltima lectio his verbis concluditur: So wiln wy Mönnicke, Nunnen vñ Papen, se vordan holden vor stocknarren vnd rechte Apen.

Agmen denique claudit: Ein oldt Rim.


Mönnicke, Nunnen vñ Papen, Segen, Rotten vnd Apen,
Vlegen, Rupen vnd Müse, Horen, Keuer und Lüse,
Dar de krygen de Overhandt, vorderuen se Stede vnd Landt.
Leuen Papisten nemet dyt vor gudt
Na düssem genth yn kort eyn Beter vth.

Cuinam auctori libellum hunc famosum debeant Monachi, qui ut aequi bonique haec consulant, rogantur, quamvis mihi hoc definiendum non sumam; in belgio tamen concinnatam esse hanc opellam, nemo unquam, qui vel belgarum ingenium, vel alios eiusdem farinæ libros ibidem conscriptos novit, negabit. Ducentesimus vero ad minimum jam agitur annus, postquam hic libellus typis est exscriptus. Eadem ligatura satis antiqua plures conjunctos continet tractatus, inter quos & haec satyra locum suum occupat, quorum nullus post annum 1555 excusus est. Sunt inter illos: *De Rebus adiaphoris epistola Concionatorum Hamburgensium ad Philippum Melanchthonem &*

& responsio ejusdem : a. 1549. *Ioh. Marcelli oratio de precatione scripta. Vitebergæ* 1550. *Pasquillus. Ad Neminem. s. d. & c. Fortunæ regnum. Dialogus lepidissimus conscriptus a Henrico Knust.* 1553. *Ioan. Sulpitii Veruloni de facetia mensæ carmen. Lubecæ ap. Iohan. Balhorn.* 1545. *Vaticinium eclypseos solaris Mich. Carolostadii ibid. ap. eundem* 1546. Vnde vigiliarum librum ducentos ante annos in vulgus exiisse conjicio. Et quis est, qui raritatem opellæ tam exiguæ molis tantæquae aetatis in dubium vocabit?



IV. GE-



IV.

GEORGII IOACH. MARKII (*)

Coniectura

de

DEA MATRE COETVS ROMANI.

Sunt inter eruditos bene multi, qui ciuitatem sacram inter nos florentem, Romanae morem formamque nimis retinuisse (1); sunt alii, qui Romanam Iudaicae ad

G 5 for-

(*) Auctor, qui, editis pluribus aliis eruditionis suae speciminibus, famam in orbe literato est consequutus, primum in Academia Cimbrica ordinis Philos. Adsessoris dignitate ornatus vixit, nunc bibliothecae serenissimi Ducis Mecclenburg. praefectus, ac Societatis scient teuton. suec. collega est. Quae hic cum lectoribus communicanda erat altera *Historiae legis contra Iansenii scholam rogatae* sectio, eam, spatii angustia impediti, ad proxime sequuturum volumen, pace ipsius reseruamus. S.

(1) Hoc in primis nomine inuidiam nostram incurrerunt THOMASIVS, BOEHMERVS, PERTSCHIVS, TITIVS, FLEISCHERVS & infiniti alii ICti, quorum intemperantiam nemo diligentius notauit quam *ven. collectores Relat. Innocent. passim.*

formam se composuisse (2), sunt denique, qui huius origines e Paganorum cummaxime Aegyptiorum sacris arcessendas esse (3) contendunt. Equidem sententiam ab istis omnibus non parum remotam tibi, beneuole lector, ante oculos pono, nostris neque adeo iniuriam, neque adeo inuidiosam, Romam nempe Christianam & Romam paganam multis in capitibus sibi esse similes (4). Comprobari id poterat ex Pontificis maximi appellatione & dignitate (5), e ceterorum sacerdo-

(2) Non desunt viris venerandis ita sentientibus argumenta a similitudine vtriusque petita. Sic summi sacerdotis loco Papa, sic sacrificium Missae, sic alia instituta occurrunt. Accedit quod in decretalibus saepe protrudantur probationes ex indole religionis Mosaicae, quae ad Christianae capita vix quadrant. Sed per historiam vix probabile videtur, aemulationis ansam praebuisse magis gentis pressae & contemtim habitae quam religionis dominantis placita institutaque.

(3) Duplicem litem nobis peperit eruditio Aegyptiaca, alteram Chronologicam, alteram quodammodo dogmaticam. In illa ingenii vires exercuerunt BOCHARTVS, SCHOTANVS, PEZRONIVS, VOSSIVS. In hac vero SPENCERVS & MARSHAMVS sententiae Paradoxae maneant Coryphaei.

(4) Non omnem dico ciuitatem Christo sanctam, sed Romanam, non omnibus in caussis, sed in multis.

(5) Quemadmodum DOMITIANVS Imperator isque simul Pontifex se Dominum Deumque appellari

cerdotum officiis iuribusque non nullis, ex vſu aquae ſanctae, quodammodo etiam ex auctoritate librorum ſybillinorum in Capitolio ſeruatorum. Vt taceam, quae de diebus feſtis, de altaribus, de hoſtiis, ritibusque non paucis tradi forte poſſent (6). Hoc vnum ſtrictim obſeruare mihi datum eſſe duco, quaſi vt nihil deeſſet ad comparationis materiem, Romanos hodie etiam *ſanctam matrem* venerari.

Facile largior, Chriſtianis Romanis vocabulum *Deae* non minus eſſe ignotum, quam Iudaeis olim (7). Sed exploratum etiam

pellari voluit: ita Antiſtes Romanus in Concil. Lateranenſis Seſſ. III docetur Deo eſſe ſimilis. Hic incidit mihi in memoriam curioſa inſcriptio ab adulatoribus curiae Romanae confecta: *Paulo Quinto, Vice-Deo, Chriſtianae Reipublicae Monarchae inuictisſimo & Pontificiae omnipotentiae conſeruatori acerrimo.*

(6) Occupata eſt haec ſparta a FRANC. CROIO *in Catholiziſmo Paganizante*, quem Gallico ſermone conſcriptum in Teutonicum conuertit IO. IAC. GRESSERVS. Baſil. 1607. Locupletius a NIC. HVNNIO in *Apoſtaſia Rom. Eccl.* ſigillatim Cap. IV. Adde *Parallele de la Morale des Ieſuites avec celle des Payens*, librum contra LOIOLAE diſcipulos acerbum, IANSENIO amicum ſtilum ſpirans.

(7) Ex eo, quod in ſermone Hebraico vocabulum Deae nullum datur, elicit argumenta de *Aſtharoth & Baal Berith* IVRIEV *Hiſt. des dogm. & des Cult.* p. 619. Quibus addatur NONNVS *in Dionyſ.*

etiam habeo, Paganis antiquis, post optimum Maximum, diuinis honoribus collustratas res vel personas non maiori auctoritate polluisse, quam quae nunc Romae Beatorum vel prorsus Sanctorum in numerum referuntur (8). Aequipollent, nisi fallor, voces *sancta sanctorum sanctissima*, *Diua*, voci antiquae *Dea* quoad vsum & auctoritatem.

Deam matrem valde celebratam esse inter Paganos Germanos, discimus dudum e saxis compluribus (9). At num credis, Germaniam Romae victricem fuisse in superstitione? Perpendas solum illud a GRVTERO notatum: DEABVS MALVISIIS & MATRONIS ROMANIS. Num miraris, Paganis non vnam sufficere Deam, sed plures esse venerationi? Roma Christiana plures quoque veneratur matres diuas. Statim initio mirificam vel consensionem vel aemulationem perspiciet, si quis ex *legenda aurea* aliisque

onys C. 41 s tandemque BOCHARTVS *in Phaleg. P.* 2. *Cap. vlt.*

(8) Distinctos esse actus *beatificationis* & *canonisationis*, nouimus omnes. Hos praeter MARCELL. *Cerem. Rom.* strictim refert IO. FABRICIVS *in Amoenit. Theol. de vtil. itin. Ital.* Ita numerum sanctorum augere soli Pontifici competit. Ex *Decret Gregor. l.* 3. *tit.* 45. *c.* 1.

(9) Ap. GRVTERVM & REINESIVM quibus addas saxum ap. GALEVM in *Comment. ad Antonin. It. Brit. p.* 7.

que (10) sanctarum numerum cum Deabus priscis contenderit. Vocis differentiam nil ad rem facere, iam monui. Tantum abest, vt diuinitatis vocem eo sensu acciperent, quo Philosophi nostri (11), vt potius, quaecunque insigni quadam efficacitate in mutationes mundi influere videbantur, appellarent diuina (12).

Ex quo natus est non solum solis, lunae & stellarum, sed etiam Heroum cultus. Hos inprimis immortalitate donatos, & in astra relatos rati, non modo astra eorundem domicilia

(10) HIERONYMI, BEDAE, FLORI, WANDELBERTI, RABANI, VSVARDI, NOTKERI *Ecclesiae Romanae* Martyrologia, pluraque particularia, qualia habentur ap. DACHERIVM & MARTENIVM de quibus instar omnium consulatur *Ittigii Bibl & Cat. Patr.* p. 156 s & passim.

(11) Aeui nostri Philosophi audierunt primo Cartesiani, postea Wolfiani. Illorum dux *Phil. Princ. P. I.* §. 15. 17. *Medit. de prim. Phil.* 3. alibique; horum magister *Metaph. Cap. VI.* tot. & sigillatim § 945. & 1069. it. *prælect. p.* 150-160. tandem *in Theol. Nat. P. II.* spec. § 6. suppeditant definitiones, quas si cum priscorum Philosophorum confusis contenderis notionibus, dubitabis, an ad hos oppugnandos siue idea insita, siue principium indiscernibilium insigni cum fructu applicari queat.

(12) In hoc non errauit IS. VOSSIVS *de Idololatr.* & *Baro de* CHERBVRY *de relig. Gent* siue *the ancient religion of the Gentiles Lond.* 1705. sigillatim cap. II, p. 7 sq.

micilia, ſed etiam cummaxime horum ſanctorum ſtatuas imaginesque religioſe ſunt intuiti (13). Exemplo Heroinarum religioſe cultarum ſit prae caeteris LVCIA VOLVMNIA, item LAMPSACA vel quaeuis alia (14). Quis autem quaeſo, ſi contenderit Profanum ad formoſam Venerem, & Catholicum ad pulchram Agatham genua flectentem, hic multum deprehendit differentiae?

Interim non fas eſſet, omnes ſanctas eodem loco habere (15). Prouti ſtella ſtellam

(13) Inter teſtes eſt CICERO pariter atque DION. HALICARNASSEVS, ſtatuas poni, cereas circa eas accendi, thus adoleri. Addatur PLATO *de legibus*, inculcans Heroum non adorationem, ſed ſtatuarum honorem. Quibuscum ſanctionibus quodammodo quadrat Ieſuitarum de Confucii non religioſo ſed ciuili cultu ſententia. *Reges olim fuerunt*, inquit CYPRIANVS *de idolor. van p.* 11. *qui ob regalem memoriam coli poſtmodum etiam in morte coeperunt*. Et paulo poſt: *Inde per gentes & prouincias ſingulas varia Deorum religio mutatur, dum non vnus ab omnibus Deus colitur, ſed propria cuique maiorum ſuorum cultura ſeruatur.* Hactenus ille.

(14) De Volumnia VARRO *l. V. & VIII. de LL.* De Lampſaca PLVTARCH. *de praecl. mul. fact.* ἡ Λαμψακη πρωτερον ἡρωικας τιμας αποδιδοντες ὑϛερον ὡς Θεῳ εψηφισαντο. Heroum ingentem numerum exponit TVLLIVS *de nat. Deor. C.* 2.

(15) Sunt in indice Dearum Paganarum aliquae vel per imaginationem vel ſi mauis per *fictionem iuris*

Iam magnitudine superat, ita Dea Deam. Tandem vero per regressum deuenitur ad eam, quae ceterarum procreatrix videtur, ad *matrem*. Historia BRVTI Romani, qui matrem exosculari monitus, tellurem osculis pressit, est in ore omnium. Pluribus argumentis comprobari potest, non minus apud Romanos, quam inter alias & veteris & nostri aeui gentes, nomen communis matris in vsu fuisse & venerabile (16). Sagaciores defendant, *Isidem* sermone Aegyptiaco idem sonare (17). Nobis hoc loco magis notatu dignum est, inter Romanos eamdem Deam variis

iuris compositae. *Pax. Pudicitia. Fides. Libertas. Salus. Concordia. Fides. Spes. Caritas. Felicitas.* Quis quaeso, cui sinciput sanum, hic non subodorabitur, res abstractas, more Poetarum esse, vti barbare loquimur, *personificatas*. At nonne facile eadem nomina nobis in mentem reuocare possunt, Pontificiis etiam quandoque arrisisse fictitia numina? e. c. habeas *S. Ursulam*, *S. Catharinam*, *S. Margaretham*, *S. Christophorum*. Quid de Vrsula cum suis vndecim mille virginibus notarint VALESIVS & TENTZELIVS itemque de martyrio legionis Thebeae, quis est eruditorum, qui nesciat? Licet DODWELLI sententiam non faciamus nostram, BASNAGIVS tamen in *Hist. de l'Egl. T. II. L.* 18 f. ad historiam criticam sanctorum saepe spuriorum suppeditat non contemnenda.

(16) *Magna Mater* audit IVSTIN. in *Hist.*

(17) Vti SERVIVS docet *in Aeneid.* Add. MACROB. *Sat. Cap.* 20. & IVL. FIRM. *de Err. Prof. Rel.*

variis cognominibus ornatam, & *Cybelem* & *Dyndamenam* & *Rheam* & *Idaeam* & aliter esse appellatam. Cummaxime vero nos non fugere debet testimonium *Halicarnassensis*: *Matri Ideae Imperatoris quotanis Romano ritu victimas caedere, ludos facere, & eam per urbem circumferre circulatorio ritu, stipem matri colligentes.* Haec DIONYSIVS (18). Talibus ritibus Deorum Dearumque matrem venerantes Pagani, nonne facile per idearum combinationem, quam vocant Philosophi, nobis in memoriam reuocant ritus, MARIAE DEI MATRI dicatos, ὑπερδουλειας, quam crepant, testes insignes? (19)

Ne quis comparationem inuidiose instituisse suspicetur, obseruemus etiam differentiam in eo sitam, quod Mater sanctissima stilo profano Heroum tantummodo procreatrix, non autem ipsum Iouem Optimum Maximum edidisse ducatur. Res est in vado. Habent Catholici aliam quamdam sanctissimam

(18) Item APVLEIVS l. 8. haec habet verba: „Qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis „personantes, Deamque Syriam circumferen„tes, mendicare compelient *Deum Matrem.*

(19) Noluntquidem DD. Pontif. sacrificari sanctis, attamen in honorem eorum. Vnde nomina *La Messe de S. Antoine. La Messe de St. Roch.* Neque rara sunt templa & altaria S. Virgini posita, vel vti dictio est explicita *in Pontificali Rom. ed. Par.* 1655. *p.* 173. *à l'honeur & au nom du St. &c.*

mam ſanctorum ſanctarumque Matrem, venerandam *Eccleſiam*. Politice publica res eſt ſuprema lex legum & ſancta. Sed ſtatum in ſtatu ſtabilientes, non potuerunt, quin aliam haberent matrem piam. En tibi Deam κατ' ἐξοχην, quam habet Roma pagana. En tibi quam habet Chriſtiana (20).

At nondum ſum emenſus campum. Quam dixi, vtraque eſt terreſtris. A qua diſtinctam habuerunt coeleſtem, omnium ore concelebratam. Prouti enim ſoli, ſub nomine *Baal* vel *Moloch*, domini, ſiue regis, ſiue patris, ob ingentem influentiam in terram, deberi ſtatuerunt venerationem ſummam, ita decreuerunt proximam lunae, *Baalta*, dominae noctis coelique, matrique. Coeleſtis Deae nomen legitur in numo antiquo *Juliae Symiamirae* (21). Simile quid eſt

H *Aſtarte*

(20) Negari nequit, in Eccleſia Anglicana, quam poſt Rev. PFAFFIVM multi magnopere deprædicant, Eccleſiae, clero, ſucceſſioni Epiſcopali nimium tribui. Id quod inter alia ex BINGHAMI *Origin. Eccl.* liquet. Adferre liceat dedicationem, quam vir ſummus CAVEVS *ſanctiſſimae chariſſimaeque Matri Eccleſiae Anglicanae*, ſcripſit in limine *Hiſt Liter Script. Eccl.* vbi pathetice loquitur: *ſit in omne aeuum*, *vt hactenus*, *ſtupor mundi Clerus Britannus*.

(21) VOSSII SANCHONIATHON *in* EVS *l.* 1. *de præp. Evang.* HEROD. *Euterp.* PAVS. *in Att.*

Aſtarte Aſſyriorum, quam vocem retinent Graeci LXX pro Hebr. *Aſtharoth* ad 4 Reg. XXIII. 13. vbi SALOMO eidem dicitur conſtruxiſſe aedem. Romae antiquae cummaxime ſub nomine *Dianae* venerabilis fuiſſe videtur. Quae, ſi VOSSIVM audiuerimus, vi vocis DIVA IANA *κατα συγκοπην* eſt adeoque IANI ſolis & domini ſociam lunam ſignificat (22). In gremium tandem diuae huius ceteri Heroes congregari videbantur. Quidquid id eſt, haud aegre ſe adduci patietur partium expers, vt Selenes in locum ſucceſſiſſe videatur apud Catholicos virgo coeli domina & poſt dominum prima (23). Paene liquidum eſt, quemadmodum profani poſt ſolem, lunae & telluri ſe plurimum debere

(22) Conſulas DIOD. SIC. in *Bibl. Lib. I.* Addas HEROD. *L. I. Clio. p.* 62.

(23) Non eſt quod ea, quae de ſanctis ſigillatim de Maria loquitur praxis quotidiana, probemus ex *Conc. Trid. Seſſ. XXV.* BELLARM. *l. I. de beat. ſanct. c.* 19. *Catech. Rom. ad l. præc. Qu.* 12. MALDONAT. *ad Matth. V.* 34. *Breviar. Rom. Offic. S. Virg.* c. f. p. Potius proponam, ne animo erga Pontificios infenſo debacchari videar, ex *Miſſali Lubecenſi*, Opere rariſſimo, & quidem precibus Miſſalibus, quae plane eximio charactere ſunt impreſſae, inter Fol CLIV & CLV. inſertis verba mitiora haec: *Cum omnibus ſanctis tuis, in quorum nos conſortium non aeſtimator meriti ſed venie queſumus largitor admitte per Chriſtum Dominum noſtrum, per quem haec omnia bona ſemper creas.*

bere crediderunt, ita Pontificios, poſt Optimum Maximum, ſanctae virgini in coelo & eccleſiae in terra plurimum tribuere. Lumina diuina procul abeſte! Faſtigium debetur *Deabus Matribus*.

Dices forte, lector, amicam cenſuram daturus, in comparatione duorum ſimilium hoc loco exſeri ingenium, non autem forte dari nexum realem. Ad quam diluendam ſuſpicionem hic tibi ipſi relinquo iudicium, vtrum per naturam humanam, per paginas ſacras, ceterasque hiſtoriae inſeruientes, fide digna ſit adſeueratio an minus, in Eccleſiam occidentalem Romae plantatam ſenſim irrepſiſſe mores Romanos eosque profanos. Hoc ſaltim in exploratis habetur, poſt CONSTANTINVM ad aemulationem ſacrorum Romanorum profanorum plurimos effictos eſſe ritus. Nil hodie inter Pontificios auditur frequentius, quam ſanctiſſima mater Dei & pia mater. Dubito, an ante illa tempora, quibus Paganae in locum chriſtiana religio publice ſucceſſit, pariter frequentata ſint. Saltim certum eſt, neutri eſſe acclamatum illud: *Ora pro nobis*.

Equidem non crediderim, me *παραδοξα ἀτοπα* in medium proferre. Theologi non pauci intelligunt, omnis ſanctorum inuocationis originem haud inepte arceſſi ex do-

ctrina Pagana de vmbris (24.) Quae quum ita sint, nil obstare video, quo minus etiam praerogatiua Mariae & Ecclesiae ex aliis doctrinis paganis explicetur. Valeant interim haec, quantum possunt. Mihi quidem, ne quid dissimulem, tria potissimum capita tuam, beneuole lector, adsensionem impedire posse videntur. At ne quid sinistram in partem interpreteris velim, quod certissime purgatum iri confido.

Primo quidem ideam; quam de Diis paganis formaui, confirmat prae ceteris philosophia Platonica. Per hanc nimirum redduntur homines primo ἀγαθοι, deinde θεοι, idque ob similitudinem, vti HIEROCLES in *Carm. Pythag.*: ἡ δε θεωρητικη εις ὁμοιοτητα θεȣ καθιϛησι. Legatur is in *prooem. aur. Carm.* & ALCINOVS εισαγωγης *cap.* II. Regnauit autem hoc philosophandi genus diu in Ecclesia. Neque hodie ista idea diui vel diuae plane exsulat. Potius obtinet tritum illud: *Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.*

Secundo: quae de Ecclesia matre dixi, neminem vnum offendere queunt, quum ὀρθο-

(24) Somnium a plebe tandem a Platonicis nutritum, OVID. *Fast.* SERV. *in* 3. *l Aeneid.* HOMER. 23 *Iliad.* 11 *Odyss.* eruditissime illuminatum a BRVCKERO & MOSHEMIO ad CVDWORTHVM manauit ad Christianos. PICTET. *T. II. p.* 131.

ὀρθοδοξοτατος SAL. GESNERVS in *Papiſmo Calvin. reliquias, trabes & plumulas ſanctæ matris Eccleſiae Romanae* in ipſo rubro explanatis verbis rideat. Eſt liber iſte nobis ad manus, cura HVNNII cum Theſibus Huberianiſmo oppoſitis emiſſus Frf. ad M. 1590.

Tertium & maximum caput verſatur circa cultum Mariae. Minime res nobis eſt cum *Neſtorianis*, qui A. 431. per Concilium Epheſinum ſuo iure ſunt damnati. Legantur *Acta Concilii ap.* HARDVINVM *T. I. p.* 2199. Rationes pro iudicii veritate ſumantur ex SCHERTZERI *Syſt.* p. 181 ſ. Quae de CYRILLI contra NESTORIVM peccatis habet ARNOLDVS *in der K. u. K. Hiſt.* neminem facile praeteribunt. Viri exoſi iudicia non eſt quod faciamus noſtra. Litis cauſſa fuit vox θεοκοτος. Quam adhibentibus Apollinarismi notam inurere contenderunt nonnulli. Si mauis, protracti litigii cauſſam fuiſſe mutuam aemulationem & intemperantiam, ego parum repugnem. Inhoneſtis artibus & ſtudiis haud parum in hoc concilio eſſe datum, docet b. MOSHEMIVS in *Inſtit. Hiſt. Eccl.* p. 403 ſ. Tandemque in controverſiis Neſtoriana, Eutychiana, Adoptiana, λογομαχιας ſubinde paginam feciſſe vtramque, propugnat reuerendiſſ. Eberhardinae Cancellarius *in Inſt. Theol. dogm.* p. 390 ſq. Itemque NESTORII aduerſario, CY-

RILLO, plurimum culpae tribuit vir summus LVTHERVS *in lib. de concil.* T. VII. *Opp. Altenb.* p. 265 s. Tandemque pro se ipso contra accusationem sublatae naturarum coniunctionis loquitur NESTORIVS *in fragm. Epistol. ap.* ASSEMANNVM *in Bibl. Orient. Vat. T. II. p.* 40 *s.* Quidquid id est, ipsos Canones Ephesinos cum Nicaeni sanctionibus piis conspirare amicissime, quis est qui non intelligat? Iisdemque non potest non subscribere lubenter, quicunque libros nostros symbolicos pie exosculatur. Sententiae ipsius veritas omnino manet salua & immota. Vna est altioris indaginis quaestio, anne saepius ipsae veritates mascule propugnatae erroribus practicis ansam dederint per accidens. Illam quidem definire meum non est. Sed post dicta tempora honorem maternitatis sacrae creuisse, confitentur ipsi Catholici. Ipso anno insequente 432. SIXTVS tertius Mariae primum consecrauit templum. Mitto reliqua, ne vel minimam defensi erroris incurram suspicionem. Sed *Eutychianorum* haeresis, si quid recte iudico, caussam perfecit omnem. Proponam haec verbis TILLEMONTII in *Memoires pour servir à l'histoire Eccles.* "C'est ce qu'on voit „dans Pierre le Fouillon l'un des plus mé„chans d'entre eux, qui, ayant usurpé trois „fois le siege d'Antioche, commence *le pre-*

„*mier*

„*mier à faire nommer dans toutes les prierès la*
„*St. Mere de Dieu.*“ Addit vero idem TIL-LEMONTIVS verba Catholico digna: „Comme tout ce, qui vient des héretiques, „n'eſt pas heretique, les Catholiques ont „crû pouvoir continuer avec pieté ce qui „avoit été *commencé par ceux dont ils abhor-*„*roient l'hereſie.*“

Nullus datur nexus naturalis, vt ea, quae Deipara ſuo iure audit, iis honoribus adficiatur, quibus olim matres diuae apud Paganos. Suſpicionem noſtram mouet non vox ſed res. Neque tamen praetermittendum eſt, quod vox θεοτοκος & vox θεομητηρ etiam nunc valde diſcrepent. Poſterior mihi videtur noua, non minus quam ille nunc vſitatisſimus titulus: *Dominae noſtrae Unſrer lieben Frauen.*

Non omnibus in locis eundem Mariae eſſe ſacratum honorem non ignoro. Vltramontani ſemper Germanos vicerunt ſuperſtitione non fide. Memoratu digna ſunt TACITI illa: *Nulli mortalium armis aut fide ante Germanos* 13 *Annal.* Quae verba operi immortali Sleidano-Schadaeano in fronte inſcripta mea quoque facere non eſt quod dubitem. Sed idem ego ſimul moneo, me non diſputare contra occultam forte Eccleſiam veram, ſed contra eos, qui ſunt Mariolatrae. Si qua de teſtimonio Iſmaelitarum contra Catholicos excerpta aliquando expro-

mam, fas erit adferre ex *Corani Capite Elmaide* locum, in quo Chriſtus fingitur ſe excuſare, *quod ipſe nequaquam docuerit homines, matrem ſuam eſſe Deam.* Mirum quidem non eſt, RICHARDVM *Ord. Præd. fratrem* imputationem inter manifeſta mendacia numerare. v. *ſumma Corani Ed. Foertſchii p.* 61. Interim ſi homines illi pergunt, quae volunt, dicere & errorem *Antidicomarianiſtarum* nobis imputare, recordentur tandem velim, eumdem EPIPHANIVM qui *in Panar. hær.* 78. c. I. p. 1033. barbaro iſto titulo notatos caſtigat, p. 1054 ſ. haereſin quoque *Collyridiam* damnare, hoc eſt eos, *qui virginem faciebant Deam oblationibusque honorabant.*

Largior denique, humani quid mihi accidere poſſe in eruendis originibus cultus, quo Mater Deae inſtar colitur. Suſpicionem quoque meam mihi eximi facile patiar. Hoc autem habeo in exploratis, cultus origines ab ipſo ſanctisſimo ſeruatore perperam repeti, qui potius, vt ne ea diuae interuentricis loco haberetur, dixit: τι ἐμοι και σοι γυναι Ioh. II. 4. & vt plane non ſingularis quidam honos Deiparae deberi videretur, etiamnunc explanatius: τις ἐϛιν ἡ μητηρ μου - ὁϛις γαρ ἀν ποιηση το θελημα του πατρος μου του ἐν ουρανοις, ἀυτος μου ἀδελφος και ἀδελφη και μητηρ ἐϛιν. Matth. XII. 48. 50.

TANTVM.



V.

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

V.

!באלהים

Reverendissimi Patris,

ANDR. OLAVI RHYZELII,

SS. Th. Doct. & Dioecef. Lincopienf.
Episcopi

ORATIO PANEGYRICA
de
ECCLESIA SVIOGOTHICA, VT ROSA INTER SPINAS,

in anniverfaria Cleri Synodo,
Lincopiae d. IV. Sept. Anni MDCCXLIV.
memoriter recitata.

Ex Autographo in Bibliotheca
M. HENR. IAC. SIVERS, Lubecenfis,
S. Reg Maj. Svec. Concion. Aulici,
Ecclefiarum in Tjuftia Boreali Praepofiti, & Paft.
prim. in Tryferum.

Lectori Benevolo!

Non femel humillimis precibus ab Eminentisfimo RHYZELIO, Epifcopo ac Maecenate meo fancte colendo, folidisfimam hanc orationem, *Novae Bibliothecae Lubecenfi* inferendam, petii. Tandem mihi a Viro gratiofo misfa eft, his tamen in Epiftola d. 16. Nov. MDCCLV. ad me fimul data, additis verbis, fummae humanitatis & modeftiae

 tanti

tanti *Polyhiſtoris* teſtibus: *Quia pertinaciter efflagitas, nunc Tibi mitto praefeſtinatum meum ſermonem, ſeu orationem panegyricam in anniverſaria anni 1744. ſynodo memoriter recitatam. Inter argutos Bibliothecae Lubecenſis olores nequaquam dignus eſt, qui ſtrepat ſtridulus hic meus anſer.* Sed digniſſimam eſſe hanc orationem non Bibliotheca ſolum Lubecenſi, ſed etiam marmore, vt omnia alia ſcripta Polygraphi noſtri Svio-Gothici, nemo non mecum fatebitur. Dabam e Muſeo meo Tryſerumenſi d. 8. Ian. 1756.

HENR. IAC. SIVERS.

(*Praemisſis titulis.*)

Coram ſpectatisſima & numeroſa hac *Illuſtrium ac doctorum virorum* panegyri cum cathedram hanc jam primum conſcendo, intelligo, me pro multitudine rerum, animo obverſantium, in diverſas abripi cogitationes. Quod vero, vt *amplisſimae hujus Dioeceſeos* Epiſcopus nunc pro his roſtris verba ſim facturus, adeo Vobis, *Venerabiles Fratres*, non ingratum eſſe, confido, vt certo ſciam, id fieri ſecundum deſideria veſtra atque vota, non ſemel, ſed ter, vnanimiter in me collata. Qvae ter gemina benevolentiae apud vos conſpiratio tanta fuit erga me amoris honorisque teſtificatio, vt eam, licet nullo

qveam,

qveam, omni, qvoad vixero, tempore ac modo ſim agniturus, & adniſurus demereri. Dein qvicqvid eſt muneris hujus axioma, ſubjectiſſimus debeo *Regi Auguſtisſimo*, qvi concordia veſtra vota atqve eis penitus conſona totius ſummi Senatus ſuffragia clementisſimo diplomate lubentisſime dignatus fuit corroborare. Ceterum, circa tantam & optimi Regis clementiam, & veſtram omnium benevolentiam, juſtiſſimis veneror, aeternisque celebrabo elogiis ſanctiſſimam illius providentiam, *in cujus manu Regum animi* omniumque corda *inſtar rivorum inclinantur* (*). Ad mentionem, immo ad nudam ideam divinae providentiae ſtupore corripior ac ſimul gaudio perfundor intimo; nam vix in ullum omnium veſtrum, qvam in me, exſtantiora illius documenta exſtitere inde ab incunabulis ad annum, qvem nunc octavum ago aetatis ſupra ſexageſimum. O! imperſcrutabiles DEI circa me vias! Si vitam, qvam hucusqve transegi, in decennia diſtribuero, evidentiſſimum fiet, DEVM provida ſua cura & rectrice manu me mirum prorſus in modum traduxiſſe ab ima humilitate ad hanc, qvae eſt muneris hujus, dignitatem, atqve e miſerabili mendicitate ad hanc, in qva per gratiam DEI vivo, ſufficientiam. Etenim *primo* vitae *decennio* puer eram

(*) Prov. XXI. 1.

eram pertinaci morbositate in tantum attenuatus, vt vitae, qvam mortis spes semper videretur esse remotior. *Secundo* per subsellia scholae reptabam, stipe plerumque ostiatim ac vicatim collecta pastus. *Tertio* paedagogiis, vt plurimum tenuibus, victum & amictum promerebar; attamen, DEO benedicente & prosperante, studiis interea ita maturueram, vt *qvarto* Ecclesiis, immo et aulis regiis mihi daretur esse a sacris. Qvaliter *duo novissima* vitae meae decennia, cum binis *septimi* Olympiadibus decurrerint, ipsimet noveritis: apud vos enim vixi, &, licet adversitatum non expers, adeo nullam de humilitate & mendicitate caussam habui habeove qverendi, vt non possim non fateri, me prorsus imparem esse dicundis, DEO qvas aeternum debeo, gratiis atqve laudibus. Dixero laetabundus cum Patriarcha: *O DEus patris mei, minor sum omnibus miserationibus tuis, & omni veritate, qvam fecisti cum servo tuo!* (*) & cum Hieropsalte: *Qvis ego Domine DEVS, & qvae domus mea? qvod me deduxisti hucusqve?* (**) scilicet e pulvere in lucem, ab infimi discentis scabello in venerandam hanc Lincopiensis Dioeceseos orchestram? Est hoc, o Deus mi patrumqve meorum, luculentissimum sanctissimae tuae providentiae gratiaeqve argumentum, a me in neutra,

(*) Gen. XXXII. 11. (**) 2 Sam. VII. 18.

neutra, militantium vel triumphantium, Ecclesia tacendum, sed perpetuis aeternisque laudibus extollendum. Sic ego, Auditores honoratissimi, qvod inter solatia conscientiaeqve firmamina confidenter refero, indeqve spem foveo certissimam fore, ut gratia DEI, qvi me hucusqve mirabiliter ductavit, & ad spartam hanc vocari fecit, in mea, maxime si vestris precibus indies sublevetur, infirmitate clementer sit perficienda; sic ego, inqvam, non ἀνόμως, illicitis viis illegitimoqve modo; sed ἐννόμως, secundum jura & statuta, DEO videlicet per concordia vestra vota, vnanimia Procerum suffragia atqve augustum Regiae Majestatis diploma disponente ac dirigente, in *Episcopalem* hanc *provinciam* sum ingressus.

Hujusdem muneris nomine & auctoritate anniversariam hanc venerandi Cleri Dioecesani Synodum indixi, pro more atqve ad tenorem Ecclesiasticae legis Theologica disputatione hodie inchoandam, & cras, bono cum DEO, continuandam. Exspectaveritis, *dilectissimi Viri ac fratres*, poposcerit qvoqve id recepta consvetudo a me, vt scenam disputationis hujus oratione aliqva aperiam. Verum multitudo negotiorum, qvibus aliqvamdiu in horas districtus vixi, & edentati apud me oris blaesitas, praeter plurima alia, veniam apud vos mihi impetraverint,

verint, loco debitae orationis proferendi aliquod nimis levidense ἐξεργημα, cujus occasionem mihi subministravit titulus ille, qvo coelestis sponsus, mundi Salvator, sponsam suam *Ecclesiam* in Cantico canticorum, stylo Salomoneo legitur dignatus, vocans illam *Rosam inter spinas*. Non mihi nunc sumo vel explicandum, qvomodo, qvod tamen videtur dictum voluisse sponsus ἀσαρκος, hoc titulo indicetur celebreturqve pulchritudo ac dignitas Ecclesiae ejus prae omnibus aliis in mundo coetibus; nec enarrandum, qvibus de causis Ecclesia Christi in terra militans, nuncupetur *Rosa*, aut qvam larga sit, qvae ex solo hoc titulo demeti colligiqve possit, doctrinarum, exhortationum consolationumqve messis, qvandoqvidem nuper, circa Gymnastici magistratus depositionem, Vir clarissimus amicissimusqve, Theologiae Lector, *M. Joannes* Sparschuch, jucundam hanc differendi materiam mihi praeripuit, & pererudita oratione exornavit. Sed *spinae illae*, inter qvas Ecclesiam *Rosam* vocavit Sponsus coelestis, ansam praebebunt mihi, non diserte perorandi, sed simpliciter prooemiandi (vocem PLINIVS auctor habet) de *Spinis*, *Ecclesiam CHRISTI Svio Gothicam inde ab eius incunabulis ad hodiernum usqve senium adflictantibus*. Brevitatem sermonis an-

(*) Cant. II. 2.

angustia temporis imperat; maciem vero illius, stribliginem atque lacunas progenitura est pauperies ingenii eloqviiqve, qvam in me, jam edentulo & depontano sene summam esse non erubesco fateri. Vtramqve per solitam vestram atque singularem benevolentiam, apud vos vt excusetis, mihiqve, per invias saepe historiarum syrtes, perqve horrida traditionum monachalium dumeta reptanti, spinasqve promissas investiganti, vt benignis auribus animisqve faveatis, obnixe, reverenter ac amice rogo, stipulor & paciscor.

Ecclesiae, qvae in terra Christum sponsum habet, agnoscit, confitetur & colit, ratione coloris, odoris, splendoris, propagationis, statusqve diversitatis & vlterius, titulum, typum, imaginemqve ROSAE competere, in confesso est. Post solutum remotumqve per sangvinem CHRISTI *intergerini muri septum* (*) rosam hanc extra gentis Israëliticae terminos ad qvascunqve totius orbis gentes fuisse translatam, itidem est in confesso. Qvo autem tempore, sub frigido nostro *Septentrione* primum fuerit plantata, res controversiae est, atqve altioris indaginis. Pium est credere, &, vt credatur, vrgent sacra DEI oracula, primo post natum Θεανθρωπον seculo, incolis Scandinaviæ aliqua

(*) Eph. II. 13. 14.

aliqua Christianae religionis capita seu praecepta innotuisse. Iusserat CHRISTVS Apostolos suos Discipulosqve *πορευεσθαι εις τον κοσμον ἁπαντα* & *μαθητευειν παντα τα ἐθνη.* (*) Qvis dubitare ausit, qvin expresso huic Domini sui mandato obediverint viri, a Spiritu veritatis acti & ducti? Illos *πανταχου* praedicavisse *θεοπνευςος* Marcus testatur (**) scripsitqve Paulus Θεοδίδακτος Colossensibus, Evangelium non solum pervenisse ad eos, sed & *παρειναι*, constanter adesse *ἐν παντι τῳ κοσμῳ*, vocavitqve illud *κηρυχθεν πασῃ τῃ κτισει, τῃ ὑπο τον οὐρανον.* Derogabit hisce testibus fidem, qvi dubitare pergit, Sviones Gothosqve aliqva Evangelii cognitione collustratos, dictaeqve Rosae plantationem, vivente adhuc Paulo, fuisse apud eos tentatam. Hoc non ignorarunt antiqvissimi historiae scriptores. *Abdias Babylonius*, ipsi Christo & Apostolis coaevus, scribit, Apostolos *S. Andream* Gothis Thraciae, & *S. Philippum* Scythis Europaeis per totos viginti annos, Evangelium inculcasse. *Eusebius Caesariensis*, huic ὁμοψηφος, tradit, Apostolos, discipulosqve & viros Apostolicos per omnem terram, adeoqve etiam per hanc borealem eius partem, salutaria regni coelorum semina fideliter sparsisse. Sementem hanc omni caruisse fructu, absit opinemur, simulqve suspice-

(*) Marc. XVI. 15. (**) Cap. XVI. 20.

ſpicemur, per integras ſeptem octove annorum centurias, nullos omnino in Sviogothia hac inter majores noſtros, tunc idololatriae deditos, inventos fuiſſe Chriſtianae religionis confeſſores, licet clandeſtinos. Aliud profecto indicant intimantqve continua noſtrorum cum vicinis remotisqve populis, Chriſtianiſmum tunc profesſis commercia, & percelebratus cognatorum, puta exterorum Gothorum in Italia, Gallia & Hiſpania dominantium, in Chriſtiana religione arripienda, propaganda & defendenda zelus, vt alia huc facientia argumenta ſicco, qvod ajunt, pede nunc tranſiliam. Seculo octavo nonoqve ac deinceps, poſt accenſam in Germania, nobis viciniori, Evangelii lucem, freqventius clariusqve coeleſtis & ſalutiferae doctrinae lumen patriae noſtrae affulſit, obſtetricantibus qvaſi, per nonnullos ſubinde huc miſſos δαδούχους, vtpote *Anſgarium*, *Rimbertum*, *Simonem*, *Withmarum*, *Vnonem*, *Gautbertum*, pluresqve alios, Archi Epiſcopis Hamburgo-Bremenſibus, qvibus Septentrionis converſio, converſiqve cura & gubernatio a Pontifice Romano fuit commiſſa. Tandem, re apud majores noſtros religionis per Hamburgo-Bremenſium Praeſulum arrogantiam, ſocordiam atqve avaritiam langvidius procedente, ex orbe Britannico

nico gens illic dominatrix *Anglicana*, in originis ſuae, qvam Scandinaviae ἀναμφισβητως debuit, redhoſtimentum, religionem huc miſit Chriſtianam per *Sigfridum* (vero *Sivardum* nomine dictum:) *Davidem, Eſchillum* aliosqve, longe feliciori ſidere, qvam fecerat Germania. Nam radiis jubar & aurorae meridies ſucceſſiſſe videbatur ſubSvio-Gothiae rege OLAVO **Skötkonung**; unde ille *Rex Chriſtianisſimus* audiit, celebravitqve auctor *Hiſtoriae Hervorianae* hanc epocham hiſce verbis: *Um hans daga war Svithiod kollud Chriſtin*, i. e. *Tempore eius Svio-Gothia facta fuit Chriſtiana.*

Qvia inde initia ac fata & Chriſtianiſmi & Chronologiae certiori calculo apud nos ſunt deducenda, inde qvoqve ad noſtrum, qvod vivimus, aevum continuato tenore, licet ſub diſpari rerum facie, *Chriſtiana* ſub Septentrione in patria noſtra religio ſeu *Eccleſia* inſtar *Roſae* fuit, variis adflictatae *ſpinis*, qvibus, ne vlteriori exſpectationem veſtram fatigem digreſſione, obiter recenſendis, qvalemcunqve impendam operam; nam graphice deſcribendis me palam fateor mparem.

Inter *ſpinas*, in qvibus Eccleſia Chriſti Svio-Gothica inſtar Roſae fuit acriter vellicata, puncta & afflictata, primum tribuo locum *Ethniciſmo*, ſub qvo majores noſtri, vltra

vltra duo annorum millia, teterrimae idolomaniae tenebris ac deliriis involuti, gemuerant. Qvalis, qvam ſtulta & foeda fuerit ratio idololatriae Sviogothicae, non eſt huius loci, nec mei inſtituti commemorare. Sufficiat dixiſſe, Gentilismum vel idolomaniam gravius, qvam vllam ſpinam offeciſſe atqve nocuiſſe non ſolum qvovis heic tentatae plantationis tempore, ſed etiam longo tempore poſtea & repetita vice, poſt alte ſatis heic actas coeleſtis religionis radices. Qvotiescunqve enim, ſive aevo Apoſtolico, ſive poſtmodum per ſeqventia ſecula aliqua fuerunt apud majores noſtros ſalutiferae doctrinae, non dicam ſemina ſparſa, aut tirocinia facta, ſed rumores vulgati, illico princeps tenebrarum, qvi & idem gentiliſmi auctor, architectus, tutor & vindex, omnem coeptavit movere lapidem, omnes ſpirare minas, omnes vires artesqve adhibere, vt tenella Chriſtianiſmi roſa in ipſa herba conculcaretur. Prorſus velut ſcripſerat Apoſtolus: ὁ Θεος τοὺ ἀιωνος τουτου ἐτυφλωσε τα νοηματα των ἀπιςων, ἐις το μη ἀυγασαι ἀυτοις τον φωτισμον του ἐυαγγελιου. (*) Adeo proh! inoleverat ethnicorum animis idololatricus gentiliſmus, vt ſibi ſinerent a diabolo perſuaderi, prorſus dedecere ſuam conſtantiam avitae religionis mutationem. Vnde

(*) 2 Cor. IV. 4.

non ſolum eos a Chriſtianismo gentilismus reddidit averſos abhorrentesqve; ſed & vehementiſſimo in illum odio ac furore accendit. Hinc ſaevisſimæ perſecutiones, immo & cruenta bella roſam hanc non ſolum propullulantem ſuppreſſerunt, ſed & nonnunquam probe radicatam evulſerunt. Gentilismus fuit Eccleſiae Chriſti in Svio-Gothia valde moleſta & noxia *ſpina*, non tantum ante Chriſtianae religionis ſub OLAVO Skötkonung introductionem frequentisſime; ſed etiam deinceps non ſemel. Haec enim *Spina* Eccleſiam, *Bircae* ſub Ansgario feliciter fundatam adeo ſuffocavit, vt vltra ſeculum cum dimidio, Sviogothico ſolo exſulaverit nomen Chriſti, ejusque cultus. Haec *ſpina*, incentore Satana & miniſtro SVENONE VICTIMARIO, Blot-Sven dicto, INGONEM Regem exſilio, ESCHILLVM aliosque Evangelii praecones martyrio atqve totum ferme Chriſtianismum excidio involvit, vt jure meritisſimo cenſeatur *gentilismus* ſeu idololatrica majorum noſtrorum religio, Chriſti Eccleſiae in Septentrione durisſima & pernicioſisſima *ſpina*, quae pertinacem converſioni remoram, & converſis crebras peperit acceleravitque perſecutiones, martyria atque mortes. Vidiſtis, *Auditores*, vnam *Spinam*, *Eccleſiae Svio-Gothicae exitioſam*.

Hanc

Hanc excepit alia, ſpecie quidem non ingrata, at re & effectu multifariam nocens, *Papismum* intelligo. Eccleſiae Romano-Catholicae ingentes quidem debemus gratias, quod ab ea, per doctores Germanos & Anglo Saxonicos, Pontificiae, ſeu Romanae curiae addictos, placitisque eius obſecutos, religionem acceperimus. At quando *gentium tempora erant impleta*, (*) Deusque voluit, vt juxta Prophetiam Zacharianam *ſpiritus eius requieſceret in terra aquilonis* (**), facta fuit Roma obſcoena meretricis Babylonicae ſedes, Pontifexque *Antichriſtus* iſte, quem Paulus exacte delineaverat (***), cujus dogmata traditionibus, figmentis, fabulis, legendisque ſuperſtructa, a veritate & puritate coeleſtis doctrinae longisſime receſſerant. Idcirco *Papiſmus* inter *ſpinas* Eccleſiae Chriſti oppido nocivas referri meretur, ſive docentium mores ſpectemus, ſeu dogmatum rationes.

A prima Chriſtianismi per *Scandinaviam* propagatione coepit Eccleſia ſub duro Papismi jugo omnimodam offenſam, ſeductionem & oppresſionem ſenſim & quaſi ſine ſenſu pati. Nam qui huc primi venerunt, coeleſtia dogmata mentibus ſimplicium inſtillatum, talibus curiae Romanae praeceptis & principiis fuerunt imbuti, quibus via pede-

 tentim

(*) Luc. XXI 24. (**) Zach. VI 8.
(***) 2 Theſſ. II. 3 ſeqv.

tentim pararetur enervandi atque hierarchiæ Pontificiae subjugandi Svio-Gothicos populos regesque. Hinc nocentius, qvam vllis spinis, pupugit, vexavit ac laceravit *Papismus* Svio-Gothos, majores nostros, ambitione, crudelitate, impietate & avaritia, seu immodica opum corradendarum cupiditate atqve dexteritate. Horsum spectarunt *denarii Petrini*, *taxae palliorum*, *eleemosynae*, *jubilaea*, *indulgentiae*, *dispensationes*, *anathematizationes*, *peregrinationes*, *testamenta* & plurima alia aucupia, excogitata atqve qvotannis frequentata, vt reges, proceres, cives totumque regnum opibus viribusque exhaurirentur ac cogerentur demum enervia colla libidini Pontificum conculcanda submittere. Mascule quidem diuque sese scelestis hujusmodi moliminibus oppositum iverunt reges proceresque: verum, ne porro hoc possent facere, *Papismus* dissidia, factiones, bellaque interna & externa excitavit, aluit atque per integra secula curavit continuanda, quo *Septentrio* hisce, ceu mutuis cædibus cladibusque, attenuatus atque fractus, ad quaelibet Pontificibus praestanda obsequia detruderetur. En! quibus aculeis *Papismus*, velut *spina* callide exitialis pristinam patriae nostrae dignitatem, potentiam & majestatem pessundare adnitebatur. Ceterum nec salutem animarum intactam illae-

illaesſamque reliquit; nam & illa ſolicitata, diſturbata & everſa eſt peſtilentisſimis & veritati divinae e diametro oppoſitis dogmatibus *de primatu & infallibilitate Papae; de juſtificatione & ſalute per bona, etiam aliorum opera; de invocatione ſanctorum: cultu imaginum; adoratione reliquiarum; de canonizatione; de purgatorio;* de *limbo Patrum* &c. Sed dies & loquela prius me deſtituerint, quam Papismi circa dogmata abſurditatibus ac deliriis ſaltem enumerandis ſufficere poſſem.

Intelligitis, *Auditores faventisſimi*, quam puriorum ſacrorum hoſtes, foeda ſuperſtitione excoecati, contenderint & graſſati fuerint omni calliditatum, immo & flagitiorum genere, fraudibus, mendaciis, perjuriis, ſeditionibus, minis, verbi divini corruptelis, impiisque dogmatibus, vt non modo civilis jurisdictio Eccleſiaſticæ, & regia Majeſtas Pontificiae ſubjiceretur, ſed & vt regnum tenebrarum ſub blando Chriſtianitatis nomine ſub Septentrione in patria noſtra invaleſceret. Profecto perpetuis & in dies atque in annos auctis repetitisque *ſpinae* hujus compunctionibus ſaevisſimis eo perventum erat, vt in *Svio Gothia* noſtra Eccleſia CHRISTI animam ageret, & revera exſpiraviſſet, niſi DEVS, majorum noſtrorum miſertus, GVSTAVM *Ericiden*

WASE, *regem & heroa incomparabilem* excitasset, qui reformatione religionis apud Germanos per LVTHERVM auspicato suscepta exstimulatus, animose aggressus est *Papismi* supplantationem atque extra regni sui fines eliminationem. Res ardua successu non caruit. *Spina* haec exsecrabilis, pertinaciter licet ringente ac per mancipia sua recalcitrante Papa, fuit succisa atque protrita. Quibus artibus *ἀναβιωσιν* seu reviviscentiam Papismi in patria nostra, post fata laudatissimi regis, moliti fuerint aulae Romanae adseclae & fautores, modo *δια βραχεων* commemorabitur.

Post *Papismum*, per repurgationem religionis & bonorum Ecclesiasticorum reductionem suppressum ac limitibus patriae ejectum, coepit Evangelica Christi Ecclesia heic purior enitescere, spesque fuit eam ab aculeis nominatae *spinae* non vlterius vellicatum iri; verum vt radix detruncatae arboris surculos solet protrudere, & veluti, quod in fabulis est, vno Lerneae hydrae capite amputato, plura renascebantur; ita *spina Papismi*, modo, quem dicebam, conculcata, sub GVSTAVO PRIMO eiusqve Filiis, Svio-Gothiae regibus, plures progeneravit spinas, Ecclesiae CHRISTI molestas, luctuosas & calamitatem minitantes. Vt nihil dicam de *Anabaptistico furore*, per Fanaticos,

naticos, *Melchiorem Rinck* & *Knipperdölling*, ſub ipſo reformationis exordio Stockholmiæ excitato, a rege vero in ipſa herba prudenter atqve ſevere repreſſo, pro genuina Papismi ſubole, proque *ſpinis* Eccleſiae non parum nocivis, haberi merentur *Dalekarlicus* per *Pſeudò-Sturium* tumultus; *Dakiana* Smolandorum ſeditio; inſidioſa *Interimiſmi* commendatio, & plures, regnante adhuc GVSTAVO PRIMO, Papicolarum machinationes. Pariter ſub ejus filio ac nepote, IOHANNE & SIGISMVNDO regibus, eiusdem radicis germen fuit *Liturgiſmus*, famoſa iſta & nefanda Pontificiorum, in primis Jeſuitarum, decipula, ad *Svio-Gothos* laqveis Papismi iterum irretiendos, aſtute fabrefacta. Iſte enim, *Liturgiſmum* putate, non ſolum ſpecioſo ſuo titulo etiam procerum præſulumqve tale oculis glaucoma obduxit, atqve animis virus infudit, vt non, licet oculatisſimi ſibi putarentur, animadverterent, ſe pro Diana nubem, hoc eſt Romano-Papismum pro Evangeliciſmo eſſe amplexatos; ſed qvoqve, ceu *ſpina* acutisſima, Eccleſiam dilaceravit ſeductionibus, conſcientiae morſibus, perſecutionibus aliisqve horrendis modis. Sinceri Evangelii doctores in carceres publicos detrudebantur, vel fuga exſilioqve vitae conſulere adigebantur, in templis & ſcholis dogmata Papismi, dudum

heic explosa, inculcabantur, parumqve abesse videbatur, quin *Liturgismus*, per damnabilem in Papismum recidivam, pristino Pontificiae tyrannidis jugo Svio-Gothicam Ecclesiam subdidisset. Illuc etenim per lenocinia blanditiasque *Catharinae Iagellonicae*, reginae, per credulitatem optimi regis IOHANNIS *Tertii*, per vaframenta fraudesque *Fectenii* scribae, *Laurentii Norvagii* vulgo Kloster-Lasse dicti, *Iohannis Herbesti*, sacerdotis, *Stanislai Hosii*, Cardinalis, *Antonii Possevini*, Nuncii huc Apostolici, aliorumque res religionis in patria nostra erat perducta, vt enumerata nunc Papicolarum farrago, Liturgiae fabri & pronubi, gratulando ac exsultando ἐπινίκιον plenis buccis canerent de procurato Svio-Gothicae Ecclesiae, in sinum Pontificis relapsu atqve receptione.

Tantum abfuit, vt per mortem regis IOHANNIS, spina haec exaruerit, vt interea, dum regimini Svio-Gothico, sibi avito ac hereditario, rite inaugurabatur SIGISMVNDVS, Rex Poloniarum, videretur eadem permaturuisse. Illico enim, ad dictamen Nuncii Apostolici, *Francisci de Mala Spina*, sacra & scholae Pontificiae coeperunt palam haberi, evasitque haec *spina* eo formidabilior Ecclesiae heic Evangelicae & triumphanti propior, qvia rex, contra datam fidem, arces & provincias regni viris Jesui-

Jesuiticae factioni addictis commiserat custodiendas atqve gubernandas. Proinde eo tempore fuisset brevi de Evangelica religione apud nos conclamatum, nisi singulari DEI providentia, pro Israele suo indesinenter vigilantis, rebus Ecclesiae collapsis, aut jamjam lapsuris, consilio, praesentia, auctoritate, atque tandem potentia subvenisset CAROLVS, GVSTAVI I. regis filius natu minimus, Sudermanniae tunc Dux, per Orthodoxiae zelum aliasqve regias virtutes diademate, qvod postea obtinuit, longe dignissimus, CAROLI NONI titulo in historia aeternum celebratissimus. Hic *Papismum*, larva *Liturgismi* deposita, nunc vero nomine inclarescentem, animosa virtute fortiqve brachio oppugnavit, expugnatum obnixe proculcavit, conculcatumque penitus eradicavit. Flamines & adseclas ejus vel ejecit, vel adeo protrivit terruitque, vt deinde non domi hiscere, nec foris de reditu consilia capere fuerint ausi. Sit DEVS in secula laudandus, qui Ecclesiam Christi Svio-Gothicam perniciosa atque lethifera ista *spina* tunc non modo clementer liberavit, sed & deinde in hunc vsque diem immunem ab ea praestitit & servavit!

Vt numquam bella piis desunt, ita Ecclesia, Christi sponsa, numquam non est *Rosa inter spinas*. Mox post oppressum & extermina-

minatum cum *Liturgismo* Papismum, in patria noſtra propullulare intelligebatur *ſpina nova*, plus timoris & curae, quam moleſtiæ ac detrimenti Eccleſiae Svio-Gothicae faceſſens, ſc. *Calvinismus*. In hunc enim CAROLVM IX. regem, acerrimum, ceu audivimus, Papismi domitorem atqve Orthodoxiæ vindicem, inclinare fecerant quidam ejus Aulici, qui aut priorem illius conjugem, ANNAM MARIAM Heidelbergenſem huc comitati, remanſerant, aut poſtmodum acceſſerant. Latentem hucusque optimi regis animum detexit non ſolum *Theodoricus Micronius*, theſibus nonnullis, dogmata *Calvini* complexis, non ſine conſenſu regis editis, & ab Archi Epiſcopo, *M. Ol. Martini* nervoſe refuſatis; ſed etiam *Eccleſiaſtica* pro aula regis *Ordinantia*, in quam, noviter typis impreſſam, obſervationibus, adeo probe fundatis, idem Archi Epiſcopus animadvertebat, vt Ordinantia iſta calvinizans, rege ipſo cenſente, tanquam & inutilis & noxia, indigna haberetur, qvae in lucem ac vſum perveniret. Huic tamen in eundem finem ſucceſſit *Nova Catecheſis Suetica*, in publicum emiſſa, virus *Calvinismi* apertis phraſibus incruſtans, & ne nihil non tentatum relinqueretur, publica *Iohannis Forbeſii*, hominis *Scoti*, diſputatio, quae ſexaginta & octo theſibus compoſita, *Calvinismo*. ſi non fores panderet,

ret, adplausum & consensum pararet atqve acquireret. Verum res prorsus aliter cecidit. Et *Catechesin* & *Disputationem* ea argumentorum soliditate Archi Episcopus aliique doctores confutarunt, vt rex CAROLVS, convictus de impietate & absurditate Calvinismi, omne eius studium damnaret atqve deponeret, nolletque hanc *spinam* Ecclesiae patriae vlterius vllo modo fieri molestam.

Sub auspicatissimo GVSTAVI ADOLPHI regimine, vtut perpetuis bellorum motibus molibusque continuato, halcedoniis fruita fuit Ecclesia Svio-Gothica, nullisqve manifestis *spinis* inquietata; pariterque rerum potiuntibus ejus filia CHRISTINA, hujusque successoribus CAROLIS bellicosissimis, gloriosissimis. Nullae sub illis Ecclesiam *spinae* deprehenduntur lancinavisse, nisi in classem earum velimus referre productam bellorum seriem, licentiosam aulae regiae *κακοζηλιαν* pronamqve nimis in exteros benignitatem, indeque ad cives derivatam exoticorum aemulationem sive *κακοηθειαν*, immo & tentamen *Ioh. Duraei*, Scoti, atque Doct. *Iohannis Matthiae*, Episcopi Strengnensis per *bacciferos Olivae Septentrionalis ramos* conamen de *promovendo inter Ecclesias Evangelico Lutheranam, & Calvino-Anglicanam Syncretismo.* Inter haec mala, seu incommoda *Ecclesia, velut rosa inter spinas* non potuit

potuit exſors eſſe afflictionum, quas tamen laudatisſima regnantium clementia, Praeſulumque ac Eccleſiaſtici ordinis pro orthodoxia & pietate vigilantia adeo leniverunt, vt parum ſentirentur.

At hoc ſerenum pacatumque halcedoniorum tempus horrenda excepit tempeſtas, & cum ſe ſpinis caſſam liberamque putabat Evangelica apud nos Eccleſia, in denſiſſimo ſeſe conſtitutam eſſe deprehendit *ſpineto*. Exulcerata, quibus viximus & eheu! vivimus, intelligo tempora, qvibus per ſemiſeculum, & quod excurrit, Eccleſia Evangelico-Lutherana nefandis & quidem intra atque ex ſe natis *ſpinis* deplorabilius, qvam vllo vnquam tempore, adflicta, preſſa atque dilacerata fuit, hodieque dilaceratur. Illas inter pravitate & nocendi libidine eminet, atque omnes ferme ceteras ſuo complexu fovet *Fanaticismus*, eo periculoſior peſtilentiorque, poſtquam ſub commentitio *pietatis* nomine ac praetextu, in aulas & caſas, in palatia & tuguria occepit ſeſe inſinuare. *Pietiſmus*, vtpote totus artibus fallendi & ſimulandi conſutus, inter *ſpinas*, Eccleſiam & orthodoxiam ſollicitantes, princeps eſt atque nocentiſſima, & quidem non ſimplex, ſed multiformis. Nam dudum eſt non modo ſuſpectus, ſed & convictus *heterodoxiae*, *Phariſaismi*, *Chiliasmi*, *Socinianismi*, *Anabaptismi*, *Enthuſiasmi*, *Platopismi*,

nismi, *Separatismi*, *Weigelianismi*, vt plane nesciamus, quorum non veterum & recentium haereticorum sputa linxerint hodieque lingant Pietistae. O exsecrabile spinetum! O lamentabilem Ecclesiae etiam Svio Gothicae statum & conditionem, qvod vepribus spinisqve, e propria proh! alvo pudendo prognatis partu, circumcincta cogatur gemere atqve qveritari:

O! me, qvos genui, certant pessundare gnati.
Hem! matri bellum pignora turpe cient!

At qvorsum feror, vestriqve meiqve ac temporis immemor? Intelligo me provehi in mare, cuius litora nulla videntur. Itaque vela contraho, vt portum, quem mihi proposueram, cymba subeat. Incidi in spinetum: sed spinis ne intricer obruarque, necesse est, me quantocius extricem, viamque erumpendi quaeram, qvum illis enumerandis, nedum describendis & delineandis me imparem videam, maximeque verear, ne sterili *spinarum* recensione auram benevolentiae patientiaeque vestrae deteram atque profligem, ne & particulam temporis, disputationi destinatam, incomta loquentia inutiliter consumam. Heic itaque terminus esto.

Intellexeritis, *Auditores aestumatissimi*, ex eis, quae ruditer obiterque adlata sunt, Ecclesiae, CHRISTO in dilectissima nostra patria olim ac nunc collectae, recte competere titulum, quo sponsam suam, Ecclesiam, insignivit


gnivit coelestis sponsus Messias, dicendo: *Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias.* Intra limites propositi me continere, vt debui, volui, contentus, si non evicisse, saltem aliqvatenus demonstrasse, Ecclesiam CHRISTI Svio Gothicam a primo suae plantationis tempore ad hodiernum suum senium spinis fuisse circumdatam atque adflictatam. Nonnullas tantum earum spinarum vidimus, quas olim sensit, hodieque sentit. At quas posthac est sensura, videbit, si qua futura sit, posteritas. Nam extra dubitationis aleam vere positum est, alia Ecclesiam fata non esse mansura, donec in terra desierit esse militans, quam vt in eam quadret DEI miserantis effatum: *O! afflicta, procellis agitata, nec consolationem nacta!* (*) Credite itaque, *o Fratres*, spem, quam sibi nonnulli pollicentur, meliorum temporum esse desperatam. Discite & docete alios, sine scandalo & cum patientia observare, dilectam CHRISTI heic esse & futuram porro *velut rosam inter spinas*, & denique pergite assidue ac ardenter deprecari, ne unquam apud nos lolium praevaleat tritico, neve *Spinae* supprimant *Ecclesiam. De spinis, in quarum medio Ecclesia Christi rosa est*, dixi.

Scribebam d. 1. & 3. Habebam d. 4. Sept. 1744. in synodo anniverss.

(*) Es. LIV. 11.



VI.



VI.

Epiſtolae aliquot ineditae gallico idiomate ſcriptae, de rarisſimo IORDANI BRVNI libro: *Spaccio della beſtia trionfante* exponentes. (*)

Accedit
IO. TOLANDI de eodem libro epiſtola hic recuſa.

I. Lettre de Monſieur *Maturin Veysſiere la Croze*, à Mr. *Naudé*, Marchand libraire (**).

Monſieur,

Les deux livres de *Brunus* ſont tres rares, ſur tout le *Spaccio della beſtia trionfante*. Pour ce qui eſt de la *Cena delle ceneri*, Mr.

K *Bayle*

(*) Ex inſtructisſima illuſtrisſimi Comitis de SCHMETTOV bibliotheca deſcriptas nobiscum beneuole communicauit vir, hiſtoriae literariae vniuerſae & rariorum inprimis librorum notitia optime imbutus, I. C. HENNINGS, Profeſſor Kilonienſis.

(**) Conf. *Theſaurus epiſtolicus LACROZIANVS* ab VHLIO Lipſ. 1742 editus, tom. I, p. 71, 153. tom. II p. 229. tom. III. p. 138 ſqq. S.

Bayle en a fait mention. C'eſt un recueil de proſe & de vers, compoſés en Angleterre le ſoir du mecredi des Cendres, & c'eſt de là, que le livre tire ſon nom. Du coté de la conſcience je ne vois point d'inconvenient, qu'un homme riche & curieux paie deux cens écus de ces deux livres-là. Il ne s'agit que de ſavoir, ſi celui, qui les veut acheter, le peut faire ſans s'incommoder. J'ai lu en France un autre livre de *Jordanus Brunus.* C'eſt une comédie italienne aſſez groſſe & fort plaiſante, intitulée: *il Candelaio.* Elle a été dans l'auction de *Kielmansegge*, & je l'ai fait pouſſer aſſez haut, ſans pouvoir l'avoir. Je vous prie, Monſieur, d'envoyer cette petite note à Mr. *de Beſſer.* Ce ſera tout comme ſi je lui écrivois à lui même. Je vous prie de me faire coudre ce volume de Miſſions, & de me l'envoyer après. Je vous le paierai à la premiere vue. J'ai l'honneur d'être &c.

le 10 Mai 1724.

la Croze.

II. Ecrit de Mr. *de Beſſer*, qui a dû être communiqué à Mr. *la Croze.*

Après bien des diſputes & des procès même, que j'ai eus en Hollande pour le *Spaccio de Brunus*, je l'ai enfin emporté à force d'argent & de menaces, & me puis vanter que par

par cet achat je ſuis devenu poſſeſſeur d'un livre d'une ſi extreme rareté, que feu Mr. le Baron *de Hohendorf*, à qui rien de rare en matiere de livres n'eſt échappé, ne l'a jamais peu decouvrir, & qu'en toute la Hollande, quelque loin que s'étende ſa correſpondance, on n'en connoit, à l'heure qu'il eſt, que deux exemplaires, ſavoir le mien, & celui, que feu Mr. *Toland* a eu, & qu'il doit avoir vendu, à ce qu'on dit, pour cent livres Sterling à Monſeigneur le Prince *Eugene* de Savoye.

Mr. *Steel* dans le 4 volume de ſon *Spectateur* dit, que ce livre de *Brunus* a été vendu pour trente livres Sterling dans une vente publique à Londres, & ſemble avoir copié Mr. *la Croze* au ſujet du contenu de ce livre.

La premiere choſe que j'ai faite, après la reception du livre, a été de le lire deux fois de ſuite d'un bout à l'autre, pour y chercher les impietés, dont Mr. *la Croze* l'accuſe dans le quatrieme de ſes *Entretiens ſur divers ſujets d'hiſtoire*, p. 326 & ſſ. Je ne le ſçaurois dire, combien d'attention j'aye apporté à cette lecture; mais quelle a été ma ſurpriſe, lorsque malgré mon attention je n'ai rien trouvé dans mon exemplaire de tout ce que Mr. *la Croze* attribue à ce livre qu'il croit y avoir trouvé.

Il traite l'auteur d'Athée de profesſion, & dit de l'avoir lû, quoique tout ce qu'il en raporte, ſoit abſolument faux & ne ſe trouve pas dans le livre qu'il cite & qu'il pretend avoir lû.

Selon les pretenſions de Mr. *la Croze*, 1) on y fait des comparaiſons abominables entre les fables des poëtes & les hiſtoriens ſacrés, 2) l'evangile y eſt tourné en ridicule, 3) le nom d'Impoſteur y eſt repeté pluſieurs fois & appliqué aux trois legislateurs; à celui des Juifs & celui des Mahometans, ſans en excepter nôtre Sauveur. 4) Et la réforme des conſtellations que Jupiter y fait, & qui eſt le but de tout le livre, ne conſiſte ſelon Mr. *la Croze*, que dans une excluſion qu'on donne à toutes les Religions, pour ſubſtituer dans le ciel le nom des vertus morales aux fauſſes divinités du paganisme.

En verité, ſi une ſeule de toutes ces differentes impietés ſe trouvoit dans ce livre, il ſeroit déja plus que capable de donner de l'horreur à tous les gens de bien, & que ne feroit il point si toutes les autres que Mr. *la Croze* lui attribue, y étoient enfermées?

Mais je proteſte de n'avoir rien rencontré de tel dans mon exemplaire. Car quoique *Brunus* y faſſe ſouvent des applications profanes des paſſages ſacrées aux choſes mondaines & fabuleuſes, à la maniere de la plû-

part

part des Poetes & même des Theologiens d'Italie; il est pourtant certain, qu'on n'y parle en aucun endroit, ni de l'evangile, ni des trois legislateurs, ni de l'exclusion donnée aux religions: ce livre n'étant qu'un livre purement moral, & dans lequel il ne s'agit que d'une chasse qu'on donne aux vices predominans, comme *Brunus* le declare lui même (*) à la 17 page de sa préface, & comme Mr. *Bayle* l'a fort bien compris, quand dans le I. tome de la nouvelle edition de son dictionnaire, il dit: Ce livre de *Brunus* est un traité de morale bizarrement dirigé: car on y expose la nature des Vices & des Vertus sous l'embleme des constellations celestes chassées du firmament pour faire place à de nouveaux astres, mais qui representent la verité, la bonté, &c. p. 673.

Cela étant, on ne voit point, sur quoi Mr. *la Croze* puisse fonder ses accusations contre ce livre, & de quelle maniere il s'en puisse justifier, à moins qu'en sa faveur on ne fasse l'une de ces deux suppositions: ou que le livre, que Mr. *la Croze* a vû, a été tout un autre livre que le mien & celui de Mr. *Bayle*; ou que n'ayant eu ni assez de tems ni assés de commodité pour le bien examiner,

(*) *Si da Spaccio à la bestia trionfante: cio é a gli vitii che predominano & soglono confuscar la parte divina*, sont les propres termes de *Brunus*.

miner, il en a crû ce que le temoignage des gens de credit & ſes propres ſoupçons lui en avoient inſpiré.

La premiere de ces ſuppoſitions pourroit trouver de la difficulté, puisqu'on n'a jamais entendu parler de deux differentes editions de ce Livre; mais la ſeconde ſemble être recevable d'autant plus que Mr. *la Croze* lui même nous aſſure de n'avoir pas eu le livre qu'un moment en ſa diſpoſition: que Mr. *Toland*, qui le lui avoit montré avec beaucoup de reſerve, avoit crû que c'étoit le fameux traité des trois Impoſteurs, & que *Scioppius*, qui avoit aſſiſté à l'execution de *Brunus*, l'a chargé non ſeulement de toutes ces impietés, mais encore de tant d'autres infiniment plus execrables, dans une lettre écrite à *Rittershuſius*, que Mr. *la Croze* a inſeré dans ſes entretiens.

On a aſſés d'exemples dans l'hiſtoire, que les plus honnêtes gens du monde, induits par le faux raport de quelques celebres auteurs, & par l'impoſſibilité de trouver des exemplaires, ayent été long tems dans l'erreur au ſujet du contenu de certains livres, temoin le *Cymbalum mundi* & *il Capitolo del Forno della Caſa*, que tant de ſavans ont accuſé d'atheiſme & d'impureté, non obſtant qu'on n'y ait rien trouvé de tel, lorsqu'à la

fin

ﬁn on a eu le bonheur d'en découvrir un exemplaire.

Quel mal y auroit-il de ſe figurer à peu près la même choſe de *Mr. la Croze*? et, comme c'eſt une affaire de religion, de ſe perſuader, que ſon zele & ſa pieté l'ayent porté à être plus ſuſceptible qu'un autre à de ſemblables impreſſions, & à ſuivre pour les interêts de Dieu, au moins la même regle que les politiques ont établie pour la ſeureté de leurs princes: *Quando de ſalute Regis timetur, credulos eſſe debere.* Tout ceci ne ſe dit que par une ſincere affection qu'on a, & pour la perſonne & pour la reputation de *Mr. la Croze.*

Mais si cela ne le ſatisfait point, il n'y aura d'autre moyen pour ſe tirer d'affaire, & pour s'éclaircir qui de nous deux eſt dans le tort, que d'en venir a une inſpection & à un examen de mon exemplaire, ſi jamais je me puis réſoudre a le communiquer.

Ce livre eſt introuvable et me coûte trop pour le hazarder, & de plus, qui me répond, que ſi l'on venoit à reconnoitre que les impietés dont on l'accuſe, ne s'y trouvent point, il ne perde & ſon prix & ſa rareté? puiſque l'un & l'autre ne provient que de la fauſſe perſuaſion, où l'on eſt que toutes ces horribles méchancetés y ſont compriſes. Ainſi je ne puis communiquer mon livre qu'en ma

présence. Cependant je verrai quelles propositions Mr. *la Croze* me fera là-dessus sur tout en considération de la beauté & de la propreté de mon exemplaire qui est singuliere & qui se pourroit aisément gâter. Si *Mr. la Croze* me veut honorer de sa réponse, il la peut faire, s'il lui plait, en forme d'apostille ou de remarque plûtôt qu'en forme de lettre, & afin que la chose demeure entre nous deux seulement, je le prie de me renvoyer mon papier, quand il l'aura lû, & je lui renvoyerai le sien, s'il ne le trouve pas à propos de le laisser entre mes mains. Il est plus sûr que moi de la justesse des expressions, & n'a pas par consequent besoin de prendre pour ses écrits autant de précautions que moi pour les miens.

à Dresde, le 17 de Juin 1724.

Il faut bien que *Scioppius* n'ait jamais vû le *Spaccio*, puis qu'il a crû que *la Bestia trionfante* étoit le Pape, ce qui ne lui seroit jamais venu dans la pensée, s'il avoit vû le livre. Je ne sçais du quel traité Italien de *Brunus*, il ait pris le mot *impiccato*, dont *Brunus* se doit avoir servi en parlant de nôtre Seigneur, mais il est certain, que ce mot ne se trouve point dans le *Spaccio*, & qu'il faudra bien le mettre au nombre des autres menteries & faussetés de *Scioppius*, dont il a été convaincu en bien des rencontres. J'ai

cinq

cinq autres traités de *Brunus*, dont l'un contient quelques lignes de sa propre main adressées à un certain *M. Casp. Keglerus* à Rostock, à qui il a envoyé ce livre.

J'ai trouvé dans mon exemplaire du *Spaccio* entre autres passages choquans trois endroits qui ont quelque apparence du blaspheme.

1.) Brutus en y parlant de Moyse dit, qu'il avoit surpassé en magie tous les Egyptiens; mais il ne prend la magie que pour la science des Egyptiens, comme les anciens l'ont toujours prise en ce sens-là p. 724.

2.) Il dit que Momus s'étoit fort étonné, comment dans le Centaure la figure de bête & celle d'homme puisse être unie *in una hypostatica unione*; & quoique cette comparaison seroit horrible, si l'on la vouloit appliquer à nôtre Seigneur, nôtre Seigneur pourtant n'y est point nommé: & d'ailleurs Jupiter semble en reprimender Momus, quand il lui dit, que c'étoit un Mystére, qu'il falloit savoir pour le croire seulement & non pas pour l'aprofondir, p. 256. &. 257.

NB. Il est vrai, que ce que Jupiter dit ici, pourroit bien être dit par ironie & rendre la chose plus suspecte, qu'on y parle de l'incarnation de notre Seigneur, puis que c'est une doctrine connüe parmi les Chrêtiens, que c'est un mystére incompréhensible qu'il faut croire & non pas aprofondir.

3.) A la page 225. Brutus se mocque de ce qu'on montre à Genes la corde de l'anesse sur la quelle nôtre Seigneur a monté; mais il ne s'y mocque que de la bigotterie des superstitieux, en quoi il ne fait rien de blâmable.

Si ce sont-là les impietés, dont on l'accuse, elles se trouvent veritablement dans ce livre; mais au reste je n'y trouve autre chose & rien dit nommement ou en termes formels, à moins que n'étant pas aussi versé dans la langue Italienne que *Mr. la Croze*, je n'aye pas assés compris le veritable sens de bien des endroits, sur quoi je suivrai tres volontiers les lumieres de *Mr. la Croze* & me soumettrai avec plaisir à sa decision. Mon écrit est plein de ratures, ce que je prie de vouloir bien excuser, puisque je n'ai personne qui puisse copier ma minute.

III. Réponse de *Mr. la Croze* à l'écrit de *Mr. de Besser.*

Je m'interresserois autant que qui ce soit à la justification de *Jordanus Brunus*, si j'y voyois quelque jour. J'ai été charmé de la grandeur de l'esprit de cette infortunée victime de l'inquisition. Mais comme pour juger de ses sentiments j'ai lû plus d'une fois avec une attention extraordinaire ses poëmes Latins *de monade* &c. & *de triplici minimo* &c. j'y ai trouvé un systeme fort travaillé d'un athé-

athéiſme inexcuſable. Le ſavant Mr. *Heumann*, *Recteur* de *Göttingen* a voulu prendre contre moi le parti de *Jord. Brunus*, dans ſes *acta philoſophica* imprimés à *Hale* en Allemagne. Je lui ai addreſſé ſur ce ſujet une lettre latine qu'il a eû l' honnêteté d'inſérer dans un volume de ſes *actes*, avec une réponſe qui m'a parû ne rien ſignifier. Ces poëmes ſont fort obſcurs: mais on ne laiſſe pas de les entendre, quand on les lit avec une grande attention, & que l'on entend ſuffiſamment les termes metaphyſiques des anciens & des modernes.

Pour ce qui eſt du livre Italien, *Toland* ne me le montra qu'un moment dans la bibliotheque du Roi, en préſence de feu *Mr.* le *Colonel* de *Staff*. Il m'a ſemblé y avoir vû ce que j'ai mis dans mon livre. Cependant il ſe pourroit faire, que j'aurois confondu le rapport de mes oreilles avec celui de mes yeux, je veux dire le diſcours de *Toland* avec ma lecture ſuperficielle & precipitée.

Quoiqu'il en ſoit, d'abord que je ſerai convaincu que je me ſuis trompé, je me retracterai & je remercierai publiquement l'auteur des remarques qui m'ont êté communiquées dans le memoire que je renvoie, comme on l'a ſouhaité. Je voudrois pouvoir pareillement juſtifier *Brunus* ſur ce qu'il a écrit dans ſes poëmes latins. Cela eſt impoſſible, comme je l'ai demontré dans ma lettre

à Mr.

à *Mr. Heumann*, qui vouloit faire de *Brunus* un martyr de la religion proteſtante.

Au reſte la philoſophie de *Brunus* fournit des idées vaſtes & hardies, & je ſuis bien certain, que ſans parler de *Des-Cartes*, un fameux philoſophe de notre tems, & qui pendant ſa vie m'a fait l'honneur de m'aimer, y a puiſé ſes unitéz, & peut être d'autres principes qui ont fait du bruit dans le monde.

Je reviens au livre Italien. Je ſçai fort bon gré à l'auteur du premier memoire. Il veut bien chercher des raiſons pour m'excuſer. Cela n'eſt pas neceſſaire après ce que je viens de dire. Je ſuis prêt de condamner mes jugemens precipités, pourvûque je ſois convaincu, & je ne ſaurois l'être ſans lire moi-même le *Spaccio della beſtia trionfante.* J'ai lieu de preſumer que je ne puis avoir avancé tant de faits ſans quelque apparence de fondement. Ce qui me retient dans cette penſée, c'eſt que *Mr. de Staff* qui ſavoit parfaitement l'Italien, portoit de cet ouvrage le même jugement que moi. Sans offenſer l'auteur de ce memoire, l'exemple du *Capitolo del forno* ſurtout du dernier, ne ſont point bien allegués. Le poëme de *Jean de la Caſa* eſt un ouvrage infame en toute maniere. La pederaſtie y eſt louée dans ces vers: *Ad ogni coſa ſi trova remedio* jusqu'à celui-ci: *ma laſciam queſto & ritorniamo al forno*; c'eſt à dire depuis le 27 verſet jusqu'au 35, pour ne rien dire

dire de ceux qu'on cite ordinairement *Tennero il forno* c'eſt à dire les Verſets 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. on ne peut rien voir de plus infame ni de plus impudique. Le premier dialogue du *Cymbalum mundi* eſt manifeſtement une raillerie profane des decrets & de la providence de Dieu. Ainſi ces exemples ne ſont à mon avis point du tout bien choiſis.

Je n'oſe pas me flatter de pouvoir obtenir la communication du livre de *Jord. Brunus.* Cependant jusqu'à ce que je l'aye vû, il ne me reſte aucun autre parti à prendre qu'à me tenir à ce que j'ai dit ci-deſſus.

Pour ce qui concerne la Magie de Moyſe, il faut voir ce que *Brunus* en a dit dans ſes poëmes latins. Je crois en avoir parlé dans ma lettre à Mr. *Heumann*. Les paroles de *Brunus* au ſujet du Centaure *in una hypoſtatica unione* ne ſauroient être excuſées de blaspheme; le mot *d'union hypoſtatique*, inconnu à tous les philoſophes, ne s'étant jamais dit que de l'union des deux natures en nôtre ſeigneur Jeſus Chriſt.

J'ai écrit ceci ſelon la formule qui m'a été preſcrite. Cela m'oblige à renfermer au dedans de moi les ſentiments de reſpect & de reconnoiſſance que je conſerverai toute ma vie pour la perſonne que je crois auteur de ces deux memoires.

à Berlin le 23 Juin 1724.

IV. Lettre

IV. Lettre *) de Mr. *Toland* **), sur le *Spaccio della bestia trionfante*, Paris †). 1584. 8.

J'ai de bonnes raisons de croire, sans vouloir en jurer, qu'il n'y a point à present d'autre exemplaire de ce livre au monde *) que le mien **). Les membres de la societé †) le tinrent si secret entre eux, qu'aucun bibliothecaire ni aucun auteur Anglois n'en a jamais fait la moindre mention; il étoit entierement

*) Ex libro non vbiuis obuio: *Nouveau dictionnaire historique & critique, pour servir de supplement ou de continuation au dictionnaire hist. & crit. de Mr. Bayle, par JAQ. GEORGE de CHAUFFEPIE, à Amst. & la Haye*, 1750 tom. I p. 453. descripsit vir ante laudatus, I. C. HENNINGS, a quo etiam, quae sequuntur, annotationes nobiscum communicatae sunt. S.

**) Idem a nonnullis versionis huius libri anglicae auctor esse creditur, sed rationes, quibus inducti ita sentiunt, non sunt eiusmodi, vt nihil illis opponi possit.

†) Vel potius Londini.

*) Alterius exemplaris mentionem facit NICERON, Memoir. tom. 17. p. 211, quod quinque aliis Bruni scriptis iunctum in publica bibliothecae Bigotianae auctione 25 solidis gallicis venditum fuit.

**) Quod quondam Elisabethae reginae fuerat.

†) Quae selectu ingeniorum insolentia sectantium plane singulari habito, academiarum nostra aetate passim vigentium more, certis coire temporibus solebat in aedibus *Phil. Sianaei*, Bruno insigniter fauentis.

rement inconnu aux curieux avant l'année 1696, que je le trouvai & le fis voir à differentes personnes, quoique sans en laisser jamais prendre copie. Ce traité est aussi dangereux qu'impie, & il ne convient qu'à des personnes, qui ont assez de bon sens & de force de raison pour être à l'epreuve de tous les sophismes. Avant que je l'eusse montré à Mr. *Bayle*, *Scioppius* est le seul qui en eût donné le titre dans sa lettre à *Rittershusius*; mais il est certain, qu'il n'avoit jamais vû le livre même, puisqu'il a crû, que *la bête triomphante*, selon la maniere de parler de ce tems-la, êtoit le Pape, & que *Bruno* avoit dessein de flater par là les Protestans: au lieu que par la *bête* il entend toute religion revelée en general, de quelque nature qu'elle soit & de quelque maniere que ce soit qu'elle triomphe dans le monde. Soit la religion paienne, soit la judaique, ou la chrêtienne, il les attaque, les tourne en ridicule, & les rejette egalement sans aucune ceremonie & sans exception. La methode du livre est singuliere. Apres avoir fait voir, que les Astres sont les seuls monuments qui subsistent toûjours, le parchemin, le marbre & l'airain étant perissables, quoique plus durables à proportion les uns que les autres, l'auteur se plaint, que les hommes ont donné à ces luminaires eternels des noms de vices grossiers, ou purement fabuleux, au lieu de leur donner ceux d'histoires instru-

Ꝺives,

ctives,ou des faits utiles. Il leur donne donc les noms des vertus morales, qu'il apelle Dieux & Deesses. Il apelle par exemple la *grande ourse* la *verité*, le *dragon* la *prudence*; il substitue à *Hercule* la *valeur*, au *triangle* la *fidelité*, &c. Mais comme en assignant ainsi aux vertus morales une place dans le ciel, il ne falloit pas le faire aux depens de la justice, le solide fondement de toutes les vertus, *Bruno* suppose une assemblée, qui marque à chaque vertu sa place selon le rang & son importance. Iupiter fait l'ouverture de l'assemblée par un beau discours, où il avoue, que les Dieux eux mêmes n'étoient anciennement que des divinités chimeriques, dont les prêtres ont trompé le genre humain par leurs artifices, & qu'ainsi c'est tres justement qu'ils ont été chassés du ciel. Mais ce qui lui fait le plus de peine, c'est que leurs successeurs sont mille fois pires, les anciens heros étant infiniment preferables aux saints modernes, & la nouvelle superstition bien moins supportable que l'ancienne. Il traite tous les miracles de fables; mais il soutient en même tems, que la mythologie paienne n'étoit pas à beaucoup près aussi inintelligible, aussi absurde, aussi monstrueuse, que la theologie judaique ou chrêtienne. Il souhaite que les hommes degagés de tout prejugé en faveur de l'une ou de l'autre, ou de quelque religion que ce soit, voulussent

n'ad-

n'admettre d'autre regle de leur conduite, que la loi ou la religion naturelle, qu'il divise en quarante-huit articles selon le nombre des constellations du ciel, dont chacune, comme on l'a dit, porte le nom d'une vertu. On rend ici justice avec toute l'exactitude possible. Celui ou celle, qui est actuellement en possession d'une constellation, est appellé devant l'assemblée ; on rapporte l'histoire ou la fable paienne qui s'y rapporte; ensuite les Dieux examinent l'affaire, & à cette occasion on tourne souvent en ridicule quelque histoire, quelque miracle, ou quelque doctrine de notre sainte religion, pour peu qu'il y ait quelque rapport avec les fables des poetes, avec lesquelles on les compare malignement; on les exclud egalement comme autant des bêtes, qui ont assez long tems triomphé de la folle credulité des hommes; on met une certaine vertu à leur place; quelqu'un des Dieux fait un beau discours sur cette vertu, dans le quel il y a des choses aussi remarquables que dans la partie historique. Ces discours sur les vertus sont aussi serieux & aussi graves, que ceux qui roulent sur les constellations sont rejouissans & comiques. Les vices opposés sont entendus à leur tour au sujet de leurs pretensions à la même place; & ici l'auteur donne carriere à son esprit, étant toûjours divertissant, mais en

L même

même tems tres ſolide. Il eſt ſouvent diffus, mais jamais ennuieux. Vous voyez donc, que dans un tres petit eſpace, ſon livre ne contenant que 326 pages, outre l'epître dedicatoire, il ſe trouve un ſyſteme complet de religion naturelle, la theorie de l'ancienne cosmographie, l'hiſtoire, la comparaiſon & la refutation de differentes opinions, outre quantité d'obſervations curieuſes ſur divers ſujets. Mais, comme je l'ai dit, l'auteur eſt plein de plaiſanteries & de traits ſatiriques, & impie au ſouverain degré, & il ne ſe renferme pas même toûjours dans les bornes de l'allegorie. J'ajouterai ſeulement, que *Mercure* ou l'eſprit de Dieu revele ce ſyſteme à ſa ſoeur *Sophie* (la ſageſſe) qui en fait part à un certain *Saulino*, le tout étant redigé par écrit par *Bruno* en qualité de ſecretaire.

VII.

INDEX DISPVTATIONVM theologicarum, philologicarum, philoſophicarum & hiſtoricarum, in tribus Sueciae academiis habitarum,

quarum ephemerides literariae, Holmiae an. 1754. ſex poſterioribus, & an. 1755 ſex prioribus menſibus editae, mentionem faciunt.

Accedit

nouorum literariorum aliorum appendicula.

I. Vpſaliae:

Praeſide L. BENZELSTIERNA, Th. D. & Prof. Diſp. de Symbolo Nicaeno Conſtantinopolitano. p. 30. Diſp. qua demonſtratur, articulum

ticulum de Christo non esse exclusiue fundamentalem, contra Zinzendorfianos, p. 24. Sylloge thesium theolog. praecipuas doctrinas ad oeconomiam salutis pertinentes breuiter sistens, nostrorum temporum caussa adornata. Pars prior, d. 9 Nou. pag. 50. Pars posterior d. 7. Dec. pag. 45. Auctor & respondens ANDR. OL. KNOES, Phil. Mag. Pastor Leksberg. & Rect. scholae Mariaestad. alteram partem pro obtinenda dignitate Doctoris in Theologia disputanda proposuit.

Praeside ANDR. BOBERG. P. P. disp. de sortibus Hebraeorum. pagg. 42.

Praeside EKERMANNO P. P.: de Nestorea eloquentia. mense Dec. 1753. pl. 2. De virtute Prosopopoeiae in oratione p. 12. De quantitate stili romani. pag. 10. De classe Alexandrina ab Octauio Augusto instituta. pag. 24. De qualitate stili romani. pag. 12. De aditu Romanis in Palæstinam patefacto. p. 12. De Lactantio, Cicerone Christiano. pag. 28. De hallucinationibus Taciti de gente iudaica. P. II. p. 30. De robore eloquentiae in Hercule Ogmio expresso. p. 18. De latinitate ad obrussam rationis examinanda. p. 14. De auctoribus linguae lat. classicis p. 22. De Roma in flore. p. 22.

Praeside IO. IHRE P. P. De moralitate pluralitatis votorum. p. 15. De immortalitate animae, fundamento philosophiae moralis. p. 16. De notione poenae. p. 14. De non imputatione

 actio-

actionum human. p. 13. De moralitate Monomachiae. p. 14. De modo acquirendi dominii primitiuo. p. 12. De aequilibrio ciuium in republica. p. 14. De ſocietate herili. p. 20. De differentia inter cultum Dei immediatum & mediatum. p. 17. De obſidibus p. 10. De periurio. p. 18. De neceſſitate educationis. p. 21. De modo acquirendi dominium deriuatiuum. p. 10. An ſtudia liter. contulerint ad emendationem morum? p. 22. De lingua codicis argentei. p. 32. Vlphilas illuſtratus P. II. plag. 18.

Præſ. L. HYDREN, Th. D. & P. De nouem Camoenis p. 22. De Apolline obmuteſcente. p. 14.

Praeſide NIC. WALLERIO Th. D. & P. de aeternitate Dei $2\frac{1}{2}$ pl. De concurſu Dei ad actiones hom. malas. pl. 2. De pugna Indifferentiſmi relig. cum recta ratione. pag. 10. De malo metaphyſico Leibnitii non malo. p. 15. De malis & incommodis materialiſmi. p. 16. De pugna ἀποκαϑαςατεως παντων cum recta ratione p. 17. De abſurditatibus Zinzendorfianorum philoſophicis in doctrina de medio reconciliationis inter Deum & homines. pag. 14. De formatione idearum analyt. & ſynthetica pag. 10. De criteriis reuelationis diu. p. 12. De praeiudicio ambitionis. p. 30. De nexu religionis verae cum immortalitate animae. pag. 20. Examen hypotheſeos Reform. de abſoluto decreto. p. 10. De harmonia omnipotentiae diu. cum eius iuſtitia, boni-

bonitate atque ſapientia. p. 34. De malis & incommodis Occaſionaliſmi. p. 12. De obiecto voluntatis diu. p. 20. De Anthropomorphiſmo. pag. 24. De praeiudioio ſenſuum. p 14. De ſimplicitate Dei. p. 12.

Praeſide AMNELL, P. P. de erotematum in ſ. codice graeco vi atque vſu. p. 22. De Cl. Lyſiae ad Felicem epiſtola ex Act. 23, 26ſqq. pag. 23. Το προς κεντρα λακτιζειν. Act. IX. 5. XXVI. 14. p. 16.

Praeſide DAHLMANNO, Prof. P. de virtute politico neceſſaria. plag. 5. De lapſu gentilium circa cultum Dei naturalem. pag. 16. De diſcrimine inter iuſtum & æquum. p. 11. De inſufficientia poenitentiæ naturalis. p. 16. De damnis philoſophiæ pract. ex ſtudio partium. p. 18. De legibus naturae permittentibus, earumque efficacia. p. 18.

Praeſide IO. GOTTSCH. WALLERIO, de cauſis ſterilitatis agrorum. p. 26.

Præſide MELDERCREVTZ, P. P. Deſcriptio curuarum geometricarum per puncta data. p. 56. Hiſtoria philoſophiæ naturalis. p. 29.

Præſide STROEMER. Prof. P. De theoria declinationis magneticae. pl. 7.

Præſide MVNCK, Phil. M. & L. L. OO. ad Acad. Lund. docente: de iure principis circa ſacra, libertati conſcientiæ non inimico.

Præſide M. ZIERVOGEL: De vſu rei nummariæ in hiſtoria liter. domeſticis exemplis declarato. p. 28.

Præſid. M. BERGSTEN: de methodo ſcholarum triuialium didactica. p. 20.

II. *Aboae.*

Præſide ALG. A. SCARIN Phil. Prof. & Biblioth. Theſes miſcellaneæ. pl 1. De nexu inter legem & officium in ſtatu ordin. & extraord.

Præſid. HENR. HASSEL Prof. Eloqu.: De vitiis reip. Spartanae. pl. 2.

Præſid. CAR MESTERTON, Log. & Metaph. P. O. De intellectus human. anguſtia in natura hom. rimanda

pl. $2\frac{1}{2}$. Theses philosophicæ. pl. $1\frac{1}{4}$. De quæstione: an liceat brutorum membra amputare? pl. $1\frac{1}{2}$. De sapientia & bonitate Dei in ignorantia homin. circa futuros euentus conspicua. pl. $1\frac{1}{2}$.

Præsid. CAR. ABR. CLEWBERG, Gr. & OO. LL. Prof. P. De annis Achaziæ, parente suo ætate non maioris, ad 2 Chr. 22, 2. pl. $2\frac{1}{4}$. De μεταθεσει των σαλευομενων ad Ebr. XII. 27. pl. $3\frac{1}{4}$. De Aegyptiis & Cuschæis ad Deum conuersis, Ps. 68, 32. pl. $3\frac{1}{2}$. De studio linguæ ebr. maturius inchoando. pl. $2\frac{1}{2}$. De auctoribus Psalmorum. pl. 2. De domibus a Deo Israelitis factis. P. II. pl. 2. De fama regis ex Oriente venturi. P. II. pl. $1\frac{1}{2}$. De libris in codice ebr. citatis, quorum existentia in dubium vocatur, pl. $1\frac{1}{2}$. Theses hebr. philologicæ. pl. 1. De vsu diuersitatis linguarum. pl. $1\frac{1}{2}$.

Præside PETRO KALM Oecon. P. P. præter plures alias lingua vernacula scriptas: de Ortu petrificatorum. pl. $3\frac{1}{2}$. Ornithotheologiae. P. II. pl. 5. Prior pars prodiit 1751.

Præsid. IAC. GADOLIN Philos. Prof. extr. De Echo pl. $3\frac{1}{2}$. De gemino Iuris nat. principio. pl 3. De materia lucis pl. $1\frac{1}{2}$. De vsu Physicæ in Philosophia practica. pl. 2. De vsu scientiæ natur. in Oeconomia pl. $1\frac{1}{4}$. Aphorismi philosophici pl. 2.

Præside SAM. CHYDENIO, Magistro docente: De oeconomia & moribus incolarum Lapponiæ Kimiensis. pl. $3\frac{1}{2}$.

III. Londiae.

Hypomnemata ad familias illustres Biörnramianas, præside SUEN BRING. P. P. pl. 2. d. 15 Maii 1754.

Stricturæ codicis talmud. de Iuramentis ad principia commu-

communia reuocatæ, præside SUEN MUNTHE P. P. d. 18 Maii 1754.

De ſponſore præſtantioris teſtamenti Ebr. VII. 22. eodem præſide d 22 Maii 1754.

De rore vtili & noxio: ſub præſidio GVST. HARMEN D. & Prof. P. d. 12 Iun. 1754.

Aliorum nouorum literariorum mantiſſa.

LVTHERI *Poſtilla eccleſiaſtica* in linguam Suecorum translata, cum præfatione, indicibus, LVTHERI biographia, eiusque pariter ac auguſt. regis ADOLPHI FRIEDERICI effigie prodiit Holmiæ, 1754. 2 vol. in 4. Operis editionem ipſius optimi regis pietas non parum promouit, cuius etiam nomini a IO. SCHROEDER, Th. Doct. Concion. aul. primario & vtriusque Conſiſtorii præſide inſcriptum eſt.

Præterea Suecico idiomate redditi & impreſſi ſunt ſequentes Germanorum libri, Holmiæ 1754: *Sollte Gott auch wohl verdienen, daſs ein Menſch Achtung u. Ehrerbietigk. für ihn hätte;* RAMBACHII *Evangeliſche Betrachtungen;* BVECHNERI *bibl. Real- und Verbal-Concordanz*, cum præfat. HENR. BENZELII, Theol. D. & Archiepiſcopi.

NICOL. WALLERIVS Theol. D. & Prof. Vpſal. edidit *Compendium Logices*, 1755. 8. pl. 7½ & *Compendium Metaphyſic.* Holm. 1755. in 8. pagg. 227.

CAR. LINNAEI *Genera plantarum, eorumque charaEteres naturales, ſecundum numerum, figuram, ſitum & proportionem omnium fructificationis partium. Editio quinta ab auctore reformata & aucta.* Prodiit Holmiæ 1754. in 8 mai. pagg. 500. praeter praefat. & indices.

M. IAC. HENR. SIVERS, civis & fautor noſter multis nominibus colendus, Lincopiæ 1754. in 8. publici iuris fecit orationem ſacram, Suecorum ſermone habitam, qua campanam Tryſerumenſem innouatam conſecrauit, atque fundamenti loco poſitis

 verbis

verbis Pſ. CL. 5. campanas templi tum Deo placere, tum neceſſarias & vtiles eſſe demonſtrauit.

Holmiae 1755. apud *P. I. Nyſtroem* prodiit *Stockholms Hiſtoriſka Bibliothek* in 8. vol. I. pl. 4. Vol. II. pl. 6. Auctor CAR. CHRIST. GIOERWELL partim recenſebit ſcripta ad hiſtoriam Suec. ſpectantia, partim biographias, illuſtrium perſonarum characteres, aliasque ſtudio hiſtorico promouendo inſeruientes obſeruationes exhibebit.

VIII.

INDEX SCRIPTORVM

proximo anno a Lubecenſibus editorum.

Pergimus enim in hoc inſtituto, quod gratum eſſe lectoribus, certa indicia declarant.

I. Demüthiges Danck vnd Freudenopfer, welches dem grundgütigen GOTT für die in funfzig Jahren des geführten Lehramts erzeigte Wolthat, Beyſtand vnd Gnade in öffentlicher Gemeine darbrachte *I. G. Carpzov.* Lubec. 1754. 4. Pl. 3. Haec oratio non modo ſeorſim vendita eſt, ſed etiam additis gratulationibus multis, quae ſumme reuerendo Auctori iubilaeum muneris agenti dicatae fuerunt, hoc titulo: Plauſus & votiuae acclamationes patronorum, fautorum & amicorum. Quae tota collectio impleuit vltra Alphabetum 1 Pl. 18. & complexa fuit Lubecenſium ſcripta praeter ea, quae nuper recenſita ſunt, tria quoque illa, quae continuo ſequuntur.

II. De voce קַן Pſ. XIX. 5. auctore *Ioh. Gotth. Bünekau* Götting. 1754. 4. Pl. 1. & dim.

III. An particula אֵת Hebraeorum ſit ſemper caſus Accuſatiui nota? Auctore *I. H. Gercken.* ib. 1754. 4. Pl. 1 ½.

IIII. De negata hominibus praeſcientia rerum futurarum, auctore *Balthaſ. Münter.* Ienae 1754. Pl. 1.

V. Denck-

V. Denckmaal der Liebe vnd Hochachtung welches dem weyland Hochedelgeb. Hrn. Christian Peters - - zum unvergänglichen Nachruhm aufgerichtet ein - - liebgewesener Freund. Lub. 1754. fol. Pl. 1. Hic est vir nobiliss. consultiss. & prudentiss. *Georg. Aug. Dethardiug* I. V. D. Rever. Capit. Lub. Syndicus.

VI. Quatuor viris iuuenibus - - Chr. Nic. Carsteus, Guil. Christ. Balemann, Ant. Henr. Buchholtz, Paul Detl. Zietz Lubecensibus - - paucis praemissis de graecarum litterarum nexu cum Theologia atque iurisprudentia solidiori ciuitatem academicam gratulantur quidam primi ordinis in Gymn. Lubecensi ciues. Lubec. 1755. 4. Pl. 3. Auctor est *A. F. Trendelenburg*, Strelitia-Megapolitanus, iuuenis doctissimus, nunc ipse Gotting. academiae ciuis.

VII. Petri Vincentii de origine, incrementis & laudibus Lubecae Elegia praefatione ac notis instructa - - a *Io. Henr. a Seelen* Lubec. 1755. 4. Pl. 4.

VIII. Memoria - - Joan. Phil. le Fevre, Senatoris - - literis consignata a *Io. H. a Seelen.* Lub. 1755. fol. Pl. 1.

VIIII. Eiusdem vita germanice scripta a *Ioan. Dan. Overbeck.* ibid. eod. fol. Pl. 1.

X. Librorum eximiorum scholarum titulo insignitorum descriptorum collaudatorumque - - ὀγδοάς. Scriptore *Io. Henr. a Seelen* Lubec. 1755. 4. Pl. 3.

XI. Viro - Io. Ge. Gesnero - Subrect. & Bibliothecario Lubecensi nouos honores gratulaturus Cicerone scholas posse nullo modo carere, euincit *Gabr. Chr. Lembke* Lubecensis Gymnas. patrii ciuis. Lubec. 1755. 4. Pl. 1. Specimen iuuenis ornatissimi haud poenitendum.

XII. Ad Ps. CIII. v. 5. commentat. viro - Henr. Scharbau occasione XL annorum in ministerio sacro completorum gratulandi studio consecrata a Pastore Iacobaeo *Ge. Herm. Richertz.* Lubec. 1755. 4. Pl. 3.

XIII. Lubeca Orientalis, s. virorum patria, institutione, officiis

officiis, commoratione Lubecensium notitia, qua Viro, Henr. Scharbau - quatuor decennia in sacro munere laudatissime exacta - gratulatur *I. H. a Seelen.* 1755. 4. Pl. 3.

XIIII. Caussas, cur veteres Romani nullos celebrarint dies Iobelaeos honorum paucis disquirens Viro - Henr. Scharbau - solemnia iobelaea pie gratulatur *A. F. Trendelenburg*, Strelitius Megapol. Lubec. 1755. 4. Pl. 1. & dim.

XV. Ingeniosam recentioris Angli translationem verborum Hoseae C. VI. v. 5. ומשפטיך אור יצא in examen vocat viro - H. Scharbau - iubilaeum octo lustrorum ministeriale - gratulaturus - *Io. Herm. Gercken*, Lubecens. Lips. 1755. 4. Pl. 2.

XVI. De optima inter dissentientes sacros interpretes eligenda sententia ad Es. IX. 2. & Ps. XXVII. 13. pauca praefatur & viro - Henr. Scharbau - iubilaeum ministeriale quaterdenum - gratulatur *Io. Gotth. Bünekau*, Lubec. Lips. 1755. 4. Pl. 2.

XVII. Differt. Critico-Theolog. de voce antiqua Missa in admonitione publica ante sacram coenam, composita a *B. H. Stein*, Min. Lub. Cand. Lubec. 1755. 4. Pl. 2 & dim.

XVIII. Selectar. annotationum de curiis veteris aeque ac recentioris aeui manipulus duodecimus, quem viro - Joach. Peters, Senatori - gratulabundus offert *Io. Henr. a Seelen.* Lubecae 1755. fol. Pl. 1.

XVIIII Quum almam Georgiam Augustam peteret vir iuuenis - Ad. Fr. Trendelenburg - iter academicum - ei gratulatus est simulque altiorum disciplinarum nullum omnino in vita esse vsum sine studiis scholasticis, breuiter exposuit *Nic. Binder*, Bergedorfiens. Gymnas. Lub. ciuis. Lubec. 1755. 4. Pl. 1 & dim. Specimen iuuene optimae spei dignum.

XX. De pace Hierosolymae a Dauide optata ad Ps. CXXII. 8. commentatio, qua orationem iubilaeam - indicit *I. H. a Seelen*, Lub. 1755. 4. Pl. 2 & dim.

XXI.

XXI. Oratio iubilaea de iusto paci religionis eiusque praestantiae a Lutheranis statuendo pretio - habita a *Io. Henr. a Seelen.* Lubec. 1755. 4. Pl. 4.

XXII. Der Fleiss in der Heiligung als das Danckopfer der euangelischen Christen bey dem feyerlichen Andencken des Religionsfriedens am 19 Sonnt. n. Trinit. 1755. nach Anleitung der gewöhnlichen Epistel Eph. IV. 22-28. der christl. Gemeine zu Travemünde in einer Danckpredigt vorgestellet von *M. Ioa. Henr. Ostermeyer* Pred. zu Travem. Lubec. 1755. 4. Pl. 3. & dim.

XXIII. Differt. Iuridica de prudentia legislatorum Lubecensium in collocandis creditoribus concurrentibus ad Iuris Statut. Lib. III. Tit. I. Art. XI. & XII. - - pro licentia summos in vtroque iure honores capessendi publico eruditorum examini offert *Ioannes Guil. Schumacher*, Lubecensis. Lugduni Batav. 1755. 4 mai. Pl. 8.

XXIV. Dissertatio Theologica de descensu Christi ad inferos, quam - - publice tuitus est Auctor *Henr. von der Hude*, Lubecensis. Helmst. 1754. Pl. 9.

XXV. Dissertatio Historico-Theologica de formula consensus Lubecensi pro conseruanda puriori Euangelii doctrina, - - quam - - publicae eruditorum disquisitioni subiicit *Ioan. Herm. Gercken*, Lubecensis, Gottingae 1755. 4. Pl. 6. & dim.

XXVI. Disputatio inauguralis iuridica de coactione ad munera & officia publica speciatim iuxta ius Lubecense, quam - - pro summis in vtroque iure honoribus rite impetrandis defendit *Io. Werner. Havemann*, Lubecensis. Rostochii 1755. 4.

XXVII. Causas celebrandorum natalitiorum paucis exponens viro - - Georgio Soltau I. V. L. - - natales pie gratulatur *Nicolaus Binder* Bergedorfiensis, Gymn. Lub. civis. Lubecae 1755. Pl. 1. Ne hoc quidem contemnendum elegantioris literaturae specimen.

XXVIII. Memoria viri - - Georgii Werneri Niedt, Med. Doctoris - - literis consignata a *Io. Henr. a Seelen*, Lubecae 1755. fol Pl. 1.

XXVIIII. Eiusdem vita germanice scripta a M. *Lud. Suhl* V. D. M. ibid. eod. fol. Pl. 1.

XXX. Memoria viri - - Christoph. Anton. Erasmi Pastoris Petrini - - literis consignata a *Io. Henr. a Seelen* Lubecae 1755. fol. Pl. 1.


XXXI. Eiusdem vita germanice descripta ab *Helm. Iac. Gâdike* Coll. Prim. Scholae Cathedr. ibid. eod. fol. Plag. 1.

XXXII. Cenotaphium Viro - - Caspari Ruetz, Cantori & Musices Directori - - positum a *Io. Henr. a Seelen* Lubecae 1755. Pl. 1.

XXXIII. Eiusdem vita germanice perscripta a *Ioan. Dan. Overbeck* Conr. ibid. eod. fol. Pl. 1.

XXXXIIII. Ein langvvieriges Lager, der Schauplatz der Geduld eines Christen, eine Gedächtnissrede bey der Beerdigung des - - Herrn Martin Frieder. von Neufville, aus Lübeck, - - in Iena gehalten von *Balthasar Münter*, Iena 1755. 4. Pl. 2 & dim. Recusa est addito carmine genii Kloppstockiani Lubec. 755. 4. Pl. 3.

XXXV. Merckvvürdige Kranken - Geschichte vnd nützliche Erfahrungen aus der Geneskunst und Wundarzney von *Zacharias Vogel*, der ausûb. Arzneygel. v. Wundarzn. Doctor. Rost. & Wism. 756. 8. Pl. 12.



NOVA BIBLIOTHECA LVBECENSIS.



VOLVMEN VIII.



LVBECAE.

SVMTV IONAE SCHMIDII

AN. MDCCLVI.

Continentur volumine VIII.



I.

IO. HENR. A SEELEN
Stricturarum
in
Versionem Germanicam
Novi Testamenti Bengelianam
Specimen.

Nondum throno suo deturbata est Versio Bibliorum Germanica, a MARTINO LVTHERO adornata, cuius excellentiam ipsum Regium iudicium confirmat. Cum enim augustissimi Daniae Regis, CHRISTIANI III, cuius intensissimus erga sacra a LVTHERO emendata amor, sincerissimumque pietatis studium omnia fere superat praeconia, auspiciis sacer codex in linguam converteretur Danicam, voluit, vt interpretes LVTHERI, quem permagni fecit, ipsiusque libros diligenter legit, in primis Versionem imitarentur, probe gnarus, quod hac melior nusquam reperiatur. Non possum non hac occasione repetere STEPH. IO. STEPHANII (*), Historici praestantissimi, verba

A

(*) Hist. Danic. Lib. II. ad calcem NIC. CRAGII Histor. CHRISTIANI III, a IO. GRAMMIO Hafn. 1737. fol. edit. p. 448 sq.

verba notatu digniſſima, quae Regis cum paucis comparandi animum vere Regium erga religionem illibatam, ope etiam vernaculae Bibliorum interpretationis, ad LVTHERI exemplum perficiendae, conſervandam, teſtantur & ſempiternae ſimul gloriae commendant. Haec autem de laudato & nunquam ſatis laudando Rege ſcripſit STEPHANIVS: *Vt omnibus, etiam poſteris, ad fontes doctrinae coeleſtis aditum patefaceret, magnos impendit ſumtus, vt Biblia ſacra in Danicam linguam verterentur. - - - Solitus eſt autem ipſe viros doctisſimos, qui in ea verſione occupati erant, ſaepius admonere & cohortari, vt, etiamſi linguarum imperiti non eſſent, potisſimum tamen, quoad fieri poſſet, veſtigiis LVTHERI inſiſterent, & eius Verſionem Germanicam, quantum lingua pateretur, ſibi imitandam proponerent. Tanti fecit huius viri iudicium & diligentiam, cuius ſcripta legebat asſidue.* Imo vero e iudicio bonorum omnium, qui rei huius ſatis ſunt periti & aptam de hoc momento ferre poſſunt ſententiam, principatum hodieque obtinet ac de aemulis ſuis triumphat. Etſi enim haud pauci vires ſuas hic experiri voluerint, ac tentare, num meliorem atque accuratiorem queant conficere, nondum tamen repertus eſt, qui LVTHERVM vicerit, protuleritque verſionem, quae omnium calculo digna iudicata, & in qua invenit nemo, quod cenſuram mereatur. Equidem facile con-

concedo, quod LVTHERVS in transferendis Bibliis occupatus, fuerit etiam homo, sed tam eximiis instructus donis, quibus non omnes sunt praediti, qui ad interpretandum audent animum adiicere. Esto autem, quod non vbique acu rem tetigerit, eo praesertim tempore, quo linguarum studium reflorescere demum incipiebat, & ea a perpaucis modo tractabatur opera, qua deinceps a pluribus fuit excultum; mirandi nihilo secius causas habemus gravissimas stupendam, quam sibi acquisiverat, harum quoque literarum scientiam, cuius nos vel sola eius Versio Germanica, cum fonte Hebraeo & Graeco accurate collata, reddit certiores. Anne vero satius esset, haec pauca (pleraque enim nulla indigere emendatione, sponte novi profitebuntur interpretes, imo vero non deerunt convicti satis conscientia, quod, si LVTHERVS ipsis facem haud praetulisset, in multis haesissent; quare in rebus maximi momenti ab antesignano suo abire, non sunt ausi, eam idcirco affectare modo voluerunt gloriolam, qua captatores minutiarum delectantur) eruditis modo nota esse, minime aperiri illiteratis, qui inde dubitandi arripiunt occasionem de praestantia Versionis Lutheranae, & ambigere, quaerere saltem, incipiunt: Num LVTHERVS recte fontem expresserit? ideoque eius interpretationi fides queat haberi? Huiusmodi quid contingere, expertus pos-

 sum

ſum teſtari. Explicabatur nimirum pro ſacra concione liber quidam Salomoneus, cuius nova paulo ante prodierat Verſio Germanica, in quam cum incidiſſet honeſtus quidam vir, illiteratus quidem, attamen haud infrequens librorum vernacula lingua ſcriptorum lector, intellexiſſetque, eam diſcrepare a Verſione Germanica Lutherana, ſcrupuli gignebantur de concionibus, quas in citatum librum audiverat, in mente ipſius, & dubia de LVTHERO pro genuino interprete, quem non indigere correctionibus & emendationibus, arbitrabatur, habendo exoriebantur. Quae cum mihi proponeret, ego autem iſthaec ei eximere, quo loco cacoethes novorum interpretum haberi debeat, oſtendere, & in primis excellentiam Verſionis Lutheranae, omnibus Germanicis reliquis multas ob cauſas praeferendae, pro captu ipſius, demonſtrare ſtuderem, libenter iſthaec & grato accipiebat animo, improbabatque omnino conatum eorum, qui hac ratione animos rudium ac ſimplicium turbant, redduntque dubios, adeo, vt, diſcriminis inter Verſionem Lutheranam & alias ignari, neſciant, num hanc? vel illam? ſequi debeant. Quod plura eiusmodi exempla inveniantur, quis velit inficiari? Num ergo ſatis caute novae procudantur Verſiones? et num imperitis ac plebeiis hominibus recte iisdem conſulatur? merito quaeritur. Sufficere his poterit Lu-

therana, qua melior non datur. In hac ſi aliqua paulo accuratius forſan exprimi potevunt, quod a novellis etiam interpretibus non ſemper fieri, eos potius varia non minus accurate tantum, ſed minus apte etiam, imo nonnunquam ridicule, vertiſſe, ipſa docet experientia, etſi alios aliis eſſe meliores, non negem; nusquam tamen in eadem fidei laeditur analogia, qua re queunt eſſe contenti. Reliqua poſſent eruditi quidem obſervare, neque tamen opus idcirco eſſet novas totius codicis ſacri, aut huius ſaltem, vel illius libri, evulgare verſiones, iisdemque rudium animis iniicere ſcrupulos, quos nocere plus, quam prodeſſe, certum eſt.

Numerum novellorum interpretum recentisſime auxit IO. ALB. BENGELIVS, vir doctus, ſed ad paradoxa nonnunquam proclivis. Huius prodiit Novum Teſtamentum in Germanicam linguam translatum, hac inſcriptione: **Das Neue Teſtament zum Wachsthum in der Gnade und der Erkenntniß des Herrn JESU CHRISTI nach dem revidirten Grundtext überſetzt und mit dienlichen Anmerckungen begleitet. Stutgard.** 1753. 8maj. Receſſit vero ille non raro a Verſione LVTHERI, cui num palmam praeripuerit, vel e brevi, quod dare animus eſt, ſpecimine apparebit. Breve autem modo ſpecimen polliceor, cum omnem hunc laborem vna exantlare vice non liceat.

 Multa

Multa certe in hac Versione, quae singulari libro critico conscribendo potest suggerere materiam ei, cui suppetit tempus, haud breve sane, quod hic labor requirit, sunt notanda, quibus, nulla vrgente necessitate, a Lutherana novellus recedit interpres, addit in fonte non extans, genium linguae deserit, elegantiae non semper habet rationem, voces idem significantes neque maiori gaudentes emphasi adhibet, quae cur ab eo sint vsurpatae, nulla poterit alia dari ratio, quam quia iis vsus est LVTHERVS, a quo in vocibus saltem erat dissentiendum, vt Versio haberet gratiam novitatis, hacque magis, quam praestantia, nitore, concinnitate, a Lutherana sese distingueret. Patebit hoc vel e nonnullis inde seligendis & breviter expendendis: totum perquisituro & excussuro opus multo plura occurrent.

Matth. I. 1.

In primo statim commate a LVTHERO recedit BENGELIVS. Verba enim fontis: Βίβλος γενέσεως, ille transtulit: Buch von der Geburt; hic: Geschlechtregister. Varias varii circa haec verba foverunt cogitationes, quae in DAV. HENR. KOEPKENII Dissert. Philol. qua Βίβλος γενέσεως Matth. I. 1. Observationibus quibusdam explicatur, Rostoch. MDCCXXII. 4, collectae legi possunt. Etsi vero nonnullas nolim plane reiicere,

vox

vox tamen, Geburt, a LVTHERO adhibita, cur tolerari nequeat, equidem non video. Vſus ille eſt generali vocabulo, quod res ſpecialiores involvit. Cuius enim nativitas non poteſt referri, eius etiam genealogiae, eius res geſtae non poſſunt demonſtrari, ſiquidem ab illa filum hiſtoricum eſt ducendum. Primus MOSIS liber, quod notiſſimum eſt, vocatur *Geneſis*. Creatio autem debebat praecedere, ſi adeſſe deberent perſonae & res, de quibus inſtitui poſſet narratio. Memorata Salvatoris nativitas debebat eſſe fundamentum ſecuturarum relationum, quae minime poterant fieri, ſi haec non antecesſiſſet. Quare nativitas, quae niſi facta eſſet, cuncta etiam reliqua, ab Evangeliſta memoriae prodita, non accesſiſſent, primo erat loco nominanda. Sic cogitavi. Scio, alios, ad diſcedendum a Verſione Lutherana promtiores, hic cogitaſſe aliter. Hac vero ratione vocem, a LVTHERO ſenſu proprio adhibitam, ſeſe h. l. tueri poſſe, haud incongrue forſan exiſtimo, praeſertim cum aliae etiam interpretationes non omnibus dubiis careant. Magnus quondam Lipſienſis Theologus & Philologus, GOTTFRIDVS OLEARIVS, in Obſervatt. Sacr. ad Evangel Matthaei p. 23 *nobis*, ait, *liceat titulum iſtum non Genealogiae Chriſti eſſe, ſed totius libri, affirmare: quem rectisſime forſan verteres*, Liber de Originibus Chriſti Ieſu, *voce* originum *eo ſenſu*

 accepta,

accepta, quo Cato ille Cenſorius accepit, qui libris ſuis, quibus antiquisſima populorum Italiae, atque Romani in primis, geſta deſcripſerat, originum *nomen praefixit. Graecorum haud dubie imitatus loquendi rationem, quibus ἀρχαιολογίαι eius generis ſcripta appellari ſolent.* - - - *Eſt igitur nobis* Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ *nihil aliud, quam* Ἀρχαιολογίαι Ἰησοῦ Χριστοῦ, *vel Liber de* Originibus Ieſu Chriſti. *Origo* ac *Nativitas*, quando de perſonis agitur, pari paſſu ambulant, neque ſolum ingreſſum, ſed progreſſum quoque & egreſſum, e mente veterum, nonnunquam complectuntur.

Matth. I. 19.

LVTHERVS: Joſeph aber ihr Mann war **fromm**, und wolte ſie nicht **rügen**, gedachte ſie heimlich zu **verlaſſen**. BENGELIVS: Joſeph aber ihr Mann, welcher **gerecht** war und ſie nicht **verſchimpfen** wolte, war Willens ſie in geheim **aufzugeben**. Recte omnia in Verſione Lutherana ſeſe habent. Δίκαιος enim *iuſtum* quidem, ſed *pium* quoque, *boneſtum* ac *manſuetum* denotat, quo fine quae in Meditatt. Exeget. P. I. p. 176 ſqq e Graecis pariter ac Latinis ſcriptoribus attuli, non opus eſt, hic repetere. Conf. omnino Philologi & Theologi Wittenbergenſis celeberrimi, CHRISTIAN. SIGISM. GEORGII, Vindic. N. T. ab Ebraism. p. 39 ſqq, vbi Hebraismum, in hac vocis Δικαίου ſignificatione quaeſitum, XENOPHON-

PHONTIS, HERODOTI, THVCYDIDIS, PLATONIS, teſtimoniis reiecit. Imo vero ipſum Ioſephi conſilium, quod mente agitabat, ad probitatem potius & lenitatem, quam ſeveram iuſtitiam, vi legum Moſaicarum exercendam, ducit. Verbum forenſe, **rügen**, quod *accuſare*, *in iudicium vocare*, *aliis in exemplum proponere*, deſignat, adeoque Graecum, παραδειγματίσαι, probe exprimit, antiquum quidem eſt, genuinum tamen, neque omni vſu in cunctis regionibus & locis deſtitutum. In mea ſaltem patria memini ſaepius olim audiviſſe **wrügen**, **wrögen**, quod idem eſt ac **rügen**, adhibeturque tum in cauſis aliis, tum praeſertim ſic dictis aggeralibus, quando ob aggerum neglectum poena in foro exigitur. Conf. de origine & ſignificatione verbi huius DIETER. a STADE Erklär. der vornehmſt. Deutſch. Wörter in Lutheri Ueberſetz. der Bibel p. m. 116 ſq. Add. quae more ſuo, i. e. erudite admodum, annotavit vir ad praecipuos Iuris & Antiquitatum Germanicarum ſtatores referendus, IO. CAR. HENR. DREYERVS, Syndicus Civitatis noſtrae ornamentis iure accenſendus, in Samml. vermiſcht. Abhandl. zur Erläuter. der Teutſch. Recht. u. Alterth. P. II. p. 741 ſq. Comp. quae obſervavi l. c. p. 185 ſqq. Dubium proinde eſt, vtrumne melius dicatur **rügen**, quam **verſchimpfen**, (pro quo in regionibus, vbi purior Germanica lingua

floret, beschimpfen dicitur); cum rügen maiorem exprimat poenam, quam quae sola ignominia, qua quis ob rem non satis bene gestam afficitur, & verbis interdum modo castigatur, constat. Et quid sibi vult verbum haud adeo luculentum. aufgeben, cum LVTHERVS τὸ ἀπολῦσαι optime per verlassen reddiderit?

Matth. II. 2.

BENGELIVS: der wircklich gebohrne König. Particula verbo praemissa non est in fonte, vbi extat tantum τεχθεὶς. An vero opus erat hoc additamento, cum Magi crederent, posteaquam ἀυτοῦ τὸν ἀςέρα, *ipsius stellam*, in oriente viderant, singulari Spiritus divini operatione fide impleti?

Matth. II. 6.

LVTHERVS: der über mein Volck Israel ein Herr sey. BENGELIVS: der mein Volck Israel weiden wird. Cum in fonte legatur ποιμανεῖ, non improbandum quidem est, quod in versione retenta fuerit metaphora in fonte reperta. Neque tamen opus fuisset mutare translationem, qua LVTHERVS verbum metaphorice adhibitum simul declaravit, ostenditque, qualis Pastor hic sit intelligendus, is nimirum, qui est Dominus, qui est Rex populum Israeliticum gubernans, defendens, ducens, non secus, ac pastor ovium suarum fidelissimam habet rationem.

Matth.

Matth. II. 10.

LVTHERVS: **wurden sie hoch erfreuet.** BENGELIVS: **freueten sie sich mit einer sehr grossen Freude.** Ille genium linguae & vsitatum loquendi modum observavit. Hic verbotenus transferre voluit, neque tamen stricte transtulit, quoniam sic verba Graeca: *ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα*, **sie freueten eine sehr grosse Freude**, reddere debuisset. Quis autem est aptior interpres, qui, vero sensui nihil detrahens, concinne vertit, quam qui morem loquendi in hac, vel illa lingua non vsitatum affectat?

Matth. III. 18.

LVTHERVS: Sehet zu, **thut rechtschaffene Früchte** der Busse. BENGELIVS: So bringet denn **würdige Früchte** der Busse. Efficacius in Versione Lutherana est initium: **thut** cum verbo *ποιήσατε* magis convenit: fructus homine Christiano digni non sunt imaginarii, neque externa tantum specie se se commendant, sed veri ac genuini, ideoque *ἀξίους* non incongrue vertit LVTHERVS **rechtschaffene**, praesertim cum stylo vernaculo **würdig** de persona saepius, quam de re vsurpetur, quamvis affirmare nolim, quod nunquam rei apponatur: numerus pluralis, qui est in fonte, *καρποὺς ἀξίους* habente, erat exprimendus, cum non vnus solum,

sed

ſed plures ſint poenitentiae fructus, qui in Chriſtianismo variis ſeſe modis exſerunt.

Matth. IV. 11.

Verſionem Lutheranam, **dieneten ihm**, prudenter hic retinuit BENGELIVS, cum Graecus fons ſolum verbum διηκόνȣν habeat. Vnde non ſecutus eſt in verſione ſua eos, qui interpretantur: **brachten ihm Speiſe**; in Notis tamen addita verba: **mit Speiſe**, interpretationem illam ipſi non diſplicuiſſe, indicant. Quod vero officium, ab Angelis poſt tentationem Salvatori praeſtitum, plura haud dubie complectatur, quam allatum cibum, alio loco oſtendi. Vid. Gedancken über die neue Ueberſetzung Matth. IV. 11: Die Engel brachten Ihm Speiſe, in Brem. und Verdiſchen Hebopfer Vol. I. P. II. p. 553 ſqq.

Matth. IV. 21.

LVTHERVS: **Netze flickten**. BENGELIVS: **Netze zurechte machten**. Hic crederem quod voluerit BENGELIVS, TRILLERVM, eodem modo interpretatum, vt videtur, ſecutus, nitore LVTHERVM ſuperare, niſi ipſe hoc verbo Marc. II. 21. Luc. V. 36. eſſet vſus. Sunt enim, qui iſtud pro obſoleto, plebeio & parum eleganti habent. At quaeritur elegantia, vbi nulla adeſt, ſiquidem verbum **flicken** tam vile non eſt, quam aliqui ſibi forte perſuadent. Conf. STADENI-

VS

VS loc. cit. p. 208. Vnde VLENBERGIVS ac PISCATOR istud retinuerunt, etsi novi quidam interpretes reiecerint, siquidem REITZIVS habet *zurichten*, alii aliter.

Matth. V, 21.

LVTHERVS: du solt nicht tödten. Wer aber tödtet. BENGELIVS: Du solt nicht morden. Wer aber mordet. Quodnam hic inter duo adhibita verba discrimen? Est tamen forsan aliquod, siquidem **morden** designare potest crassam caedem, qua violentae inferuntur manus, instrumentisque mortiferis homini vita eripitur. Verbum autem **tödten** non de crasso tantum, sed quovis etiam subtili interficiendi genere, quod ore, calumniis, fraudulentia, astutia, odio, invidia, & rebus noxiis aliis fit, accipi poterit, ac de vtroque vsurpari. Cum vero vtrumque sit prohibitum, LVTHERVS aptiori verbo vsus est, quam BENGELIVS; quamvis si corrigendi LVTHERVM pruritu nihil fieret, perpauci minuta eiusmodi attenderent.

Matth. V. 23.

Voci, Hölle, addidit BENGELIVS heisse, quod supervacaneum est, dum in fonte non extat, cumque infernus saepe veniat *ignis* nomine, igni autem proprius sit *ardor*, *aestus*, *calor*, epitheton hoc commode poterat abesse. Quare etiam in Lutherana versione non reperi-

peritur. Pleonaſtice transtulit BENGELIVS Marc. IX. 49 : heiſſe Feuerhölle. Num datur verus ignis non ardens? Sic dictus ignis fatuus huc non pertinet.

Matth. V. 41.

LVTHERVS: So dich jemand nöthiget eine Meile, ſo gehe mit ihm zwo. BENGELIVS: wer dich **in der Fron** eine Meile weit **nimmt**, mit dem gehe zwo. Recte LVTHERVS Ἀγγαρεύειν, antiquum verbum Perſicum, a Graecis autem civitate donatum (vid. laudati GEORGII Hierocritic. N. T. p. 249 ſq. GVIL. BVRTONI Λείψ. vet. Ling. Perſic. p. 9 ſqq. & quae ibi annotavi, in primis vero BALTHAS. STOLBERGII Exercitat. de Angariis Veterum) reddidit **nöthigen**, quia vti generatim ſignificat cogere aliquem ad id praeſtandum, quod officii ipſius rationes requirunt, ita ſigillatim de tabellariis, ſive nuntiis publicis, quos oportet iter facere, vſurpatur. Quis Germanus autem politioris linguae ſtudioſus dicit: **in der Fron nehmen**? Quot ſunt, qui, quid iſthaec ſibi velint, ſtatim percipiunt, quod iſtis quidem licebit, qui legerunt, quae STADENIVS loc. cit. p. 219 ſqq. de verbo **Frönen** docte commentatus eſt: multis aliis haerebit aqua. Verſio autem debet eſſe tam clara ac perſpicua, vt a lectoribus & voces & phraſes ſine difficultate queant intelligi.

Matth.

Matth. VI. 6.

LVTHERVS: Warlich ich ſage euch. BENGELIVS: Amen ich ſage euch. Sic vbique profert novus interpres hanc affirmandi formulam, quam cur noluerit Germanice reddere, cum reddi queat: novimus nimirum, quid proprie ſignificet; cauſam dare nequeo aliam, quam quod ſuam verſionem hac quoque ratione voluerit a Lutherana diſtinguere. Num apte ſatis, & ita, vt aures Germanicae particulae aſſuetas delectet, iudicet, qui iudicandi facultate pollet.

Matth. VI. 9.

LVTHERVS: Vater unſer. BENGELIVS: Unſer Vater. Placet poſterius nonnullis, Reformatis praeſertim, qui idcirco Lutheranam verſionem ſugillare non ſunt veriti, etſi res tanti non ſit, vt cenſoriam virgulam mereatur. Miror, placuiſſe etiam BENGELIO adeo, vt idcirco diſſenſerit quoque a LVTHERO, qui Patris coeleſtis nomen rectisſime, tum venerationis, quae ei debetur, tum amoris, quo homines complectitur, paterni in ipſo ſtatim orationis initio recordandi ergo, in fronte poſuit. Ne de cauſis dicam aliis, quae eum ad hanc adornandam verſionem potuerunt impellere. Imo vero habuit hac in re dudum anteceſſores, quos licet iam a ſaeculo quarto repetere. Eo enim vixit VLPHILAS,Gothorum in Moe-

Moesia Episcopus, qui in Evangeliis e Graeco Gothice translatis p. m. 16 (ed. Stockholm. 1671. 4.), Graecum fontem secutus, reddidit: *Atta unsar*, i. e. **Vater unser**; quam versionem nullo esse modo suspectam, e praefixa etiam Oratione Dominica, literis, quae sunt in codice MScto, aeri incisis exhibita, apparet. Editor horum Evangeliorum, GEORGIVS STIERNHIELMIVS, in fine Praefationis praebet Versiones cum Vlphilana consentientes, quae habent, & Italica quidem, *Padre nostro*; Hispanica, *Padre nuestro*; Rhaetica, *Pap noass*; Sardica, *Pare nostre*; Sardica vulgaris, *Babu nostru*; Walachica, *Pærinthele nostru.* LVTHERVS igitur neque primus, neque solus fuit versionis huius auctor. Quid cogit eos, qui Lutherani non nominari tantum, sed esse etiam volunt, vt rigidis ipsius & iniquis nonnunquam censoribus frigidam suffundant?

Matth. VI. 32.

LVTHERVS: nach solchen allen trachten die **Heyden.** BENGELIVS: nach allem diesem trachten die **Nationen.** Nationis nomen nimis generale est: omnes enim homines, omnes gentes, omnes populos comprehendit. Vnde pios & impios, orthodoxos & heterodoxos, Christianos & Iudaeos complectitur. At Salvator hic fideles ab infidelibus, Christianos a paganis, vult distinguere. Illi cu-

rarum

rarum mole non obruuntur, dum norunt & credunt divinam Providentiam, qua conservantur mortales, necessariisque ad vitam sustentandam subsidiis instruuntur. Hi, de providentia DEI non raro dubitantes, curis franguntur ita, vt desperabundi ad αὐτοχειρίαν vsque interdum progrediantur. Et quamvis SENECA singularem scripserit librum de Providentia, ipse tamen neque huic argumento satis fecit, neque cives suos & socios ita potuit de eadem convincere, vt nunquam inter eos extiterit, qui illam vocarit in dubium. Atque hos dum sigillatim notat Salvator, omnes omnino nationes hic non possunt intelligi. Multo rectius itaque LVTHERVS voce Heyden vsus est, quippe quae neque peregrina est, neque nimis late patet. Non semper tamen respuit hanc vocem BENGELIVS, e. g. Act. XIII. 46. 1. Cor. XII. 2; etsi saepissime in eius Versione Nationen appellentur.

Haec e prioribus Matthaei capitibus, in quibus plura his similia offenduntur. Vnde multo maior foret stricturarum copia, si per totum Evangelium ire vellemus. Quamvis autem allata possent sufficere ad Versionem Bengelianam cognoscendam, delibabo tamen etiam e pluribus divinis N. T. scriptis aliqua, vt novum hunc interpretem pergere, quemadmodum coepit, appareat.

Marc V. 23.

LVTHERVS: Meine Tochter ist in den letzten Zügen. BENGELIVS: Mein Töchterlein ist auf dem äussersten. Invenisse hic forsan putavit novellus interpres non quod pueri in faba, dum in fonte reperit θυγάτριον. At probe scivit LVTHERVS, quod Graeci & de *filiola* & de *filia* hoc vocabulo promiscue vtantur. Num vero elegantior Germanica lingua admittat, vt de articulo mortis dicatur: auf dem äussersten seyn, dubito. Lutherana saltem phrasis est vsitata, Bengeliana autem inusitata.

Marc. XIV. 23.

LVTHERVS: nahm den Kelch. BENGELIVS: nahm den Becher. Simili ratione 1. Cor. XI. 27. Prior vox dudum in vsu fuit. Vnde IO. DOVGTEIVS eruditum suum librum, non de Poculis, sed *Calicibus* Eucharisticis inscripsit. Quid opus erat, immutare vocem, quae in gratiam rudium, qui iudicandi facultate destituuntur, poterat retineri?

Marc. XV. 37.

LVTHERVS: schrie laut. BENGELIVS: thät einen starcken Schrey. Bene vertit LVTHERVS κατὰ τὴν διάνοιαν. BENGELIVS videtur κατὰ τὸ ῥητὸν transferre voluisse. At sic non debuisset ἀφεὶς, *emittens*, reddere thät: neque μεγάλην starck. Toti phrasi Bengelianae nemo facile in Germani-

ca

ca lingua locum concedet, qui naturalem eius pulchritudinem amat.

Marc. XVI. 16.

LVTHERVS: **verdammt.** BENGELIVS: **verurtheilet.** Idem per voces aequipollentes. Cui bono? Num verbum, quod est in versione Lutherana, minorem habet emphasin, quam id, quod in Bengeliana positum est? Non crediderim.

Luc. I. 39.

LVTHERVS: **endelich.** BENGELIVS: **munter.** Particula, **endelich**, a multis dudum est notata, qui eius loco vel **mit Eile**, vel **mit Geschwindigkeit**, vel **eilends**, vel **eilfertig**, vel **hurtig**, vel **geschwind**, vel **schnell**, ponere maluerunt. Gavisus forsan in sinu est BENGELIVS, dum recordatus est particulae **munter**, quam ab aliis non video vsurpatam. Verum & isthac nondum omne punctum videtur tulisse. Potest enim aliquis μετὰ σπȣδῆς, *cum festinatione*, laborare, ire, proficisci, qui non semper alacri est animo, sed tristi nonnunquam & deiecto, praesertim, quando coactus rem debet agere, vt ad finem perducatur; quamvis nolim omnem alacritatem a multis negotiis exequendis removere. Cum vero a fine, **Ende**, vox **endelich** sine dubio trahat originem (vid. STADENIVS loc. cit. p. 177), obscura esse non potest iis, qui derivationem eius

respiciunt, eandemque cum particula end-lich, quam nemo non novit & probat, conferunt. Maria itaque dum ibat endelich, sine mora volebat iter suum ad finem perducere. Festinabat idcirco, celeriterque pedem promovebat. Σπȣδὴ convenire videtur cum Germanorum spooden, celeriter agere: spoodig, diligenter, nulla mora interposita: spoodige Reise, velox iter. Vid. viri de Germanica etiam lingua meritissimi, MICHAELIS RICHEY, Idioticon Hamburgense (liber multis raris elegantissimisque observationibus plenus) p. 283. Sic Maria ivit μετὰ σπȣδῆς, vt finem suum obtineret, & eum locum, ad quem cursum dirigebat, mox attingeret. Ineptam itaque & intellectu difficilem particulam minime adhibuit LVTHERVS.

Luc. III. 18.

LVTHERVS: verkündigte er dem Volck. BENGELIVS: evangelisirte das Volck. Ipse novus interpres in Praef. p. 22. dedit regulam: Eine Uebersetzung soll lauter und mit andern Sprachen auf das sparsamste vermenget seyn. Quaeritur, an istam regulam accurate observarit? Sed in fonte legitur: εὐηγγελίζετο τὸν λαὸν, ideoque forsan LVTHERVS minus recte transtulit. At in Novi Testamenti versione Lutherana verkündigen, predigen, ea interdum occurrunt em-

emphasi, quae Evangelium praesupponit, eiusque annuntiationem potissimum indicat. Sic Act. VIII. 4. εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον, vbi LVTHERVS: predigten das Wort; BENGELIVS autem: evangelisirten das Wort. An verbum in civitatem Germanicam non receptum necessario requirebatur? eodemque vtendum etiam erat Eph. II. 17: hat evangelisiret Frieden. 1. Pet. I. 12: die, so euch evangelisiret haben. 25: Rede, die unter euch evangelisiret ist?

Luc. XXI. 5.

LVTHERVS: Tempel, daß er geschmückt wäre von feinen Steinen und Kleinodien. BENGELIVS: Tempel, daß er mit schönen Steinen und gestifteten Dingen gezieret wäre. Fein & schön, geschmückt & gezieret pari passu ambulant. Cur vero displicuerit BENGELIO vox Kleinod, non intelligo. Est illa sane egregia, resque pretiosas ac splendidas, quas Graeci vocant ἀναθήματα, quae *modo columnis, modo parietibus ac postibus, modo aedium fastigiis suffixa* fuisse, IAC. PHIL. TOMASINVS in Lib. de Donariis & Tabulis votivis p. m. 50 observat, eleganter exprimit. Vnde etiam LVTHERI, voce hac vsi, versionem probarunt IO. DIECMANNVS in Glossar. Maur. p. 89. STADENIVS l. c. p. 354. SCHARBAVIVS noster in eleganti Exercitat. de ΑΝΑΘΗΜΑΣΙ Templi,

in Biblioth. Lubec. Vol. V. p. 87 sq, variaque simul erudite annotarunt. Nimis generaliter interpretatus est BENGELIVS per *gestiftete Dinge*, cum *res consecratae* non ad Templa modo, sed ad omnia alia, quibus potest aliquid dedicari, pertineant.

Io. I. 14.

LVTHERVS: wohnete unter uns. BENGELIVS: **nahm eine Hüttenwohnung** unter uns. Illa verbi ἐσκήνωσεν interpretatio simplex & perspicua; haec affectata & insolens merito censebitur.

Io. II. 3.

LVTHERVS: da es an Wein **gebrach**. BENGELIVS: da der Wein **ausging**. Idem, quod de antecedenti imaginaria emendatione, erit ferendum iudicium.

Io. III. 8.

LVTHERVS: der **Wind** bläset. BENGELIVS: der **Geist** bläset. Cum πνεῦμα hic sensu naturali sumatur, prudenter LVTHERVS transtulit **Wind**, vt a sensu huius vocis summo, quo in antecedentibus & consequentibus divinus Spiritus eadem nominatur, eo accuratius, ab illiteratis etiam lectoribus, posset distingui.

Io. V. 39.

LVTHERVS: **Suchet** in der Schrift. BENGELIVS: **Ihr forschet** die Schriften.

Qui

Qui τὸ ἐρευνᾶτε imperative malunt, & recte quidem, quam indicative accipere, versione hac Bengeliana non possunt esse contenti.

Io. XII. 38.

LVTHERVS: wer glaubet unserm predigen. BENGELIVS: wer hat dem, was wir hören liessen, geglaubet. Ille per pauca, i. e. vnam vocem, fecit; hic per plura, sine vlla vrgente necessitate, facere voluit. Cui bono huiusmodi ambages?

Io. XIII. 8.

LVTHERVS: der mein Brot isset, der tritt mich mit Füssen. BENGELIVS: der mit mir das Brot isset, hat seinen Fersen gegen mich aufgehaben. Vsitatius & clarius interpretatum esse illum, quam hunc, nemo facile inficiabitur, nisi is, qui insolitis & obscurioribus loquendi rationibus delectatur.

Io. XIV. 16.

LVTHERVS: er soll euch einen andern Tröster senden. BENGELIVS: er wird einen andern Beystand euch geben. Qui *mittit*, ille *dat* etiam. Vtique vero Spiritus S. assistit fidelibus. Quis autem ideo παράκλητον non vocabit *consolatorem*, cum vel e vulgaribus vocum commentariis notum sit, quod παρακαλεῖν etiam significet *consolari*?

Act. XVII. 22.

LVTHERVS: daß ihr in allen Stücken

allzu abergläubig seyd. BENGELIVS: daß ihr vor andern so viel auf Gottesdienste haltet. Phrasis: auf Gottesdienste halten, per se bonam habet significationem. Quare huc non quadrat, siquidem Athenienses crassa, imo crassissima, laborabant superstitione. Gentium doctor eos idcirco vocat δεισιδαιμονεστέρους, quam vocem melius transtulit LVTHERVS, dum ille non cultum divinum generatim, sed sigillatim eum, qui cum superstitione est coniunctus, respicit.

Act. XIX. 27.

LVTHERVS: Aber es will nicht allein unserm Handel dahin gerahten, daß er nichts gelte. BENGELIVS: Es stehet aber nicht nur darauf, daß uns dieses Stück in Aberacht komme. Artificium, quo idem aliis modo verbis proponitur, vt crebro alias in versione Bengeliana, hic quoque fuit vsurpatum. Noto igitur tantum vocem Aberacht, cuius vsus in his regionibus non datur. In fonte legitur: εις ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, *in reprobationem, contemtum, venire.* Quod reprobatur, quod contemnitur, id nihil valere, nullius esse pretii, existimatur. Quid itaque deest versioni Lutheranae: nichts gelte?

Act. XXV. 11. 12.

LVTHERVS: Ich berusse mich auf den Kayser. Auf den Kayser hast du dich berussen. BENGELIVS: An den Kayser appellire ich. An

An den Kayser hast du appelliret. Pari modo Act. XXVIII. 19. Consuetum quidem in foro est verbum appelliren; sed magis Germanice tamen, adeoque purius, dicitur beruffen.

Act. XXVIII. 11.

LVTHERVS: hatte ein Panier der Zwillinge. BENGELIVS: hatte zum Wapen die Zwillinge. Sermo est de navi, cui num *παράσημον*, *insigne*, quod REITZIVS *Bey-Zeichen* vertit, eo sensu, quem Wapen habet, tribui queat, cum Sigilla potius Instrumentis, Literis, Diplomatibus, Bullis, addantur, videtur dubium. Docte & copiose vocem Graecam IAC. HASAEVS in Diss. de Navibus Alexandrinis Apostolum in Italiam deferentibus (Brem. 1716. 4.) cap. III. p. 16sqq exponit, sed quod in re nautica per Wapen verti queat, non commemorat. Antiquus autem mos est, quo naves habebant signa, a quibus sortitae nomina ab aliis distinguebantur. In his erant plerumque imagines Deorum, quos tueri naves, superstitiose credebant. Haec signa quoniam in alto collocabantur, subnata LVTHERO videtur causa, cur vocabulum Panier adhiberet, cum istud a radice *Bann*, sive *Pann*, quod *altum* etiam, *excelsum*, *sublime*, denotat, trahat originem. Vid. quae e MARC. ZVER. BOXHORNII Origg. Gallic. p. 9 attuli in Meditatt. Exeget. P. I. 485. Conf. STADENIVS loc. cit. p. 467,

Cumque *Vexilla* eleventur quoque, ideo Num. I. 52 LVTHERVS verba: על־דגלו לצבאתם transtulit: bey das Panier seiner Schaar; aeque ac IO. PISCATOR Exod. XVII. 15 verba: יהוה נסי reddidit: der HERR ist mein Panier. Eo etiam, quo de *tutela* ac *praesidio* solet vsurpari, potuit LVTHERVS ad vocem Panier deduci, quia profanae gentes fictos ficti Iovis filios, Διοσκούρους dictos, i. e. Castorem & Pollucem, pro Diis tutelaribus navium & nautarum habebant. An ergo incongruum protulit LVTHERVS vocabulum?

Rom. III. 28.

LVTHERVS: **So halten wir es nun, daß der Mensch gerecht werde ohne des Gesetzes Werck, allein durch den Glauben.** BENGELIVS: **Wir machen nehmlich den Schluß, durch den Glauben werde der Mensch gerecht, ohne des Gesetzes Werck.** Verbi, λογιζόμεθα, translatio Lutherana haud difficulter sese potest tueri. Dum enim quis recte censet, iudicat, arbitratur, conclusionem re vera format, etiamsi non diserte dicat, se velle eam formare. Particulam, **allein**, non expressit quidem in textu BENGELIVS, etsi virtualiter ei insit, in Notis tamen eam neque tacet, neque improbat, vbi vltima verba distinctionem inter actum & statum iustificationis fundamenti loco debent habere.

Rom. XI. 7.

LVTHERVS: **Wahl.** BENGELIVS: **Auswahl.** Quamvis vſurpari nonnunquam ſoleat verbum **auswehlen**, ſubſtantivum tamen in vſu non eſt. Ocurrit nihilo ſecius in verſione etiam Bengeliana 2. Pet. I. 10.

Rom. XII. 11.

LVTHERVS: Seyd nicht träge, was ihr thun ſollt. BENGELIVS: In der Munterkeit ſeyd nicht **verlegen.** Qui amat, quod planum eſt & non coactum, is priorem verborum: τῇ σπȣδῇ μὴ ὀκνηϱοὶ, translationem ſine dubio eliget.

1. Cor. I. 20.

LVTHERVS: Wo ſind die **Weltweiſen?** BENGELIVS: wo der **Disputator dieſes Zeitlaufs?** Quoniam vera, ſana & ſobria Philoſophia non fovet id, quod in divino codice *ſapientia huius mundi* ſenſu Theologico nominatur, ideo diſplicuit nonnullis, quod genuini etiam Philoſophi **Weltweiſe** appellentur. At vbi eſt commodior vox? Modeſta Philoſophia non cupit tendere vltra mundana, quippe haec tantum ratio poteſt capere. Mundi ergo mentio in illorum appellatione honeſto ſenſu poteſt tolerari. In Bengeliana autem appellatione quis non cernit, quod affectatum eſt & inconcinnum.

1. Cor. XII. 3.

LVTHERVS: **verfluchet.** BENGELIVS: **einen Bann heiſſet.** Eodem modo in verſione

ſione Bengeliana Gal. I. 8. 9. Sic adhibetur a novo interprete phraſis, quae interpretatione, apud nonnullos ſaltem, indiget, etſi is verbum omnibus notum in verſione Lutherana invenerit.

1. Cor. XIV. 16.

LVTHERVS: Leien. BENGELIVS: Idioten. Vtraque quidem voce homo rudis & illiteratus appellatur (vid. Act. IV. 13); ſed prior tamen in ſcriptis Germanorum crebrius reperitur. Conf. STADENIVS loc. cit. p. 398 ſq ἰδιώτης τῷ λόγῳ 2. Cor. XI. 6. a LVTHERO redditur alber mit Reden; a BENGELIO autem: Idiot an der Rede.

2. Cor. X. 4.

LVTHERVS: die Waffen unſerer Ritterſchaft. BENGELIVS: die Waffen, womit wir Krieg führen. Retineri potuiſſet Lutherana verſio, cum fons habeat ὅπλα τῆς ςρατείας ἡμῶν.

2. Cor. X. 10.

LVTHERVS: die Rede verächtlich. BENGELIVS: die Rede ringfügig. Prius epitheton ſine dubio melius eſt & vſitatius poſteriori. Ring pro gering: ringe Lüde pro geringe Leute, plebeium eſt.

2. Cor. XII. 7.

LVTHERVS: hohen Offenbahrungen. BENGELIVS: Vortrefflichkeit der Entdeckun-

deckungen. Quid praeclarum magis in hac versione, quam in illa, datur?

Gal. IV. 3.

LVTHERVS: da wir Kinder waren, waren wir gefangen unter den äusserlichen Satzungen. BENGELIVS: da wir unmündig waren, waren wir den Elementen der Welt knechtisch untergeben. Vbi maior est perspicuitas? In Lutherana? an in Bengeliana versione? Hanc multi Davi sine Oedipo non intelligent.

Gal. IV. 5.

LVTHERVS: Kindschaft. BENGELIVS: Stand der Söhne. An filiae ab υἱοθεσίᾳ excluduntur? Sic mutationes non necessariae suggerunt interdum aliquid, quod iubet quaerere quaesitu vix ac ne vix quidem digna.

Gal. IV. 19.

LVTHERVS: welche ich abermahl mit Aengsten gebähre (πάλιν ὠδίνω), biß daß CHRISTUS in euch eine Gestalt gewinne (μορφωθῇ). BENGELIVS: mit denen ich Wiedergeburtsarbeit habe, bis daß Christus in euch gebildet ist. Qui nova hic putant praestantiora veteribus, leviter modo & perfunctorie rem perpendunt.

Ephes. II. 16.

LVTHERVS: hat die Feindschaft getödtet durch sich selbst. BENGELIVS: da er die Feind-

Feindschaft abtödtete in ihm. Cur in ihm pro durch sich selbst? Vsitatius est tödten, quam abtödten.

Ephes. VI. 14.

LVTHERVS: Krebs der Gerechtigkeit. BENGELIVS: Küras der Gerechtigkeit. Eadem ratione 1. Thess. IV. 8: Küras des Glaubens. Verbum in fonte extans, θώραξ, Harnisch, vel Krebs, vertitur, wegen der Gleichheit, vt STADENII expositionem loc. cit. p. 373 meam faciam, die man sonderlich sehen kan an den Oberschenckeln, da dasjenige, so selbige bedecket, den Krebsschalen über dem Schwantz gantz gleich. Haud ineptum itaque est vocabulum militare antiquius, a BENGELIO mutatum in recentius, quod an aeque amoenum in versione Biblica, ac in scripto & sermone bellico, sonum praebeat, aurium sensu vnusquisque experietur.

Phil. II. 7.

LVTHERVS: äusserte sich selbst. BENGELIVS: hat sich selbst ausgeleeret. Prius verbum sine dubio commodius est, quoniam divina maiestate & potentia Salvator nunquam fuit vacuus, vsu eius interdum modo abstinere voluit.

Phil. III. 21.

LVTHERVS: welcher unsern nichtigen Leib verklären wird, daß er ähnlich werde

sei-

ſeinem verklärten Leibe. BENGELIVS: welcher dem Leib unſerer Erniedrigung eine andere Geſtalt geben wird, und ihn damit gleichförmig machen dem Leib ſeiner Herrlichkeit. Quid hac verſione novus interpres lucratus eſt? Sane nihil, cum nihil ei inſit, quo verſionem Lutheranam ſuperat. In iſthac magis emphaticum eſt verbum verklären, quam in illa, eine andere Geſtalt geben. Alia enim rerum facies etiam induitur, quando bonum in malum, ſalutare in noxium convertitur. Qui autem ſenſu ſacro, quem hic invenimus, μετασχηματίζεται, eius conditio nunquam peior, ſemper melior, nunquam obſcurior, ſemper clarior redditur.

Phil. IV, 10.

LVTHERVS: wieder wacker worden ſeyd. BENGELIVS: wieder grün worden ſeyd. In fonte legitur ἀνεθάλετε, in quo verbo reconditam metaphoram recte eruit LVTHERVS, ſtyli elegantioris ſtudioſus.

Col. III, 11.

LVTHERVS: Scythe. BENGELIVS: Tatar. Scythae olim haud dubie vixerunt etiam ibi, vbi nunc Tartari commorantur, adeoque hi poſſunt referri ad Scythas, etſi non ſoli Tartari ſint Scythae, ſiquidem ſub hoc nomine plures comprehenduntur populi, qui in aliis etiam regionibus fuerunt, licet

cet terras varias saepe sint pervagati magis, quam stabilem in iis sedem fixerint. Generalior itaque vox non debebat in specialiorem permutari, praesertim, cum diserte nominetur in fonte Σκύθης.

2. Thess. I. 9.

LVTHERVS: Pein leiden. BENGELIVS: Strafe aushalten. Idem per idem. Verborum mutatio, praetereaque nihil.

1. Tim. V. 17.

LVTHERVS: Zwiefacher Ehren wehrt. BENGELIVS: noch so grosser Ehre wehrt. Διπλῆς τιμῆς in fonte. Quis ergo melius transtulit?

2. Tim. III. 16.

LVTHERVS: Alle Schrift, von GOtt eingegeben. BENGELIVS: Alle Schrift rühret von Gottes Odem her. An translatio Bengeliana Lutheranae praeferenda? Dubito.

Tit. I. 12.

LVTHERVS: faule Bäuche. BENGELIVS: müssige Wänste. Vti saepius alias, ita & hic ostendit recens interpres, quod artem συνωνυμίας didicerit.

Tit. III. 10.

LVTHERVS: Ketzerischen Menschen. BENGELIVS: sectirischen Menschen. Αἱρετικὸν egregie transtulit LVTHERVS ketzerischen, quo nomine denotatur is, qui falsam doctri-

doctrinam introducere studet & mordicus defendit. De eiusmodi enim homine hic agitur. Non omnes tamen inter Haereticum & Sectarium ita semper distinguunt, vt illum ad forum Theologicum, hunc ad Philosophicum referant, etsi *Sectae Philosophorum* magno numero commemorentur. Quamvis autem, quod largior, voces hae a multis promiscue sumantur, LVTHERVS tamen istud elegit vocabulum, quod in substratam materiam optime quadrat.

Hebr. I. 3.

LVTHERVS: der Glanz seiner Herrlichkeit und das Ebenbild seines Wesens. BENGELIVS: ein Glänzen seiner Klarheit und eine Gestalt seiner Substanz. An pulchriora deprehendimus in nova Versione, quam in veteri? Voces diversae non statim sunt praestantiores & efficaciores.

Hebr. XII. 1.

LVTHERVS: dieweil wir solchen Haufen Zeugen um uns haben. BENGELIVS: da wir eine so grosse Wolcke Zeugen um uns herum haben. Quod phrasis: *νέφος μαρτύρων*, *nubes testium*, indicandae *multitudinis* causa, in variis occurrat scriptoribus, notum est. At quod in Graeca & Latina lingua iucundius sonet, quam in Germanica, negari etiam non potest. Vnde LVTHERVS vocem metaphoricam recte notiori & proprio vocabulo explanavit;

navit, vt rudes etiam lectores queant intelligere, quid per *nubem* h. l. intelligatur.

Iac. I. 18.

LVTHERVS: er hat uns **gezeuget** nach seinem Willen durch das Wort der Wahrheit. BENGELIVS: Er hat gewollt, und also uns **ausgeboren** mit dem Wort der Wahrheit. Fanatici, BOEHMIVS, & plures, amant verbum **ausgeboren**. Sed cum iis fecisse BENGELIVM, nolo asserere. Potuisset ille tamen retinere verbum **gezeuget**. Verum proposuerat sibi, quamvis arripere occasionem, versionem suam a Lutherana distinguendi.

Iac. II. 20.

LVTHERVS: du **eiteler** Mensch. BENGELIVS: o **kahler** Mensch. Calva translatio. In fonte: ὦ ἄνθρωπε κενέ, *o homo vane*.

2. Pet. I. 19.

LVTHERVS: in einem **dunckeln** Ort. BENGELIVS: an einem **düstern** Ort. **Dunckel** ac **düster** vix differunt, nisi quod illa vox in Saxoniae superioris, haec in Saxoniae inferioris lingua sit frequentior. Vide, quae de vocibus, **düster**, **verdüstert**, more suo, i.e. eleganter, annotavit laudatus RICHEY loc. cit. p. 48.

1. Io. V. 4.

LVTHERVS: was **von** GOtt **gebohren**. BENGELIVS: was **aus** GOtt **gezeuget**.

Sic

Sic ſemper variare ſtudet BENGELIVS, vt nova & ab ea, quam ſummus artisque interpretandi peritiſſimus incredibili adornavit ſtudio LVTHERVS, diverſa habeatur ipſius translatio.

2. Io. comm. 1.

LVTHERVS: der auserwehlten Frauen. BENGELIVS: der auserwehlten Kyria. Nondum omni liberata eſt dubio ſententia eorum, qui *Kyriam* hic nomen proprium eſſe, exiſtimant. Nihilo ſecius a Lutherana verſione erat diſcedendum.

Apoc. II. 17.

LVTHERVS: will ihm geben ein gut Zeugniß. BENGELIVS: werde ihm geben einen weiſſen Stein. Quis poſteriorem verſionem intelligit, qui non vocat in ſubſidium antiquitatem? Ex hac novimus, quod *albus calculus* apud veteres fuerit ſignum innocentiae, ideoque abſolutionis in iudicio, cuiusmodi actio forenſis non poterat non *bono teſtimonio* finiri. Antiquum itaque morem reſpiciens, optime poterat vertere, &, quid ſibi velit haec loquendi ratio, oſtendere LVTHERVS, a quo diſcedentes oportet proferre interpretationem Bengelianae haud diſſimilem.

Sed deſino tandem, cum allata Speciminis loco queant ſufficere. Reſtant multa, quae ſcrutaturus & expenſurus larga inve-

niet copia, quod agat. Ego nolui totum examinare librum, ſed nonnulla tantum paſſim excerpere, quae leonem ex vngue cognoſcendum darent. Addo itaque nil, niſi vnicam quaeſtionem: Vtrum Verſio Lutherana calculo ſit dignior? an vero Bengeliana? Reſponſio formari poterit ex iis, quae in medium protuli, exque iisdem fieri judicium. Mihi perplacet iſtud, quod tulit auctor recenſionis praeſtantisſimi Scripti, a viro doctisſimo, GOTTFR. SCHVETZIO, Alton. 1755. 4. editi: Beurtheilung einiger Deutſchen Wörter, welche aus Lutheri deutſcher Bibel-Uebersetzung mit Unrecht verdrängt worden, in celeberrimi & de recentiori hiſtoria literaria Septentrionali meritiſſimi viri, ANTON. FRID. BVESCHINGII, Nachrichten von dem Zuſtande der Wiſſenſchaften und Künſte in den Königl. Däniſchen Reichen u. Ländern Vol. II. P. XIII. p. 425: **Luthers deutſche Ueberſetzung der heil. Schrift bleibt ein würdiges Meiſterſtück, man mag ſie entweder in Abſicht auf die nach der Beſchaffenheit der damaligen Zeiten faſt alle Erwartung übertreffende Richtigkeit, oder in Abſicht auf die kluge und glückliche Wahl der nachdrücklichſten Wörter und Redensarten, oder endlich in Abſicht auf die Reinigkeit der Sprache, betrachten. Daher muß ein jeder Herausgeber derſelben**


ihre

ihre unverfälschte Richtigkeit sorgfältig bewahren; hingegen sind die in verschiedenen neuern Bibelausgaben vorgenommene eigenmächtige Veränderungen gar nicht zu billigen. Bene! imo optime! Calculum, praeter ipsos novarum interpretationum auctores, quorum vino opus est suspensa hedera, pauci tantum denegabunt, & ii quidem modo, qui illibatam versionem Lutheranam cum recentiorum interpretum translationibus nunquam rite contulerunt.

S. D. G.

Ἐπίμετρον.

Supra pag. 11. lin. 17 pro **Früchte** legi debet **Frucht**, quoniam sic habet BENGELIVS, a quo numerus pluralis, in fonte extans (καρποὺς ἀξίους), praeter rem fuit in singularem conversus.





II.

IO. CAROL. HENR. DREYER, D.

Consiliarii Holsat. & Synd. Lubec.

de

lautiori Stipendio, quo Lubecensium indigenis in Coloniensi collegio Bursae XII coronarum prospexit HERMANNVS DWERGIVS, brevis relatio.

§. I.

Non merebatur, qui oblivionis squalore sepultus iaceret HERMANNVS DWERGIVS 1), patria Herfordiensis,

1) Et quidem egit *Scholasticum*, quod *registrum* ab Illustrissimo de WESTPHALEN *Tom. II. Monument inedit. p.* 2428 editum prodit, *Statutorum & privilegiorum capituli Lubecensis*, *Rubr.* 5. transcriptumque in hoc argumentum transactionis, qua Senatum inter Lubecensem & *Dwergium* de constitutione scholarum, quibus tractibus litterarum legendis, ducendis pingendisque erudiuntur pueri, (Schreib-Schulen vocamus) pactum est hoc modo: „Concordia per consulatum Lubicensem facta est „cum Dn. *Hermanno Dwerch*, Scholastico, quod in „civitate Lub. esse debent duntaxat quatuor scole, „vulgariter Scriffscolen appellate, in quibus Scolares, tam ad legendum, quam ad scribendum „in Teutonicis, debent imbui, & non in aliis. Et consu-

ensis, canonicus *Lubecensis*, Trevirensis &

„consulatus habebit, Magistros illarum scholastico „presentare, qui praestito iuramento habebit in„stituere, si idonei sint, alias refutare, & habebit „potestatem amovendi, quocies sibi videbitur ex„pedire; & debent esse idonei ad personaliter Sco„le preessendum, & debent magistri illi, absque „fraude & diminucione, tertiam partem Salarii „Scholastico presentare." Sed integros transactionis codicillos, anno 1418 signatos, ex codice membranaceo tabularii nostri descriptos, non invidebo lectoribus meis.

Wente denne in der Tyd des Vredes so schal me eren den hovetmann des Vredes. Aldus hebbe wy wol overghetrachet dat lange tydt unde yar her twischen dem erwerdighen Vader, Herrn *Hermann Dwerge, Doctore in dem gheystlicken Rechten unde Prothonotario des romischen Stoles und Scholastico der Kerken to Lubeke* uppe ene, unde etliken Borghern unde Inwonern der Stad Lubeke unde der vorscreven Stad, van der weghen dat de erbenömten Borgher in de erbenomeden Stad hadden vele Schole, dat Scryfschole synt gheheten, to vorvanghe unde Schaden der Rechicheit der Scolastrien, de se ieghen synen willen unde âne syne orloff helden, unde in den Scolen leten kynderen scryven leren, unde aldus underwysen, darvan se dat loen upnemen unde in eren budel steken, unde ok weren

& Coloniensis, Rotae Romanae adsessor, Pro-

ren de beyde parte vorscreven scelhafftig van Kost, Schaden, Hinder und pene weghen in deme Hove to Rome beschen van dersulven Sake weghen, unde alse denne de erwerdige in God Vader unde Herre Bisschop unde dat capitel der Kerken to Lubeke unde ok etlyke Borghermestere unde Radsheren der vorscreven Stad hyr mede sik hadden bekümmert unde weren begherende dat alle unwille van der weghen to ghrunde scolde wesen ghedelghet, unde uppe dat Vrede unde Eendracht twischen en bleve in tokameden tyden, van weghen desser vorscreuen articulen unde allent dat dar ane hanghede na Rade unde myt wolbedachten Mode synt ze ghekamen to eendracht unde Vrede van en beyden belevet, in desser naghescreven Wyse. So dat bynnen Lubeke utghenomen de Scole, de aldus lange sint ghewesen umme Kindere to lerende, so scholen dar men veer Schole wesen, dat Scryvescolen synt ghenömet, dar men allenen scal leren Kinderen lesen und scryven in den düdeschen unde anders nerghen ane. Offt wol anders in andern hemeliken Steden wolde Kindere leren, so schall de Herr Provest edder de Decken der

Ker-

Kerken to Lubeke, ſodanne en by dem Banne ſchluten unde affkeren. Und weret dat de Stad van der wegen van dem Scholaſtico worde geeſchet, de ſchal dat verbeden unde hynderen na erem vormöghe. Item dejenne de tor tydt den Rad to Lubeke regeren de ſcolen hebben meiſtere in den vorſcreven Scholen, de den Kinderen leren ſcryven unde leſen, dat nene wilde Lude ſint, edder van qvaden Seden, de ſe dem Scolaſtico vor tyd ſcolen vorbringhen unde preſenteren, edder ſinen Stadholder unde de Scolaſticus. Düncken ſe em weſen nogaftich unde denne hebben gedaen eet in der formen, ſo hyr na volghet, de mach ſe denne annamen unde tolaten to regimente der Scole vorgeſchreven, beholden em vrye, unde vullemachte, dat he mach affſetten van dem Regimente der Schole, ſo vakene em duncket nütte unde van noden to weſende, unde andere in de Stede to ſettende, de em de Rad denne overantweert. Unde desghelykes wanner de Rad dat eſſchet na Rechte, ſo ſchal de vorſcreven Scolaſticus edder ſyn Stadholder ſo danne Scholemeſtere degher affſetten edder andere in de Stede ſetten. Men ſodanne Sake, worumme dat me ſe ſcal affſetten, de ſchal me redeliken vorbringhen unde benomen vor dem Rade edder dem Scolaſtico unde de ok bewyſen. Ok ſchal

nymant van dem Rade werden gheantwert, ſunder he kone deme Regimente in ſyner eghenen perſonen ghenuch doen unde dat ſchollen ſe ſweren, dat ſe denne alſo doen willen in de hande des Scolaſtici edder ſynes Stadholders, ſo hierna folget. Item dejenne de ſodanne ſcholen hebben unde regeren, de ſchollen dem herren Scolaſtico de tor tydt is edder ſynen Stadholder truwelicken unde ghenzliken unde ane allen vermynderinghe ane alle bedrechniſſe antwerden unde avergeven den drudden penningk des Lones, dat ſe entfangen van den Scryve Scolen unde de andere twee parte de ſchollen ſe vor ſyk unde umme de Schole tho holdende unde ander borden tho deegende ane alle ieghenſproke beholden, unde de Scholaſticus ſchal en van der weghen nenen hinder doen, unde de Scolemeſter ſchollen ſick wol vorſeen, dat ſe de Scolere de en werden bevolen alſe in ſcryvende unde in leſende underwyſen unde leren in guden Seden, dat ſe des by Gode Loen unde by der Stad Lubeke, by de werld unde werdicheyt entfanghen, unde hyrmede ſchollen alle dynghe twyſſchen on beyden ghehat unde upgeſtaen weſen vorenet, unde de herre Meiſter *Herman Dwerch* ſcal vullborden dat alle van proceſſe unde ordele van der wegen beſcheen

ſcholen

ſcholen weſen utgelecht unde dede begheren de abſolucien van dem banne, de ſchal me en geven. De forma des juramentes, dar van hierbaven volget, unde ys aldus: Ik Henricus ſchwere dat ik wil truweliken myner ſcholen vorſtaen unde en thoſeen unde na aller myner vermöghe arbeiden, dat dem Scolaſtico van ſynen parte, unde den Scole nütt beſchee, unde will dar nene bedrechniſſe doen, unde weret dat wol were, de dat loen nicht all betaelen, dar van will ik nicht ſunderghes beholden. Men van allen Loen, dat ik van mynen Scoleren entfangen des will ik dat derde part dem Scolaſtico edder ſynen Stadholder ane allen van overantwerden. Zo my God helpe unde dat hillige Evangelium. Unde uppe dat diſſe Dinghe nicht meer echter beſcheen edder to unwillen komme, ſo hebbe wy to eener ghetuchniſſe deſſer eendracht und vullbort doen maken laten unde mit dem Inghe-ſegel des erwerdighen Vaders Biſſchoppes *Iohannis* unde des Herrn *Herman Prothonotarii* unde Scolemeiſters des capitels to Lubeke unde des Rhades darſulveſt Inghezele laten ſeghelen, hieranne ghehangen. Dyt ys alſo ghedeghedinget unde beslaten bynnen Lubeke uppe des Biſſchoppes hove van Lubeke int yar MCCCXVIII in tom XI die ſexten menſis Auguſti. By

Pawes

Pawes Merten des veften in fynen erften yare, in yegenwardicheit der erfamen manne Herren Hinrich van dem Berghe to Hamborg, Simon van Orden to deme Stralesfunde, Albert van der Molen Ridder to Luneborch unde Hinrich Ribbenowe to dem Gripeswolde, Borghemeiftern tughen darto geefchet unde geboden.

In alienam meffem DWERGIVM falces immififfe, iurisdictionem curamque rei fcholafticae praeripuiffe Senatui arrogantius, nemo facile dixerit, nifi qui fupine ignoraverit, ad annos usque 1530 1533, ob emendata facra omnino apud nos *pulchros* & albo lapillo fignatos, Epifcopum Lubecenfem per praepofitum exercuiffe *iurisdictionem ecclefiafticam*, adeoque & *ephoriam fcholarum*, (quarum non cathedralis folum, fed & minores in monafteriis S. Catharinae, Mariae Magdalenae, S. Iohannis, S. Annae, in domo Beguinarum ad S. Otilium, & ad S. Jacobum conftitutae memorantur,) fibi vindicaffe, cuius partes demandatae funt *Scholaftico*, feu *Magiftro Scholarum*, *Capifcolo*, h. e. capiti Scholarum. Id quod ex oratione *Statutorum ecclefiae Lubecenfis rubr.* 5. facile intelligitur, quæ hæc eft: " Ad fcholafticum ecclefiae Lubic. pertinet „ fcholarium ordinatio civitatis Lubicenfis ac di„ fpofitio libera de iisdem. Ita videlicet quod po„ teftatem habeat praeficiendi magiftros dictarum „ fcholarium qui eos inftruunt in Gramatica & Lo„ gica, eosdem magiftros pro fuo placito remo„ vendi, quod nemo pofeft actum docendi fcho„ lares affumere, nifi de ipfius Scolaftici Lubec. „ fpeciali confenfu, praeterea iurisdictionem tam „ magiftrorum quam fcholarium ad faepe dictum „ fcholafticum recognofcimus pertinere.

Uti vero non infpectione folum & tentaminibus fcholarium inftituendis, circumfcriptum fuit officium

Protonotarius Apostolicus 2), Decretorum

cium Scholastici, quod ad institutionem canonicorum in artibus liberalibus, quo adhuc in vita communi persistebant, porrigebatur, cum provinciam non otiosam & opere solutam, sed onerosam vellent decreta concilii *Lateranensis* IV. c. 11. apud HARDVINVM T. VII. concil. p. 30. & *Basileensis* Sess. XXXI. c. 3. ibid. T. VIII. p. 1248. *Tridentini* Sess. V. de reform. c. 1: ita DWERGIVM, litteris egregie doctum, et *liberalium artium studiis adolescentes clericos exerceri facientem*, honorifice memoravit autor recensionis canonicorum Lubecensium; quod & vel ideo in majores nostri laudes cedere putaverim, cum virum ostendat, alienum a saeculi, qui invaluerat, more, quo non negotia, sed otia, non atramentum, sed vina dulcia placuerunt, quo officium transiit in meram dignitatem, ac Scholastici munere docendi pertaesi, alios in pistrinum scholasticum ablegarunt, beati, quod saltim cura & inspectio in scholas earumque magistros & scholares animulae vagulae blandulae pinguiora pabula subministraret. CRANZIVS *Vandal.* *VII.* 14. *p.* 156. THOMASSINVS *de discipl. eccles.* *P. II. L. I. c.* 91. *p.* 304. CONRING *Antiquit. Acad.* *diss. III. Opp. p.* 457. Ill. FLOERKIVS *de canon. Scholast. nom. & Offic.* §. 16.

2) Cuius quae in aula Pontificia partes, exponunt MABILLONIVS *de re dipl. L. II. c. XI.* IO. GVIL. de GOEBEL de *Notariis* p. 210. edit. Baring. & *Autor du tableau de la cour de Rome P. IV. chapitr.* 17. p. 271. Sed & Lubecae eandem provinciam sustinuit noster, quippe quod officium protonotariatus in humeros Scholastici repositum fuisse perspicue tradunt statuta ecclesiae Lubec. " Item ,, Scholasticus scribit litteras & omnia negotia ec- ,,clesiae tangentia eaque deinceps si registranda fuerint

rum Doctor 3), bonarum litterarum fautor, promotorque insignis, & ob egregium munifi-

„fuerint, sciat registrare. - - Praecipue autem diligentiam de registro ecclesiae conservando adhibebit.

3) Cum in studio *Parisiensi* litteras per quadriennium coluisse DWERGIVM memoriae prodiderit catalogus canonicorum Lubecensium, crediderim præmium rei bene gestae & dignitatem *Magistri* in *Decretis* (quo nomine iuris canonici Doctores salutatos constat, GERH. von MASTRICHT *histor. iur. ecclesiast. p.* 362. PERTSCHIVS *histor. iur. canon. p.* 252.) e palæstra hac litteraria illum reportasse. Ad hunc autem sapientiae civilis mercatum, in quo, proscriptis ab HONORIO PP. iuris civilis studiis, canones & decreta ab invictissimis, si Diis placet, iuris in orbe monarchis multo apparatu venum exposita sunt, Anglos, Danos, Suecos, Germanos cateruatim confluxisse res est notissima, pleniusque instructa ab ARNOLDO *Lubec. L. II. p.* 506. *edit. Bang.* CAES. EGASS. BVLAEO *histor. Vniversit. Paris. T. IV. p.* 962. *T. II. p.* 404. IO. LAVNOIO de *scholis celebrioribus a Carolo M. instaur.* c.69. p.102. GEORG GODOFR. KEVFFELIO *historia Scholarum inter Christianos p.* 359. TERRASSONIO *dans l'histoire de la iurispr. Romaine T. IV. p.*440sq. IAC a VITRIACO *histor. occident. c.* 7. IODOCO BADIO ASCENSIO *in epistola ad Lagonem Urne episcop. Roskildiensem, historiae danicae* Saxonis Sorae typis exscriptae praemissa, nec non in nostro *de usu iuris Anglo-Saxonici* opusculo p. 226 s. quos etiam ad salutanda Parisina oracula stipendiis incitatos, & oleo exotico non tinctos solum sed a capite usque ad talos imbutos, hinc reduces in patriam, quod omnibus patriae alumnis longe cultiores visi sunt, elogium *Parisclerckur* sibi

nificentiae specimen, quo earum cultores ornavit, & ad reipublicae tum sacrae tum civilis decora excitavit, elogio dignus, hinc & dignissimus, quem in corona Maecenatum sui saeculi sisterent HAMELMANNVS 4) & MELLENIVS 5) nostras. *Lubecensibus* praecipue grata acceptaque viri optimi & vel ideo non potest non esse memoria, quod in

sibi vindicasse & WORMIVS docuit *lexico Runic.* p. 102, & quem nunquam nisi venerabundo animo nomino Dn. de WESTPHALEN *praef. Tom. III. monum. ined.* p. 6. Et ita plenius intelligitur oratio *statutorum eccles. Lubec.* rubr. XII. l. c. p. 2438. „Statutum est beneplacito omnium, ut qui *Parisiis* „student bursa praebendae suae gaudeant, duobus „annis & sex septimanis & non amplius, videlicet „tribus hebdomadis ad eundum, & tribus ad redeundum & duobus annis ad standum. Canonicus „in studio *Parisiis* vel alibi existens Vicarium habebit, cui Decanus de consilio capituli marcas de „praebenda absentis & studentis faciet provideri.

4) In epistola ad IOANNEM BARKEY Decanum Bremensem apud S. Stephanum, *Oper. Geneal. historic. p.* 317. *Similem te praebes, mi Decane, tuo populari* HERMANNO DWERGIO, *Protonotario & Assessori Rotae in curia Romana, ante annos centum & viginti, ut opinor, qui cum ageret Praelatum & amplas obtineret dignitates, Coloniae, Treviris & Lubecae, ex bonis suis ecclesiasticis, quae alii equis, canibus, concubinis, conviviis, vestitui & luxui, impendunt, fundavit in singulis istis locis collegia, in usum studiosorum.*

5) In opusculo manu exarato, cuius index: Die zu Lübeck wol aufgenommene Westfälinger c. IX. p. 120. 121.

in partes largi & ſplendidisſimi ſtipendii cives eorum litteratos, qui ejusmodi ſubſidiis indigent, vocaverit, apud *Herſordienſes* & *Colonienſes* inſtituti, quo ibi in collegio artium trivialium per quadriennium, hic vero in collegio *burſae* 6), quod vocarunt *XII corona-*

6) In recludenda ratione appellationis dandum eſt aliquid coniecturis. Haeſit ea frequentiſſime collegiis Academicis, quod ex ſtatutis Radulphi Epiſcopi Trevor. a. 1439. apud MARTENE *Tom. IV. Anecdot.* p. 1439. & ex *Burſa* S. Olavi, cuius mentionem celeberrimi Duumviri BVRGMANNVS & MANZELIVS in *Miſcell. Roſtoch.* (*Roſtockſchen Etwas*) *ad a.* 1740. *p.* 16. faciunt, eſt in propatulo, unde *Burſarios*, alumnos, quibus ex ejusmodi Burſis ſtipendia praeſtantur, calculo Nomaſtici Ciſtertienſis adjutus, recte explicuit FRESNEVS *Gloſſar. med. & infim. Latinit. T. I. p.* 1369. *Burſa* autem, quod nemo ignorat, proprie eſt arca, crumena, gazophylacium. Aut ergo ab arca communi, commodis alumnorum inſerviente, collegio nomen ceſſit *Burſae*; aut ſignum pro re ſignata innuitur. Nam inde rerum promercalium fora & loca, in quibus conveniunt mercatores, de rebus ad commercium & navigationem ſpectantibus, conſilia capturi, *Burſarum*, Börſen, appellationem traxiſſe cenſent MARQVARDVS *de iure mercat. L. II. c.* 6. *n.* 48. IO. GVILIELM. ENGELBRECHTIVS *de iure ſtapulae p.* 27. Siquidem januae aedium, quae Brugis Flandrorum, nobili emporio, conventibus mercatorum inſervierunt, tres *burſas* ſ. *marſupia*, ligno inciſa, prae ſe tulerint, inſignia ſcilicet amplae & veteris Burſiorum gentis; quo quidem factum, ut ab inſignibus domui nomen *Burſae*,

ronarum (Cronen Borse) per quinquennium, sub institutione, victu & amictu gratuito perfruerentur, ex reditibus puta quatuor millium, & sex millium florenorum Rhenensium, quorum illam summam ad Herfordiensis, hanc vero ad Coloniensis collegii sustentationem pie collocaverat. Praestat instituti rationes ex ultimis viri egregii tabulis plenius percipere, quas adhuc ineditas e reipublicae nostrae publicis regestis, quibus dirigendis & ordinandis amoeno iam distineor labore, transcribere juuat:

Domine, qui dixisti, nolo mortem peccatoris, miserere mei.

Cum nihil sit certius morte, & incertius eius hora, ob hoc ne intestatus decedam desiderans, diem mortis testamenti factione praevenire. Ego HERMANNVS DWERG, Prothonotarius, ordino & facio testamentum meum & ultimam meam voluntatem, prout inferius manu mea conscribetur. Inprimis si contingat, me mori in alma urbe Romana, desidero funus meum sepeliri in ecclesia Mariæ

D majo-

Bursae, haeserit, ad Antwerpienses, Bergozomenses aliosque postea deriuatum. Et vel ex illo coniecturae aliquid accederet ponderis, quod collegiis Academiae Rostochiensis nomine der *Tasche*, *rubei Leonis unicornis*, *mediae Lunae* &c. illustribus, nomen a symbolis, quibus in frontispicio ornata fuerunt, inditum sit. SEBAST. BACMEISTER *Antiquit. Rostoch. L. I. c.* 6.

majoris. Descendens autem ad distributionem rerum, imprimis lego & relinquo sanctissimo domino nostro, domino Martino Papae Vto, cuius multis annis familiaris fui, decretum meum magnum & librum beati Augustini de civitate Dei. Item quantum suppetent facultates meae volo & desidero fieri duo collegia pro studentibus, ordine infra scripto. Volo igitur & desidero inprimis ut in Hervordia loco nativitatis meae in domo, quam soror mea nunc inhabitabat, instituatur unum collegium pro XII personis & uno earum Rectore sive Gubernatore, & aptentur pro eis commoda & camerae, qui ibidem morentur, nutriantur & vestiantur semel in anno cum taberdo, Jopula & caligis & quotidie ad scholas vadant. Et ille Rector collegii curam de eis habeat, ut honeste vivant & volo quod ipsi Scholares & eorum Rectores, omnibus diebus dominicis & festiuis in decantandis horis adsistant in ecclesia Sanctorum Ioannis & Dionisii Hervordiens. Et volo quod nullus eorum excepto Rectore ultra quadriennium ibidem remanere possit, quo elapso habitis literis testimonialibus a Rectore de legalitate & virtutibus suis ascendat ad Coloniam & ibidem recipiatur. Et rogo ut singulis diebus post prandium & coenam, dictis gratiis, submissa voce dicant: Miserere nos Deus, cum collecta, quam unus eorum bassa & humuli voce,

voce, dicat, Deus cui proprium est, miserere &c.

Et ad istum usum Deo auxiliante perficiendum do & relinquo domum meam, quam soror mea cum eius marito nunc inhabitat una cum horreo, quod ibidem construxi, & ibidem aptentur commoda & camerae pro duobus una & pro eorum Rectore una sola. Si vero Reverendus Pater, Dominus Episcopus Mindensis,ad quem proprietas istius domus pertinet, eam forsan redimeret solvendo, pro quibus mihi obligatur, & id quod pro eius aedificatione exposui, cum illa pecunia ematur alio in loco ad hoc apto & commodo.

Assumptio autem istorum scholarium & Rectoris correctio & rationalis exclusio, ubi excessus eorum hoc requirerent spectabit perpetuo ad hebdomadarios Hervordienses pro tempore existentes.

Et volo quod istorum Scholarium duo sint de Hervordia, duo de Colonia, duo de Leodio, duo de Vratislavia, duo de *civitate Lubecensi* & duo de Daventria, ubi autem tales non venirent, nec instarent, assumantur aliunde, & semel assumti maneant ad completum & statutum tempus eorum, & ad complendum & perficiendum praedicta lego & relinquo 4000 flor. Rhenen ad emendum possessiones & alia. Et volo quod Rector ipsius collegii ipsis executoribus meis, (intel-

ligo hebdomadariis Hervordiensibus) de gestis & administratis per eum teneatur reddere rationem omni anno.

Item desidero & ordino, ut in civitate *Coloniensi* fiat & instituatur unum aliud collegium, pro XII scholaribus & uno eorum Rectore, quibus provideatur de vitae necessariis & una veste pro quolibet in anno, & habeant studere in sacra pagina, aut iure canonico vel civili, & ibidem quinque annis singuli possunt permanere & non plus, & intentio mea atque voluntas est, ut ista duo collegia in Hervordia, & in Colonia modo successive sive progressive se habeant, ita ut primo in Hervordia in rudimentis grammaticalibus imbuantur & demum ibidem completo cursu ad Coloniam ascendant, nullus recipiatur nisi litteras testimoniales de bonis moribus & vita ab illis executoribus in Hervordia ordinatis exhibeat. Et volo quod illi XII *sint de iisdem* locis prouti prius collegium in Hervordia instituendum nominat & describit. Illis non instantibus aliunde & istos studentes habebunt eligere & assumere praepositus S. Andreae Coloniensis, Decanus S. Severini Colon. una cum duobus ex civibus civitatis Coloniensis, quos Scalini & consules pro tempore regentes in civitate Colon. ad hoc duxerint ordinandos. Et illos praepositum & Decanum qui pro tempore erunt una cum duobus ex consulatu ad hoc ordinandis

nandis facio & ordino executores meos ad illa quae in Colonia ordinata ſunt. Et volo quod Rectori ipſi omni anno de geſtis & adminiſtratis per eum teneatur reddere rationem praedictis praepoſito & Decano & deputatis duobus civibus, & ſtudentes ipſi una cum Rectore ipſorum ſubſint coercitioni, correctioni, & etiam, ubi qualitas circumſtantiarum expoſceret, excluſioni, & ad praedicta complenda in Colonia relinquo 6000 floren. Rhenen, cum quibus aptentur aptanda. Haec eſt ultima mea voluntas & teſtamenti diſpoſitio. Praedicta manu mea propria conſcripſi ſub anno Dom. MCCCCXXX.

§. II.

Atque his ſcriptis conditionibus in utroque collegio fructum beneficii cepiſſe Lubecenſes, litterae & praeſentationum Senatus noſtri & collationum Colonienſis in gratiam LIBORII MEYERI 7), PETRI à VYFHVSEN,

D 3

7) Non adeo obſcurioris famae *Lubecenſis* ille eſt, cum in *Lubecenſibus, patriam extra patriam in Academiis & quaerentibus & invenientibus*, quos illuſtris vir HENR. BROKES, collega & officio & amicitia mihi coniunctiſſimus, venuſta oratione alioquin celebravit, locum tueri iure meritoque poſſit. Ex his, quae de vitae eius rationibus ſparſim tradita legi in *Miſcellaneis Roſtochienſ. P. II p.* 329. *P. III p.* 524. 621. *IV p.* 676 MANTZELII *hiſtor. facult. iuridic. Roſtoch. p.* 46.

THIE-

SEN, IO. YLBEN, ALBERTI REIMERS, IO. HENNINGS, aliorumque ad annum 1570

THIELII *descript. templi cathedr. Gustrov.* BACMEISTERI *Megap. litter. L. I.* §. 14. *& prodrom. Megap. liter. p.* 1318. 1064. 1070. 1076. T. III. *Monum. ined. Illustriss. de* WESTPHALEN. DAV. FRANCKII *Megapol. antiq. & nov. VIII.* 31. *p.* 271. & in *charta a.* 1500. *ap.* DIEDER. SCHROEDERVM *Megap. papaea T. II. p.* 2602. compertum habeo, quod I. U. D. & Professor institutionum (*ordinarius in novis iuribus*) in alma Varniaca docuerit, fasces Academiae tenuerit a. 1473. 1486. 1497, Praebendarius itemque ecclesiae collegiatae Gustroviensis, canonicus Rostochiensis, Malchinensis & Treptauviensis ecclesiae Plebanus, Romae tandem ridiculo habitu, qui oculos omnium in se converterit, peregre profectus, forte & ibidem fatis functus. Tabulas, quibus coenobio Bordisholmensi, insignem ei donando apparatum codicum manuscriptorum & impressorum, bene precatus est, extulit generosissimus heros Dn. de WESTPHALEN l.c. *T. II. p.* 488 s. si non ex alia certe ex hac ratione memorabiles, quod in suppellectile donata occurrens *parvum volumen in se continens IV. partiales Institutionum* Perill. L. B. de SENCKENBERG, peritissimo arbitro *methodo iurisprud.* rarissimum videatur, diversum ab Institutionibus Iustinianeis. Patria etiam Lubeca fructuosas saepenumero experta est *Liborii* operas & consilia in rebus arduis ab eo expetita. Custodit eorum plurima promptuarium documentorum & actorum reipublicae nostrae, servans etiam *Meyeri* litteras Senatui an. 1487. de debito 800 florenorum perscriptas, quas a. 1443 a Senatu Lubecensi Academia Rostochiensis mutuo acceperat

1570 scriptae loquuntur, ut pote praevio iuramento, cuius formulam in infima margine descripsi 8), receptorum. Circa hoc enim tempus alias dispensandi rationes componendas, reditus postularunt collegii, duodecim praebendatis & eorum Rectori sustentandis, adauctis quippe in dies rerum pretiis, non sufficientes, quo quidem evenit, ut

perat, authentica quidem MARTINI V. *bulla privilegiorum Academiae* cautionis pignorisque loco hic reposita, quae & ad annum usque 1662 in scriniis publicis Lubecensium morata est, quo quidem soluta sorte longos carceres eam egredi & ad Rostochienses migrare iussit Senatus.

8) Formula iuramenti talis: "Ego N. suppositus „huius almae Universitatis studii Coloniensis re„ceptus ad praebendam in huiusmodi collegio, „iuro ad Sancta Dei Evangelia, quod obediens „ero in licitis & honestis, quamdiu fructibus hu„iusmodi praebendae gaudere voluero dominis „provisoribus & Rectori huius collegii pro tem„pore, eorumque mandatis parebo ac honorem „debitum impendam, hinc inde collegio fidelis „ero, eius statum, honorem & utilitatem, ad quem„cunque statum devenero, pro posse & nosse pro„curabo, damnaque eius iuxta posse impediam & „amovebo. Et quod statuta huius collegii edita „vel edenda imposterum per provisores, ordina„tiones & consuetudines laudabiliter post eorum „vel earum publicationem sub obedientia provi„sorum & Rectoris pro posse observabo, pacem „tranquillitatem & concordiam dicti collegii in se & „suis membris quibuscunque pro posse procurabo. „Sic me DEUS adjuvet & haec sancta Evangelia.

ut non veſtes ſolum ſubtraherentur alumnis, ſed & ſymbola in ſuſtentationem Rectoris conferenda eis imperarentur, quin tandem à Proviſoribus collegii, ſ. Conſulibus Colonienſibus, aſſiduis controverſiis praebendatos inter & rectorem ſcaturientibus, maxime fatigatis, clauderetur collegium. Quod cum aequo animo non ferrent Senatus, quorum intererat paratas Dwergiano inſtituto, indidenis ſuis tam proficuo, exequias deprecari, nec ſtudio nec operae pepercerunt, quo periculum, quod imminere videbatur, mature averruncarent. Nec ſtudia deſtituit effectus crebrisque ſollicitationibus Lubecenſis & Daventrienſis cum maxime Senatus perducti conſules Colonienſes & collegii Proviſores D. CONSTANTINVS LYSKIRCHIVS, D. IOANNES MASIVS, D. MELCHIOR à MALHEM & GERARDVS PELEGRONIVS, ut tam de reſtauranda burſa & evocando Rectore, viro gravi & erudito, quam de meliori oeconomiae ratione conſilia inirent, ſapienterque inita *ſollemni Reformatione*, quae manum PETRI SLEINWICHII Syndici Colon. obſtetricantem experta eſt, a. 1578 in vigilia S. Petri ad vincula proponerent, cuius potiora argumenta, cum integram eius recenſionem ſpatium plagulis deſtinatum non capiat, ex litteris *Suffridi Petri*, ſpectatae eruditionis viri & Burſae coronarum Rectoris, ad Senatum Lubecenſem d. 6. Nov. 1582

per-

perſcriptis iisque avtographis vel ideo exponam, ut conditionem Burſae in melius reformatae intelligat lector: Sunt vero hae:

Amplisſimi, prudentisſimi, integerrimique viri.

Cum nobilisſimus prudentisſimusque vir ac dominus Doctor Henr. Sudermannus Anſeaticarum civitatum Syndicus & reipublicae veſtrae ſtudioſisſimus ante menſes quatuor me hortaretur, ut amplitudini veſtrae indicarem, qua oeconomia proventus annui per magiſtratum noſtrum in hac Burſa coronarum diſpenſentur & qua moderatione diſciplina ſtudioſorum ibidem per me adminiſtretur, feci utrumque hoc & libenter & quam potui plenisſime, & conſcriptas ea de re literas 18. die Jun. ſuperioris 9) eidem Dn.

D 5

9) Ad manus eſt huius epiſtolae fragmentum, ad ſupplenda tamen ea faciens, quae in his litteris peroraverat *Suffridus:* "Obtinuimus enim iam „a Magiſtratu noſtro, ut quae vetuſtate col„lapſa erant in hoc collegio magnis expenſis re„ſtaurata ſint, & praeter commune hypocau„ſtum, quod in caenaculo eſt, ſinguli praeben„dati ſuum cubiculum ſeparatum, & in ſingulis „fere cubiculis hypocauſtum peculiare habet. „Menſam etiam ſic inſtructam habemus, ut „portione quotidiana virum honeſtum ſine de„decore excipere posſimus, ita ut ad commo„ditatem vitae merito nihil amplius deſiderare „poſſint. Ad inſtitutionem quod attinet, cum „ipſi ex ordinatione Magiſtratus publicam iuris „pro-

Dn. Doctori Sudermanno ad vos transmittendas tradidi. Adfuit paulo post hic praestantissimus vir, cum vester Dn. Iohannes Henningius, cui ut praesenti praesens omnia singulatim explicui, ita etiam litteras ad vos perferendas dedi. Adfuit demum consultissimus vir, reipublicae vestrae Syndicus ac legatus Dn. Doctor *Calixtus Schein* cui & ipsi coram singula prolixe declaravi ac exemplar oeconomiae supradictae tradendum procuravi. Non puto igitur mihi committendum viri Amplissimi, ut iisdem hic rursus inculcandis publicas occupationes vestras odiose destineam, cum, si quid ego superioribus literis minus explicite scripsi, illi abunde supplere possunt. Spero autem disciplinam nostram Vobis non improbari, cum & praelectio-

„professionem habeamus, tum etiam priuatim
„nostris convictoribus ius legimus, & praeter
„has publicas privatasque lectiones etiam in
„mensa quotidie collocutiones inter prandendum
„coenandumque habemus, ubi vel regulas iuris
„vel titulorum connexiones vel simile aliquid
„discutimus. Binas etiam disputationes priva-
„tim singulis hebdomadis habemus, alteras in
„institutionibus, alteras in Pandectis, unam
„etiam orationem singulis diebus dominicis à
„coena per vices nobis praestant, ut se ad scri-
„bendas consultationes praeparent. His acce-
„dit, quod & Bibliothecam libris legalibus satis
„instructam habemus, & omnes disputationes,
„omnesque lectiones, quae in utroque iure pu-
„blice fieri debent, hic fiant.

lectionum & disputationum & declamationum exercitia congrua studiosi hic habeant, & mutua aemulatione in unum idemque iuris studium omnes incumbant. Propterea enim nullos alios, quam iuris candidatos hic recipimus, ne studiorum discrepantia animorum dissidium pariat. Et quo haec concordia firmior sit, unicuique religionem suam, qua domi imbutus est, permittimus, neque cuiusquam conscientiae frenum injicimus. Ideoque theologicas disceptationes, quae inter adolescentes nihil aliud, quam perniciosas rixas & pugnas generant, nostris prorsus interdiximus. Ex quo consequimur, ut & profundam tranquillitatem domi & convictores nostros iuris studio addictissimos habeamus. Oeconomia autem pro redituum quantitate commodius à Magistratu nostro constitui non potuit, quam ut suppetentibus duntaxat ducentis sexaginta quatuor communibus daleris annuis, hi ipsi in duodecim praebendas aequaliter distribuerentur & singulis praebendis viginti duo daleri annui, singulis autem praebendatis (qui numero decem sunt, exclusis Herfordiensibus) praebendae singulae, Regenti duae adsignarentur pro cura & administratione sua, ita tamen ut praebendatis ius adcrescendi esset, Regenti non esset. Itaque cum absentium portiones adcrescant praesentibus, si dimidia tantum pars praebendatorum, hoc

est,

eſt, ſi quinque duntaxat adſint, hi conduplicatam praebendam, hoc eſt, quadraginta quatuor daleros annuos ex reditibus Burſae conſequuntur & ſex decem Regenti de ſuo inſuper addere tenentur, cum in totum pro menſa & diſciplina ex eodem Magiſtratus decreto ſexaginta daleros communes ſolvere debeant, qui faciunt imperiales daleros non plene quinquaginta. Quodſi autem plures, quam quinque acceſſerunt, pro horum numero decreſcit praeſentium portio usque ad viginti duos daleros, ita ut hoc caſu parum ſubſidii ex reditibus Burſae habeant, cum triginta & octo daleros de ſuo inſuper addere teneantur. Noluit autem Magiſtratus noſter hoc ius accreſcendi ſic accipi, ut quidam hic intelligebant, ut cuiusvis civitatis uno praebendato abſente, alteri huius portio in ſolidum accreſceret, ita ut ſi unus Colonienſis abeſſet, alter qui praeſens eſſet, ex abſentia iſtius ſtatim conduplicatam portionem, hoc eſt, quadraginta quatuor daleros annuos conſequeretur, ſed ita, ut huius abſentia omnibus praeſentibus, undecunque oriundi ſint, commune ius adcreſcendi pariat, ex quo cônterraneus abſentis nihilo plus gaudeat, quia quivis alius collega praeſens, cujascunque tandem is fuerit. Magiſtratus enim noſter nullas praebendas extinguere, ſed omnes conſervare & ſingulis ex aequo conſulere voluit. Ideoque & viginti qua-

quatuor daleros annuos, quibus Burſae reditus ante quadriennium auxit, cum antea non niſi ducentos & quadraginta daleros annuos haberet, non ſuis peculiares, ſed omnibus praebendatis communes eſſe voluit. Videbitis igitur Viri Amplisſimi praebendatis in hoc noſtro collegio nihil aliud deeſſe, quam augmentum aliquod ſubſidii, quo defectum redituum Burſalium ſupplere posſunt. Hoc enim ſi conſequantur, equidem non video, quo loco commodius, quam hoc ipſo agere posſint. Vbi alioquin omnia abunde ſuppetunt, quae ad profectum ſtudiorum requiruntur. Hoc autem cum ſingulis civitatibus, quae Burſarum ius hic habent, ſeparatim in ſuorum civium gratiam praeſtare nequaquam difficile futurum ſit, quod apud alios iam egi, apud vos mihi quoque ex officio agendum puto. Vt quantum in me eſt, huius domus commodum cum utilitate ſtudioſorum promoveam. Nec mihi metuendum puto offenſam veſtram; quos et locupleti aerario & ſtudio in literas propenſo eſſe, ut publicis ſcriptorum monumentis, ita e privatis referentium teſtimoniis abunde declaratur. Eſt autem de aliis nonnullis iam injecta ſpes & Magiſtratus noſter hic ſe difficilem non praebebit, qui praeter illud augmentum annuorum redituum, de quo ſupra dictum eſt, ex quo ego huc veni, ultra mille daleros in reparatio-

tionem huius domus impendit, nec adhuc cessat eam in dies in maius ac melius augere, idque non tantum ut suorum, sed & Vestrorum quoque & reliquorum etiam omnium filiis, qui huc pertinent, majorem commoditatem ad persequenda studia suppeditet. Freti itaque singulari illa humanitate vestra, quam omnes enixe praedicant, speramus & vos quoque in sublevandis vestris saltim civibus non fore difficiles. Septuaginta enim plus minus annuis daleris imperialibus utramque praebendam ita fulcire potestis, ut praebendati porro immunes animo libero studiis incumbere secure possint. Quod proinde si feceritis, reipublicae vestrae consuletis, cum de bonis consiliariis prospectum erit. Consuletis civibus vestris, quorum filiis optatam studendi facultatem conferetis. Consuletis denique Bursae nostrae, in qua iurisprudentiae seminarium cum bono publico confirmabitis. In hoc igitur negotio, viri Amplissimi, si me Bursae nostrae patrocinari non moleste fertis, spero vos boni quoque consulturos esse, si etiam civis vestri caussam apud vos agam, cum ob virtutem suam vestram benevolentiam debere plane arbitror. Concessit in convictum meum ante menses quatuor civis vester adolescens perstudiosus & modestus Jacobus Brechwalt, hortante clarissimo Dn. D. Sudermanno, qui spem illi tum faciebat consequendae praeben-

bendae, quae apud nos vacat, cum se eius nomine apud vos intercessurum polliceretur, quod & interea se fecisse asserit. Scripsi autem & ego huius ipsius gratia ad vos per Dn. Joh. Henningium, sed quoniam responsum hactenus non accepi, putavi preces meas hic esse iterandas. Nam cum domestica consuetudine satis eum exploratum habeam, non mea solum, sed & vestra quoque interesse reor, ut ignotis praeferatur, eo certe magis, quod propediem hic adhuc una praebenda vacatura sit, quam alteri, cuicunque videbitur, deinde conferre poteritis. Ioannes enim Gulielmus ante Majum proximum, completis quinque iam annis suis, hinc decessurus locum unum successori vacuum relinquet. Cum igitur hic Jacobus apud nos iam sit, quaeso viri amplissimi concedite in gratiam meam illi vacantem iam hanc praebendam & ad alteram illam obtinendam, adolescentem aliquem talem nobis postea mittite, qui eruditione Iohannem, modestia Jacobum referat. De mea erga vos observantia vicissim expectetis, id, quod famulus diligens ac fidelis benevolis dominis suis ex officio praestare debet. Deus opt. max. Amplitudinem vestram diu incolumem conservet. Colon. Agrippinae d. 6. Nov. 1582.

Vestrae Amplitudinis

deditissimus famulus

Suffridus Petrus, Leovardiensis, Frisius, I.U.D. regens Bursae coraonrum.

§. III.

§. III.

Mactati ex hinc beneficio isto sunt, eo certe, si quisquam alius, dignissimus *Ianus Guilielmus*, Lubecensium ocellus, & elegantiorum litterarum cultoris vividum exemplum 10), *Nicolaus Vosbecus* a. 1578, *Hartvicus*

10) Dignissimus hic praestabilis, quem Lubeca protulit, civis, qui nominis sui suique apud posteros tot selectissimis scriptis parti honoris præcones, custodes, conservatoresque, inveniret ANTON. THEISSIERIVM *dans Eloges des hommes Sçavans P. II. p.* 35. HANCKIVM *de script. rer. Roman. p.* 243. THOM. POPE BLOUNTIUM *censur. auctor. celebr. p.* 830 f. &, qui tot probatae eruditionis cenotaphiis ad perennem famam viam sibi munivit, ipsum SEELENIVM nostratem de *Jani Guilielmi eximiis* in *literas humaniores meritis* P. I *Miscell. n.* 9. *p.* 167 - 212. De studiis *Iani* coloniensibus sub auspiciis & in contubernio *Suffridi Petri* dispexit vir doctissimus & de *Suffridi* in nostrum existimatione & amore, ex commercio quod inter utrumque itemque *Suffridum* inter & *Arnoldum Bonnum* intercessit, epistolico, a SIMON ABBES GABBEMA *epistolar. ab illustribus & claris viris scriptar. Cent. III. p.* 402 f. adservato, iucunda quaevis exposuit, cuius etiam documentum exstat in litteris *Petri* ad Senatum nostrum d. 18. Jun. 1582: "Horum omnium ac singulorum "quae hic dicta sunt locupletissimus testis mihi "esse potest, ornatissimus adolescens civis vester "*Ianus Gulielmus*, qui ut collegio nostro qua"tuor iam integris annis magno ornamento "fuit, ita reipublicae vestrae perpetuo decori "erit,

vicus & quem Suffridum Petri enixe commendare modo vidimus, *Iacobus Breckwold* an. 1582. 1583. *Thomas Poppingius* an. 1583. *Wilhelmus von Halven* a. 1591. *Io. Warnebuche* a. 1591. *Christophorus Burmester* a. 1604, *Christianus Brambachius* & *Hermannus Liebstorp* ipso anno 1616, quem Coloniensium novaturientia molimina in historia Bursae reddunt memorabilem. Hi, quod iam a. 1567, 1574. incassum tentaverant, nunc superandum rati, & admodum infensi in ipsa pontificiae religionis arce stipendiis & beneficiis excipi haereticos anguesque veluti in sinu foveri & educari, ostracismi tabulas pararunt nostratibus, quod in castris Pontificis militantes vellent alumnos, praestito religionis iuramento sollemni recipiendos, antiquum Academiae statutum urgentes, quod alumnos & scholares ad missam in diebus festis devote audiendam, sedulo hortaretur. Quod vero ad haec Senatus? Is bonae causae confisus, sacratae *religionis pacis* palladio obviam ivit temerariis conatibus, offuciis & postulationi, quam somniaverant, iniquissimae, fortissimoque animo & felicissimo eventu argumentorum legumque arma in novatores convertit, ut arena cedere oportuerit Colonienses, meliora edoctos, ipsamque, quam occludere intendebant, stratam planamque relinquere viam Lubecensibus, sacrorum purio-

riorum exercitio addictis 11). An vero praeter *Gerhardum* & *Arnoldum Backhysen*, *Iodocum* & *Walterum Delbrugge*, *Gerardum Grensien*, *Stephanum Hinze*, *Hermannum Ottonem von Dorne*, *Io. Frider. Mecklenburg*, qui an. 1630. 1636. 1637. 1645. 1659. 1665. in societatem bursae venerunt, victoriae huius fructus alii perceperint, chartis destitutus ignorare me fateor, alioquin etiam doceri libenter cupiens, qui factum, ut siti Lubecensium ad salutandas Musas Colonienses nunc quidem restincto, collegium Bursae in praedam cesserit Patribus Societatis Iesu. 12).

III.

11) Testatur hoc ipsum GERH. BACKHVSEN, litteris M. Februarii a. 1636. ad Senatum datis: Und zwar der Religion halber ist gantz und gar keine difficultaet mehr gespüret, sondern ist einem iglichen dieselbe und dessen exercitium, doch außerhalb der Stadt freigelassen, ihr auch conniveudo in der Stadt in vielen dispensiret. Also daß sich hierinn keiner, der sich nur selber in seinen Schrancken gehalten über keine, beides geistlich und weltlichen rechtmäßig zu beklagen hat. Auch ist das Iuramentum à beneficiatis collegio dandum nur simpliciter nulla facta religionis mentione ad obedientiam Rectori in licitis & honestis praestandam gerichtet. Ne etiam ab ipsis alumnis praesentatis quicquam fieret ex voto Coloniensium, iuramenti fidem, de non praestando iuramento religionis, interponendam & litteras reversales ab his subscribendas voluit Senatus Lubecensis. Quas quidem à *Delbruggiis*, *Backhusiis* & *Meckelburgo*, licet hic pontificiis sacris innutritus fuerit, datas, iam ante oculos habeo.

12) DAN. ANGELOCRATOR *epitome Academ. p. 227*



III.

Ad hiſtoriam libri *Iordani Bruni:*
Spaccio della beſtia trionfante,
Analecta,
auctore A. G. MASCH.

Cum nuper benevolentia Virorum Plurimum Reverendorum huius bibliothecæ Editorum, Volumen ſeptimum acciperem, litteras præſtantiſſimorum & famigeratiſſimorum Virorum de IORDANI BRVNI famoſiſſimo libello omnium primo perlegi. Quæ quidem litterae, quae de libello iſto legi, mihi in memoriam revocantes, ut analecta quaedam ad hiſtoriam huius libelli conſcriberem, me commoverunt. Non plane certe ab omni re abeſſe viſum eſt argumentum, quod Fautoribus & Amicis, quibus idem ſtudium, idemque litteris inſerviendi, nullo alias intercedente conſuetudinis vinculo, me iunxit ardor, transmittere auderem. Graves me, ut hoc facerem, ſonticaeque moverunt cauſae; quarum gravisſima eſt, ut Fautoribus omni, qua par eſt, obſervantia colendis, pro loco obſervatiunculis meis qualibuscunque benevole in Bibliotheca conceſſo publicas referrem grates. Accedit altera, ut, quae

ad hiſtoriam *Bruniani* faciunt libri, lectoribus in memoriam revocarem; & denique ut iis, qui fata libri huius ignorant, eamque ob cauſam litteras iſtas ſupra *a*) cum orbe erudito communicatas, haud commode in uſus ſuos convertere poſſunt, aliquo modo ſubvenirem. Fore autem ut Editores Celeberrimi, & huic obſervatiunculae, pro amore, quo me hominem alias ipſis ignotum ſunt proſequuti, aliquas concedant pagellas, non ſpero ſolum, ſed & confido.

Cl. quidem D. CLEMENT, Vir cui hiſtoria litteraria, & inprimis librorum rariorum notitia permultum debet, nuper abunde & ſatis circumſpecte de hoc libro *Bruni* rarisſimo egit *b*). Et ita quidem de illo egit, ut tum in errores aliorum animadverteret, tum meliora doceret, tum denique ſingula argumentis haud ficulneis evinceret. Verum praeſtantisſima huius longe celeberrimi Viri bibliotheca curioſa, non eius eſt pretii, ut omnium in manus pervenire posſit. Non cuiusvis eſt Bibliophili, ſoli hiſtoriae librorum rariorum ſat grave impendere expenſum. Liceat itaque mihi nonnulla ex hoc libro ſplendido & ſumptuoſo non ubivis obvio delibare, & in communem convertere uſum; liceat mihi nonnulla addere, quae fortas-

a) Vol. VII. p. 145 ſ.

b) Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critic. Tom. V. pag. 502.

fortassis cl. CLEMENTI non fuere ignota, sed quae, ne nimis spatii unico tribueret libro, prudenti consilio intacta reliquisse videtur. Quo vero singula ordine prosequar concinno, primo de editione libri *italica*, & deinde de *anglica* a IO. TOLANDO confecta versione mihi erit agendum.

Italica editio sequenti ornata est rubro: *Spaccio de la bestia trionfante, proposto da Giove, effettuato dal conseglo, revelato da Mercurio, recitato da Sophia, udito da Saulino, registrato dal Nolano. Diviso in tre Dialogi, subdivisi in tre parti. Consecrato al molto illustre & excellente Cavalliero Sig. Philippo Sidneo. Stampato in Parigi MDLXXXIIII.* h. e.: Ejectio bestiae triumphantis, proposita a Jove, effecta a consilio, revelata per Mercurium, recitata a Sophia, audita per Saulinum, registrata per *Nolanum.* Divisa in tres dialogos in tres partes subdivisos. Illustri & Excellenti Equiti Domino *Philippo Sidneo* dicata. Impressa *Parisiis.* Epistolae praeliminares 30, opusculum ipsum 261. paginas complet plagula octifariam complicata. Quae de hac editione dicenda sunt, tum auctorem, tum locum impressionis, tum ipsum tractationis argumentum concernunt.

Sunt omnino qui negant, hunc librum esse IORDANI BRVNI *Nolani* foetum. Cl. BRVCKERVS in hanc abit sententiam *e*).

e) Hist. crit. phil. Tom. IV. P. II. p. 61.

Verum quae contrarium suadent, sunt sequentia. In ipso libri titulo *Brunus* quidem nomen non expressit suum, sed patriam, *Nolanum* se appellando, indicavit. Moris id erat auctori, ut opellas ederet, alias integro adscripto nomine, alias plane ἀνονυμως. In hac opella nomine *Nolano* usus est, amicis quibus opusculum destinarat, tunc temporis notissimo; nec alio nomine usus est in praefatione opellae *Cena delle Ceneri* eodem anno, eodemque loco editae, nec non iisdem amicis destinatae, praemissa. Accedit epistola huic operi praemissa, qua fabulam, quam cecinit, explicat; in qua se *Giordanum* appellat. Hinc *Giordanum Nolanum* habemus auctorem. At quis quaeso alius est *Giordanus Nolanus*, quam *Brunus* iste, cui nomen utrumque competit. Testimonia denique virorum dignissimorum, BAELII, LACROZII, BVDDEI, REIMMANNI, VOGTII, NICERONII, nec non ipsius TOLANDI idem confirmant.

Quod ad vitam auctoris attinet, singularem de *Jordano Bruno* edidit CAROL. STEPH. IORDANVS, Regis Borussorum Consiliarius intimus, Disquisitionem *d*), quae vero haud omnibus est absoluta numeris, nec exspectationi eruditorum satisfacere videtur, cum quindecim tantum huius viri recenseat scri-

d) Primislavii. 8.

ſcripta, quorum longe plura a cl. VOGTIO *e*) & cl. CLEMENTE *f*) enumerantur. Plura melioraque de illo dedit NICERONIVS *g*). Vani & novaturientis ingenii homo circa medium ſeculi XVI *Nolae*, urbe *Neapolitana* natus, habitum vilem *Dominicanorum* ordini ſacrum primo gesſit. Sed oppugnato tunc ubivis locorum regnante *Ariſtotele*, caſtra Proteſtantium ſequuturus, *Italia* relicta *Genevam* abiit. Turbulentiſſimum vero hominis ingenium & hic ſumma imis miſcere, lites, rixas contentiones alere coepit. Dimiſſus itaque ex hac urbe *Lugdunum* in *Gallia*, dein *Toloſam* petiit, atque *Lutetiæ Pariſiorum* philoſophiam circa annum MDLXXXII, docuit. Bellum quod ſemel *Ariſtoteli* indixerat, vita ſecura hic loci frui, haud ei permiſit. Locum itaque iterum mutavit, & in *Angliam* iter fecit. In aula Reginae ELISABETHAE tunc temporis *Galliae* Regis legati vices gerebat MICH. CASTELNOVANVS *h*). Hunc adiit, hunc patronum, protectoremque invenit, atque

 hoc

e) Catalog. hiſt. crit. libr. rar. p. 145-152.

f) l. c. p. 290-329.

g) Memoires pour ſervir a l'hiſtoire des hommes illuſtr. Tom. XVII. p. 211. & Tom. XIII. p. 102. verſionis german. Adde PETR. BAYLE Diction. Tom. I. Art. *Brun*.

h) MICHEL de CASTELNAV Seigneur de la *Mauviſſiere*.

hoc mediatore intimam cum PHILIP. SIDNEO conciliavit amicitiam. Ex *Anglia* rediens *Wittebergam* venit MDLXXXVI, bienniοque peracto publica habita oratione valedictoria, *Pragam* se contulit, qua urbe relicta, *Brunsvigum* venit, atque ibi Principem HENRICVM IVLIVM protectorem invenit. Paulo post MDLXXXXI *Francofurtum* iter fecit, atque exinde in *Italiam* infelix novator rediit. Vix patriam salutarat, cum sagaces haereticae pravitatis Inquisitores illum detectum & deprehensum, in vincula conjicerent. Diu vinculis constrictus *Romam* mittebatur, ubi MDC die XVII. Februarii, ut moris erat, rogo impositus, igne ustulatus, vitae finem fecit. Sunt qui de morte ipsius dubitant, neque eum tam stolidum credere volunt, ut in *Italiam* redire ausus sit. Verum GASPAR SCIOPPIVS, mordax illius aevi scriptor, oculatus mortis ejus fuit testis, & relationem de exitu ejus ad RITTERHVSIVM transmisit *i*). SCIOPPIVM quidem homi-

i) Prima vice prodiit haec SCIOPPII epistola, in libro, cui titulus: *Machiavellizatio*, qua unitorum animos dissociare nitentibus respondetur MDCXI, 4. B. G. STRVVIVS postea eandem actis literariis fasc. V. p. 69. inseruit. In *Collection of several Pieces of Mr. John Toland* exstat Tom. I. p. 304. Epistola ad L. B. de HOHENDORF, de genere, loco & tempore mortis *Jordani Bruni* Nolani, cui epistolae SCIOPPII epistola inserta est.

hominem non optimae fidei esse, nunquam negaverim. Sed eum & hac relatione *Ritterbusium* fallere voluisse mihi persuadere haud possum. Non solam itaque, ut sibi persvasit GOETZIVS *k*) *Nolani* flammis ultricibus datam fuisse effigiem censeo.

De vera mortis ipsius causa, utrum ut Lutheranus, an ut Atheus perierit *Brunus*, disputarunt inter sese cl. HEVMANNVS & la CROZIVS *l*). Posteriori posterius placuit. Sed quid de causa mortis disputabimus? Dominicanus ad Protestantes secesserat, *Aristotelem* vellicarat, Papam lacessiverat, portentosarumque opinionum non solum suspectus sed & convictus erat. Quid inde? Morsne eum apud *Romanos* manere debebat? Quid gravius peccare potuisset, quam ordinem sacrum vestesque sacras dejicere, ipsumque Ecclesiae caput ludibrio exponere?

Redeamus nunc ad librum, de quo nobis est sermo, famosissimum. Locum impressionis libri titulus procul dubio mentitur. Cum

E 5 enim

k) Merckwürdigkeiten der Königlichen Bibliothek zu Dresden. Vol. I. p. 371.

l) LACROZIVS *Brunum* Atheismi accusavit in Entretiens sur divers sujets p. 326. Contrarium statuit HEVMANNVS Gottingensium Professor dignissimus in Actis philosoph. Respondit ipsi LACROZIVS in Epistola, quae exstat in Thesauro Epist. Lacroz. Tom. III. p. 138. quae ipsi HEVMANNVS regessit leguntur eodem thesauro Tom. I. p. 153.

enim librum in vulgus emitteret, non *Parisiis*, ſed *Londini* apud *Caſtelnovanum* & *Sidneum* habitabat *Brunus*. Plures ibidem edidit tractatus, quorum alii vel nullum, vel fictitium in fronte gerunt impresſionis locum. *Londini* itaque eum hunc libellum typis exſcribi curaſſe, ex hiſce aliisque argumentis, inprimis chronologicis colligit AVG. BAYERVS *m*) & poſt eum cl. CLEMENT *n*). Latere enim, quam palam in vulgus prodire maluit BRVNVS. Hinc quo tutius lateret, locum libellorum ſuorum natalem celare ſtuduit.

Argumentum denique libri quod attinet, ſunt qui BRVNVM, potisſimum quia hunc conſcripſit libellum, Atheis annumerant. Nemo id apertius poſt IOH. HENR. VRSINVM *o*) fecit, quam M. V. La CROZE *p*) cum quo ex aſſe conſentit A. BAYERVS *q*). Verum mallem cum iis ſentire, qui ſecus ſtatuunt, quorum permultos laudat I. F. REIMMANNVS *r*) & BRVNVM ab Atheiſmi labe liberant. Iudice BAYLIO *s*) liber ſyſtema continet morale pesſime digeſtum.

m) Memor. hiſt. crit. libr. rar. p. 219 ſeq.
n) l. c. p. 307.
o) Exercitat. de Zoroaſtre Bactriano, Hermete Trismegiſto p. 4. proem.
p) loco citato. *q*) loc. cit
r) Hiſt. Atheiſmi univ. c. 4. p. 374.
s) loc. cit. Not. D.

ſtum. Quodſi mihi poſt tantos viros liceret, de libro iſto, cuius *anglicanam* legi verſionem, ferre judicium, idem cum BAYLIO dicerem. Multa certe vana, jejuna, portentoſa, immatura, ſales inſulſi, atque deliria inſunt libro hominis, qui ſolus ſapere ſibi viſus eſt; vanum profanumque multis in locis prodidit animum. Vitia flagitiaque hominum debellare auſus eſt incomtus inſulſusque debellator, qui vix ac ne vix quidem a vitiis ſibi ipſi cavere potuit. Sed eum omnem religionem ridere, Atheiſmum propugnare, Deum cum mundo commiſcere, atque cum SPINOSA ſentire, aſſerere nunquam auderem. Verum, quod lubens profiteor, in verſione *anglicana* nonnulla deprehendi, quae ab homine irreligioſo, & revelatae veritatis inimico profecta eſſe, & ipſum TOLANDI ſyſtema ſapere videbantur. Vereor itaque, ut interpres, qui hunc librum pro peſtilentisſimo *de Tribus Impoſtoribus* libro habuit, optima fide egerit. Fortasſis abſtruſisſimis & confuſis indigeſtisque BRVNI imaginationibus duriora quaedam de ſuis immiſcuit opinionibus, atque ita, ut liber BRVNI talis fieret, qualem eſſe voluit, effecit. Quae quidem ſuſpicio utrum vera an falſa ſit, ii qui *anglicanum* cum *italico* exemplo, quod utrumque in Bibliotheca Regia Dresdenſi exſtat, conferre poſſunt, dijudicabunt.

Nec

Nec obſtat cl. LACROZIVM *Brunum* Atheismi accuſare. Quemadmodum enim ex epiſtola ad Ill. de BESSER *t*) apparet, & librum ipſum non legit, ſed tantummodo inſpexit, & TOLANDI judicium tantum ſequutus eſt. Cum enim TOLANDVS in itinere, quod *Hannovera Berolinum* fecit, LACROZIVM in Bibliotheca Regia inveniret, ei opiniones BRVNI, & ita quidem, ut ſibi illas imaginabatur, expoſuit. Huic relationi fidem dedit LACROZIVS, atque hoc modo deceptus, BRVNVM Atheorum albo inſeruit. Plura de libri argumento addere plane ſuperfluum foret, cum Ill. de BESSER epiſtola genuine & ſincere ſatis id lectoribus ante oculos ponat *u*).

Verſio Anglicana hujus libri duplici ornata eſt titulo. Exemplum bibliothecae Regiae Dresdenſis hanc habet ἐπιγραφήν: *Spaccio della beſtia trionfante. Or the expulſion of the triumphant Beaſt. Translated from the Italian of Jordano Bruno. London printed in the Year* 1713. 8. maj. pag. 280. Alterum titulum exhibet cl. CLEMENT *x*): *The Expulſion of the triumphant Beaſt. Translated from Jordano Bruno's ſpaccio della Beſtia Triomfante. London.* 1713. Auctorem agnoſcit verſio IOH. TOLANDVM, hominem tum in *Anglia*

t) v. Vol. VII. huius Biblioth. p. 154.

u) ibid. p. 146.

x) l. c. p. 311. not. 97.

glia, tum apud exteros, per portentosas & irreligiosas opiniones notissimum, cuius vitam exposuit immortalis, orbi erudito & ecclesiae nimis cito ereptus illustr. MOSHEMIVS *y*). Vnanimi consensu virorum, quorum magna est in re litteraria auctoritas, TOLANDO tribuitur versio anglicana *z*). Nec obstat auctorem anonymum vitae TOLANDI *a*), silentio plane praeterire hanc versionem, cum singula *Tolandi* opuscula ordine chronologico disponat. Huius enim silentium non indubium est testimonium. Persuaserat sibi *Tolandus*, hunc librum *Bruni* esse pestilentissimum illum foetum, de quo plures loquuntur, sed nemo unquam vidit, legit, aut manibus tractavit *b*). Annunciarat hoc amicis, & quo hi legerent, quae legi volebat, operam suam eo impenderat, ut librum in anglicum transfunderet. Dicendum itaque fuisset auctori anonymo, *Tolandum* librum *de T. I.* anglica versione edidisse. Sed ne

y) In commentatione de vita fatis & scriptis IOAN. TOLANDI, praemissa vindiciis antiquae Christianorum disciplinae. Hamb. MDCCXXII. 8.

z) Vid. testes apud CLEMENTEM l. c. n. 97.

a) Praemissa libro cui titulus: *Collection of several Pieces of Iohn Toland.* Lond. MDCCXXVI. 8maj. Vol. I.

b) Novissime de pessimo impostorum hoc foetu actum est in *Brem und Verdische Biblioth.* Vol. I. Fortassis sequenti Volumine de eodem libro observatiuncula quaedam cum eruditis communicabitur.

ne hoc ei dicendum esset, rem integram intactam indelibatamque reliquit. Silet itaque, ne quae non vult, dicere eum oporteat. TOLANDVS vero ne liber vilesceret, pauca tantum exemplaria typis exscribi curavit, nec exscripta publice venalia exposuit, sed ingenti pretio, ut aliquid lucri faceret, divendidit. Non integrum opusculum *Brunianum anglice* edidit TOLANDVS. Cum enim videret, neminem fore, qui hunc librum pro famoso ilio libro *de T. I.* habiturus sit, si epistolam illam explicatoriam, quam *Brunus* operi praemisit, legerit: hanc epistolam omisit, atque ita truncum mutilumque opus, ut lectoribus fumum venderet, in publicum emisit veterator.

Adhaeret quibusdam exemplis, iis nimirum, qui, quem primo dedimus, titulum habent, observante cl. CLEMENTE c) schediasma aliud sub rubro: *A letter from an Arabian Physician, to a famous Professor in the University of Hall in Saxony, concerning Mahomets taking up Arms, his marrying of many Wives, his Keeping of Concubines, and his Paradise;* pag. 15. Revocat mihi hoc in animum ANT. COLLINVM, virum inter libere sentientes facile principem, & inter incredulos heroem *Tolando* ὁμοδοξον & consuetudine cum illo intima junctum: cui & *Tolandus* librum ali-

c) loc. cit. not. 97.

aliquem inscripsit *d*). Ediderat COLLINVS A. MDCCXIII. Discursum de libertate sentiendi *e*). Talem se iam antea edito MDCCX libello *f*) probaverat, ut discursus de libertate sentiendi commode ab illo exspectari posset. Sed nemo de *Collino*, qui huncce suum foetum mox sequenti anno gallica veste *Hagae Comitum* prodire curaverat, omnes de *Tolando* cogitabant, eumque & huius libri auctorem credebant. Cum in Anglia ita sentirent eruditi, & nostrates idem judicabant. Hinc Actorum eruditorum auctores *g*) GVNDLINGIVS *h*), DEYLINGIVS *i*) aliique eidem eundem librum tribuunt auctori. Quo vero ex fonte suspicio conjecturaque ista originem traxerit, ut mihi quidem scire licet, hactenus observavit nemo. Rationem fortassis reddere possumus. Epistolam illam, quae versioni *anglicanae* libri *Bruniani* a *Tolando* confectae adhaeret, & procul dubio a *Tolando* ipso est conscripta, *Collinus* gallica civitate donatam sequenti anno versioni gallicae discursus sui, cuius versionis ipse *Collinus* auctor est, adjunxerat, & in ipsa libri fronte

e) A Discourse of Free-thinking, occasion'd by the Rise and Growth of a sect call'd Free-Thinkers. Lond. MDCCXIII. 8.

f) Priestcraft in Perfection: or a detection of the Fraud &c. Lond. MDCCX. 8.

g) A. MDCCXIIII, p. 224-312.

h) Philosoph. Disc. Tom. II. c. XIII. p. 416.

i) Observat. sacr, part. III. p. 315.

fronte lectoribus hanc epiſtolam annunciarat *k*). *Tolandum* edidiſſe hancce epiſtolam, rumor jam exierat. Quid quaeſo inde provenire poterat, quam univerſalis ſuſpicio, librum eundem, qui huius epiſtolae *gallicam* verſionem adjunctam haberet, ejusdem *Tolandi* eſſe foetum? Hinc ut aliquid certi elicerent ii, quorum erat in rem inquirere, typographum *Anglicanum*, qui Diſcurſum typis exſcripſerat, in judicium vocarunt, atque ita ſevero inſtituto examine, tandem non *Tolandum* ſed *Collinum* eſſe huius Diſcurſus auctorem, eſt comprobatum.

Verum ſufficiant haec, quamvis ſint parum limata, de *Jordani Bruni* libro omnium rariſſimo. De nonnullis aliis ejusdem auctoris ſcriptis, quae inprimis ſyſtema ejus philoſophicum concernunt, bono cum Deo alio tempore plura ſumus daturi.

k) Diſcours ſur la liberté de penſer . . . augmenté d'une lettre d'un Medecin Arabe. A Londres MDCCXIV. 8.



IV.



IV.

IO. DIETER. WINCKLERI,

Theol. Doctoris & Ecclesiarum Hildesiensium Superintendentis,

Modesta Animadversio

ad enarrationem vitae

beati IOANNIS WINCKLERI,

Rever. Ministerii olim Senioris & Pastoris ad D. Michaelis Hamburgensis,

in cel. *Christiani Gottlieb Joecheri* universali Eruditorum Lexico, Vol. IV. p. 2008 sq. obviam.

---

§. I.

Insignis esse utilitatis ac praestantiae opus, quod, *allgemeines Gelehrten-Lexicon* inscriptum, quatuor voluminibus in forma quadruplicata majori constans, Lipsiae annis MDCCL & MDCCLI. luci publicae celeberrimus CHRISTIANVS GOTTLIEB JOECHERVS, meritissimus istius almae doctor, exposuit, fatentur uno ore omnes, qui de rebus ad literariam rempublicam pertinentibus digne judicare valent. Ingrati proinde animi crimen non posset non incurrere, qui operam haud levioris momenti, concinnando

F

nando operi tam vaſto tamque amplo a viro hoc laudatisſimoimpenſam, decenti minus encomio excipere ſive remunerari dememiniſſe videretur. Neque tamen dubio caret, in adornando iſto *eruditorum lexico* neceſſario ſocios laboris iungere ſibi ac arceſſere debuiſſe celeberrimum JOECHERVM, cum tam diffuſo operi conſarcinando neutiquam par dicenda ſit unius viri, quamvis laborioſisſimi & in ejusmodi negotiis doctis verſatisſimi, induſtria ac vis ſeu ſtudium. Quod auxilii literarii genus cum parare ſibi neceſſe haberet vir doctisſimus, fieri hinc facile potuit, ut humani quid admiſerint errorisque haud liberi ubivis evaſerint, qui ad juvandum inſtitutum *Joecherianum* accedere ab ipſo iusſi ſunt. Nata inde larga fuit variis viris doctis anſa, ſive corrigendi, ſive ſupplendi *univerſale* illud *eruditorum lexicon*, vel in ephemeridibus literariis, vel in ſeorſim publicatis ſcriptis, denuo ſuccurrere perficiendo laudato huic operi geſtientibus, quorum poſteriorum ERNESTI CHRISTIANI HAVBERI (1) & rev. IOAN. GOTTLOB WILH. DVNCKELII (2) praeſertim celebrantur ſymbolae.

§. II.

(1) *Beytrag zum Joecherſchen Gelehrten-Lexicon*, Hafniae & Lipſiae 1753. 8.

(2) *Hiſtoriſch-critiſche Nachrichten von verſtorbenen Gelehrten und deren Schrifften* &c. Huius operis primum

§. II.

Duumviris his eruditis, ut & aliis, quemadmodum vitio non datum fuit tale emendandi communis utilitatis opus conamen: ita mihi nec timendam fore censuram haud faventem spero; dum simile quid modeste monere in animum induxi, errorem quendam emendaturus, quem in novissima hac *eruditorum lexici* editione commissum deprehendi. Occurrit iste error in enarratione vitae beati avi mei, IOANNIS WINCKLERI, Hamburgensis quondam sacri Ordinis Senioris & ad aedem divi Michaelis Pastoris meritissimi, quae in citati *universalis eruditorum lexici parte IV. pag.* 2008 *sequ.* excerpta legitur. Dum ibidem *pag.* 2008. variorum munerum sacrorum, quibus cum laude functus avus meus fuit, mentio injicitur, inter alia narratur, ipsum an. MDCLXXVI. aulae Hasso-Darmstadensis constitutum esse ecclesiasten & consistorii assessorem, *post duorum* vero *annorum decursum Pietismi ergo datam ipsi missionem fuisse*, &c. Nullus nego, turbatum memet ferme esse, haec legentem, cum in antecedentibus *eruditorum lexici* editionibus hujus rei nihil mihi umquam sese obtulisse putarem. Postremam statim consulens

primum volumen absolutum Auctor dedit, secundi pariter particulas aliquot prodire iussit, porro illud continuaturus.

ſulens operis illius editionem, quae in forma octuplicata anno MDCCXXXIII. a celeberrimo JOECHERO Lipſiae pariter publici juris facta eſt, neque hujus *tom.II.pag.* 1897. quicquam deprehendo hujus generis relatum. Tribus namque verbis, octuplici vice beatum IOANNEM WINCKLERVM ſacris muneribus variis initiatum eſſe, Hamburgum demum delatum, ibidem narratur. In his tamen nondum acquieſcens, fontes quoque evolvo, ad finem vitae beati avi mei in citato *univerſali eruditorum lexico, part. IV. pag.* 2009. pro more ſolito allegatos. HENRICI ſcilicet PIPPINGII *memorias theologorum, pag.* 1625 *ſeqq.* & IOANNIS MOLLERI *Cimbriam literatam, tom. II. p.* 990 *ſeqq.* addens iisdem alios, in quibus praeterea vita ſcriptaque avi beati exſtant enarrata, libros, nimirum *Nova Literaria Germaniae, anni MDCCV. pag.* 196 *ſeqq. das groſſe Univerſal-Lexicon, tom. LVII. pag.* 516 *ſeqq.* IO. ALBERTI FABRICII *memorias Hamburgenſes, vol. III. pag.* 351. *ſeqq.* & *die unpartheyiſche Kirchen-Hiſtorie, part. II. pag.* 547 *ſequ.* (3) In ſingulis vero his de avo meo, Darmſtadii dimiſſo, nec volam exſtare video, nec veſtigium.

(3) Silentio alios fontes praetereo, in quibus & de vita ſcriptisque beati avi notitia ſuppeditatur, in *dem groſſen Univerſal-Lexico, loc. cit. pag.* 525 *ſequ.* allegatos.

gium. Mirum me non potuit non habere, tale quid in *Joecheriani* operis *novissima editione* avo meo beato accidisse, ut vitae ipsius descriptio paulo quidem longior evadere(4) jussa, at eidem additum quid fuerit, in prioribus editionibus haud obvium & in ipsius manes injurium. Erroris ergo huius quod mentionem ego faciam, honori beati avi mei consulens, vitio mihi nemo vertet, nec in malam partem celeberrimus JOECHERVS accipiet. Abest namque tantum, ut viro huic optimo tribuam id, ut potius eorum, quos in societatem laboris vocavit, quendam errorem istum citra animum injuriandi commisisse, persuasum habeam. Nec decedit inde quid pretio honorique, operi ipsi *Joecheriano* statuendo, cum in ejusmodi minutiis biographicis errare facillimum, indicare autem hujus generis errores pariter necesse sit.

§. III.

Duplici argumento, erroneum esse assertum illud supradictum, demonstrare mihi licebit, altero ex scriptore quodam fide digno desumto, altero ex documentis variis anec-

(4) Legitur quippe in *dem allgemeinen Gelehrten-Lexico*, *loc. cit.* de avo meo beatae memoriae paulo amplior relatio, quae in *dem compendieusen Gelehrten-Lexico* (hoc rubro gaudent priores editiones) occurrit brevior.

anecdotis, quae ego quidem posſideo, petito. Scriptor fide dignus, ad quem primo loco provoco, laudatus IOANNES MOLLERVS eſt, ſcholae Flensburgenſis olim Rector meritisſimus, vir omnis hiſtoriae, praeprimis literariae, peritiſſimus. Inter reliquos biographos, qui vitam beati avi mei recenſuerunt, nemo majori cura & ſtudio in enarranda iſta verſatus fuit MOLLERO hoc. Legitur illa inſerta *Tomo ſecundo* ipſius *Cimbriae literatae*, *pag.* 990 - 1004. indicatis ubivis in adjectis ſub finem ſingularum paginarum fontibus, ex quibus hiſtoricam ſuam narrationem hauſit auctor praeſtantisſimus. Commemorat is *loc. cit. p.* 991. fatum, quod in officio ſuo Darmſtadienſi expertus avus meus eſt, adverſum his verbis: *Officio hoc Darmſtadii fungens aulico, Phil. Iac. Speneri, urbis tunc Francofurtanae vicinae Antiſtitis, exemplo, & auditorum quorundam poſtulatu, collegia pietatis coepit aperire practica, a Wilh. Chriſtoph. Kriegsmanno, Principis ſui Conſiliario, libello* de ſymphoneſi Chriſtianorum *peculiari, A.*1677. *in lucem edito, & per noſtrum deinceps, cum ex aula jam diſcesſiſſet, publice defenſo, commendata. Quae cum D. Balth. Mentzero, juniori, Protecclesiaſtae aulico, cujus ſumma erat apud Principem autoritas, & quocum Wincklero affinitas ob uxorem intercedebat, haud arriderent, illius inſtinctu his noſtro, per Principem (alieniorem etiam ab illo,*

ob

ob παῤῥησίαν in sermonibus sacris, jam redditum) est interdictum, symphoneseos *Kriegsmanni (non multo post dimissi) exempla a bibliopolis redemta ac suppressa, judiciumque vicissim Mentzeri de collegiis hujusmodi iniquius ἀνέκδοτον Darmstadii aliisque in locis sparsum, compluribus* (5). *Hoc rerum statu Wincklerus, se Principis pariter, atque affinis Mentzeri excidisse gratia, multaque suis veram pietatis praxin & Christianismi degeneris emendationem in aula promovendi conatibus impedimenta objici cernens, commodam illi valedicendi desiderare coepit occasionem, oblatamque A.* 1678. *cupide arripuit. Verbis illa a Phil. Iac. Spenero* (6) *enarratur sequentibus :* M. Wincklerus, cujus „uxor D. Mentzerum proavunculum habet, „hactenus Darmstattinus Concionator aulicus, ab aliquot annis zelo pietatem ursit, „ut est omnibus illis praeclare coelitus in„structus, quae fidelem ministrum ecclesiae

F 4 „de-

(5) V. WINCKLERI ipsius *epistolam pro Collegiis pietatis, contra Phil. Lud. Hanneckenium*, Germanicam, An. 1690. editam, PHIL. IAC. SPENERI *Erzehlung, was wegen des Pietismi vorgegangen*, §. 23. *pag.* 47 *seqq. Consilia theologica Latina, Part. III. pag.* 256. 278. 495. & *erstere theologische Bedencken, Part. III. pag.* 322 *sequ.* ac IO. FRANCISCI BVDDEI *Erzehlung, was zwischen den Pietisten und andern Theologis sey vorgegangen*, §. 19. *seq. pag.* 27. *sequ.*

(6) In *Epist. ad amicum, Parte III. Consiliorum Theolog. Lat. pag.* 495.

„decent, ejusque officium reddere possunt „foecundum. Quod vero non posset molimina affinis sui & Superintendentis approbare atque illis çooperari, dum nostram „coleret amicitiam, Kriegsmanni etiam patrocinium susciperet, istius omnem pene „gratiam decoxit; cumque defunctus Princeps (*Ludovicus VI. Landgravius Hasso-Darmstattinus, A.* 1678. *mortuus*) etiam aliquoties „parrhesia ejus in concionibus esset offensus, facile praevidit, diu se in munere hoc „suo non toleratum iri. Cum nuper reformatio aulica institueretur, non obscure „voces auditae sunt, etiam ab iis, qui autoritate pollebant, Wincklerum eandem „manere sortem. Proxime vero D. M. (*Mentzerus*) cum rogatus esset aliquem Amstelodamensibus commendare Ecclesiasten, „hunc suum, ad se vocatum, monuit, ut, „quid sibi faciendum esset, sedulo expenderet, quando gratia auditorum excidisset, „annon praestaret alibi ecclesiae servire. „Demum ei commendatitias ad Amstelodamenses in manus dedit. Itineri accinctum „seren. Elector Palatinus ad se vocavit, & „templo novo, quod Manhemii exstruxit, „in quo nostris sacris etiam esse debet locus, „Pastorem ipsum constituit; quo nunc, „heri per literas dimissione sua a Principe, „(*Ludovico VII. sexti filio*) qui in itinere, ad „nuptias celebrandas suscepto, Gothae pe-

„ricu-

„riculose decumbere narratur, impetrata, „proxime se conferet.“ *Gemina his idem Spenerus, in epistolis duabus, ad D. Christianum Kortholtum* (7), *unaque ad Ioh. Wilh. Petraeum* (8), *mens. Sept. & Octobr. A.* 1678. *exaratis, retulit, & in ultima, Ludovico VII. quadrimestri post parentem, in itinere extincto nuptiali, Mentzerique autoritate obitu illius imminuta, Elisabetham Dorotheam Saxo-Gothanam, Ludovici VI. viduam, ditionis Hasso-Darmstattinae regimine potitam vicario, aegerrime nostri tulisse discessum, hisce verbis indicavit:* “Mentzerus neutiquam videri vult causam de- „disse Winckiero stationem mutandi, sed „propria sponte & taedio eum aliam elegisse. „Verum enimvero, nisi jam Darmstatto reces- „sisset, sub reditum suum Principis vidua, pe- „nes quam administratio nunc est, virum „numquam dimissura fuisset, & nunc quoque „magno ejus tenetur desiderio.“ *Patet hinc, quam parum fidei mereantur narrationes, & Anonymi Autoris* der *Pietisti*schen Erzehlung, *A.* 1690. *in Hassia editae, illum Darmstadio, ob Pietismum, quem introducere frustra tentarat, abiisse tradentis* (9), *& Ecclesiastarum Hamburgensium, eum, cum conventicula privata scandalosa*

(7) *Ibidem Parte III. pag.* 242. 278.

(8) *Parte I. eorundem Consiliorum, p.* 366 *sequ.* Conf. ejusdem *Erzehlung vom Pietismo*, §. 23. *p* 49.

(9) V. *Narrationem* illam, in *Actis Pietisticis, num.* 20 Francofurti A. 1691, recusam, p. 9.

dalosa instituisset, invitum officio aulico se abdicare esse coactum, Mentzerum promotorem atque affinem a se abalienasse, & dimissionis Kriegsmanni, parastatae sui, causam itidem exstitisse, A. 1694. *criminatorum* (10). *Quibus ab ipso* (11) *verior mox de spontanea sua abdicatione relatio, cum Speneriana congruens, est opposita, nec multo post* (12) *perillustri Ernesti Ludovici, Principis Hasso-Darmstattini novissimi, confirmata testimonio, A.* 1694. *d.* 23 *April. exarato. In quo noster Darmstadii numquam ἑτεροδοξίας fuisse suspectus, vitam egisse inculpatam, tandemque, non ob Collegia pietatis, sed suo ipsius postulatu, cum auditoribus aulicis sermone solemni valedixisset, esse dimissus perhibetur.* Hactenus MOLLERVS.

§. IV.

Abest ergo tantum, ut, quod in *universali Eruditorum Lexico* celeberrimi JOECHERI *loc. cit.* narratur, pro veritate historica haberi queat, ob Pietismum munere suo Darmstadino sacro orbatum beatum IOANNEM WINCKLERVM fuisse, ut contrarium potius

(10) In *der ersten Abfertigung Jo. Winckleri und Abr. Hinckelmanni, pag.* 28.

(11) In *der zugemüthefuhrung der schmählichen Schrifft des Hamburgischen Ministerii*, A. 1694. edita.

(12) *Parte I. der unrichtichen Sache D. Joh. Frid. Mayeri, pag.* 12.

tius ex relatione beati JOANNIS MOLLERI luce meridiana clarius pateat. Numquam certe, id si factum esset, concessa beato avo meo potestas fuisset, publice ex umbone sacro ecclesiae valedicendi. Numquam, ista si ratione Darmstadio cedere WINCKLERVS debuisset, honorifico adeo testimonio eundem dignatus fuisset Landgravius ERNESTVS LVDOVICVS piae memoriae. Cum vero bigae scriptorum eristicorum, a IO. MOLLERO allegatae, non in omnium manibus sint, licebit mihi excerpta sistere benevolo Lectori ex utroque scripto primaria duo innocentiae avitae fulcra, rem sincere & absque omni fuco comprobantia. Ita quippe ipse beatus JOAN. WINCKLERVS in scriptiuncula, tribus plagulis in forma quadruplicata constante, & Hamburgi anno MDCXCIV. sub titulo: *An die geheiligte Häupter, getreue Vorsteher und christliche Gemeinde zu S. Michaelis gerichtete Zugemüths-Führung der schmählichen Schrifft* &c. evulgata, *pag.* 22. calumnias adversariorum modeste refutans, de mutatione sua Darmstadensi scribit: *Falsch ist es, dass ich zu Darmstatt, nachdem ich die Privat-Zusammenkünffte angefangen, dadurch gross Aergerniss angerichtet, dass ich erwehlen muste, entweder alsobald Abschied zu suchen, oder ihn zu empfangen. Denn* 1) *habe ich daselbst keine Privat-Zusammenkünffte angefangen, sondern es besuchten mich drey Hoffbedienten,*

etwan

etwan drey oder viermahl, die mich über gewisse Stücke der heiligen Schrifft befragten; dieses wurde von den Argwöhnischen vor einen Convent gehalten, und da ichs erfuhr, bate ich diese Leute, nicht zusammen, sondern eintzeln nach Belieben zu mir zu kommen, und mich über göttliche Sachen zu fragen. 2) *Mit solchen Privat-Zusammenkünften, wie ich sie in meinen Schrifften angewiesen, und selber gehalten, werden keine gegebene Aergernisse angerichtet, wohl aber von den Vebelvvollenden genommen.* 3) *Von Darmstatt habe ich nicht weichen müssen der Privat-Zusammenkünfften wegen; Gott, der die Hertzen kennet, weiss am besten die Vrsach. Herr D. Mentzer schlug mir in dem Vorvvand der Liebe meine Verbesserung in Amsterdam für, dazu er mir helffen könte, ich nahm die Recommendation-Briefe dahin an, und begab mich auf die Reise, wurde aber von Churfürstl. Durchl. zu Pfaltz einlauffendes gnädiges Schreiben zurück nach Manheim zur Lutherischen Gemeine beruffen, welches ich auch annahm, darauf meine Erlassung zu Darmstadt suchte, und in Gnaden erhielte, also dass ich Zeit gnug hatte, meinen Abschied zu bevverckstelligen, und eine Valet-Predigt zu halten, wie auch geschehen, darüber sind noch Briefe vorhanden.*

§. V.

Alterum testimonium innocentiae avitae, ad quod MOLLERVS provocavit, est testi-

mo-

monium Landgravii ERNESTI LVDOVICI piae memoriae, die XXIII. Aprilis anni MDCXCIV. principali ſigillo munitum, cujus quidem ego originale exemplar poſſideo. Inſeri id beatus JOAN. WINCKLERVS curavit ſchediaſmati, duas plagulas in forma quadripartita implenti, & eodem anno MDCXCIV. ſub rubro: *Herrn D. Joh. Friederich Mayers, Paſtoris zu S. Jacobi, unrichtige Sache, denen evangeliſchen Chriſten - - - zu Gemüthe geführet von* JOHANN WINCKLERN, *Paſtore zu S. Michaelis*, luci publicae expoſito, *part. I. pag.* 12. En ipſum illud teſtimonium: *Nachdem bey dem Durchlauchteſten Fürſten und Herrn, Herrn Ernſt Ludwigen, Land-Grafen zu Heſſen, Fürſten zu Herſsfeld, Grafen zu Cazenelnbogen, Diez, Ziegenhain, Nidda, Schauenburg, Yſsenburg und Büdingen &c. der Würdige und Hochgelahrte, Johann Winckler, Paſtor der Kirchen zu S. Michael in Hamburg, umb ein glaubhafftes Teſtimonium ſeiner Lehr und Lebens halber, als lang er Fürſtl. Hofprediger in Darmſtadt gevveſen, unterthänigſt nachgeſuchet: Als vvird der Wahrheit zu Steuer hiermit atteſtiret, daſs ſeiner Orthodoxi halber kein Zweifel oder widriger Verdacht geweſen, derſelbe auch ſeinen Lebens-Wandel friedfertig und ohntadelhaft geführet, übrigens ſeine Dimiſsion auf freyvvilliges unterthänigſtes Anlangen, nicht aber der Privat-Zuſammenkünfften halber, ſo nicht continuiret, erhalten, und nach öffent-*

öffentlich abgelegter Valedictions-Predigt in der Fürstlichen Hoff-Capelle darauf in Fürstlichen Gnaden und allem Guten seinen Abschied genommen hat. Vrkundlich des hieran gedruckten Fürstlichen Secret-Insiegels. Datum den 23ten Aprilis 1694.

(*L. S.*)

§. VI.

Possent haec sufficere, cuilibet veritatis historicae amanti ut pateat, nihil neque beatum JOAN. MOLLERVM, neque me defendere in vindicando beati JOANNIS WINCKLERI honore, quod veritati ulla ratione repugnet. Sed ut fortius adhuc corroboretur, quod pro avi beati innocentia probanda post MOLLERVM ego iam in me suscepi demonstrandum, e re erit anecdota quaedam adjicere documenta, quae inter ceteras, ad vitam avi beati spectantes, schedas manuscriptas a me asservantur. Primum horum documentorum testimonium Consistorii Darmstadini est, mense Septembri anni MDCLXXVIII. beato WINCKLERO impertitum, cuius ego possideo exemplar, uti loqui amant, originale seu authenticum, ipso sigillo principali munitum. Verba illius testimonii ita sonant: *Wir die Fürstlich-Hessische zu den Consistorial-Sachen verordnete Geist- und weltliche Assessores, Richter und*

Räthe

Räthe zu Darmbstatt thun kund hiermit, demnach der gewesene Fürstl. Hessen-Darmstattische Hof-Prediger und Assessor beym Consistorio hierselbsten, der Würdige und Wohlgelehrte M. Joh. Winckler, verschiedentlich zu vernehmen gegeben, wasmassen Er nach Gottes Willen und ordentlichen Beruf sein Talent wohl anderswo anzuwenden nicht abgeneigt seye, dass Er darauf die Erlaubniss erlanget habe, seine verhoffende Verbesserung bey zuträglicher Gelegenheit zu suchen und eine anderweitige Stelle anzunehmen, und zwar dergestalt, im Fall es an einem oder anderen Orte darzu ihm Anleitung gegeben würde, und Er sich etlicher maasen einliesse; jedoch es Ihme hernach daselbst nicht anstehen möchte, dass er alsdenn nichts desto weniger einen als den andern Weg bey seiner hiesigen Function-Stelle und Bestallung verbleiben solle. Nachdem sich dann darauf zugetragen, dass von Sr. Churfürstl. Drchlt. zu Pfaltz Er naher Mannheim zum Pfarrer bey der Evangelischen Gemeinde daselbst in Gnaden vociret worden, und Ihme gefallen, solche Vocation anzunehmen, nicht weniger bey dem Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn LUDWIGEN, Landgrafen zu Hessen, Fürsten zu Hersfeld, Grafen zu Catzenelenbogen, Dietz, Ziegenhain, Widda, Schauwenburg, Ysenburg und Büdingen, &c. Unserm ohnlängst in Gott verschiedenen gnädigsten Fürsten und Herrn hochseligen Andenckens um gnädigste Erlassung unterthänigst in Schrifften angehalten, darbe-

darbeneben umb ſchleunige Beforderung ſeines Abſchiedes auch andervveit ſich angegeben; So hat nicht allein Er denſelbigen erhalten, und nach gehaltener Valet-Predigt, auch in derſelben öffentlich abgelegter Danckſagung gegen die hohe Fürſtliche Herrſchaft, ſo dann alle Geiſt- und Weltliche Miniſtros und Bediente vor alle Ihm erwieſene Gnad, Lieb und Guttbaten, ſeinen Abzug darauf von hier an Hand genommen, ſondern auch, vveilen Er deſſen allen von Vns beym Fürſtl. Conſiſtorio ein ſchrifftliches Zeugniſs begehret, man Ihme damit, vvie hiedurch geſchiehet, ohnſchvver vvillfahren und dabeneben Ihme alle erſprieſsliche Wohlfart nochmahlen anvvünſchen vvollen. Vrkundlich des hierauf gedruckten Fürſtl. Secrets. Datum Darmbſtatt, am 2. Septembris 1678.

(L. S.)

Johann Jacob Pettmann.

§. VII.

Satis ergo firmo talo niti patet demonſtrationem meam ſeu defenſionem beati avi, cuius honori teſtimonio tam honorifico ſynedrii ſacri Darmſtadini conſultum fuit, ut haudquaquam muneris ſui Darmſtadenſis dignitate exutus, ſed ſponte petitam miſſionem ſuam adeptus eſſe iudicandus ſit. Rei huius teſtem pariter ſiſtere poſſum epiſtolas binas, tum ad Sereniſſimam quondam Land-

gravii

gravii LVDOVICI VI. viduam, ELISABETHAM DOROTHEAM, piae memoriae, (cuius in JOANNIS MOLLERI ſupra §. III. allegatis verbis mentio fit) a beato IOANNE WINCKLERO die XVII. Septembris anni MDCLXXVIII. datas, tum ad has WINCKLERI literas divae ELISABETHAE DOROTHEAE, eiusdem anni die V. Octobris exaratas reſponſorias. En! beati WINCKLERI, cuius copiam ſervo, ipſa avi manu conſignatam, epiſtolam:

Durchlauchtigſte Fürſtin,
Gnädigſte Fürſtin und Frau.

Ob Ew. Fürſtl. Durchl. umb meine Mutation und deren wahrhafftigen Vrſachen gründliche Nachricht überkommen, iſt mir unbevvuſt, muſs mich aber beſorgen, daſs Ew. Fürſtl. Durchl. diejenigen, ſo daran ſchuld ſind, gantz anders vverden berichtet haben, als es für Gott und meinem Gevviſſen ſich befindet. Aber Gott, der Zeuge über alle Gedancken iſt, und erkennet alle Hertzen gevviſs, und höret alle Wort, der vveiſs es, daſs ich an ſolcher Verenderung, vvie mir Schuld gegeben vvird, nicht Vrſach gevveſen, der ich nechſt Gott keine gröſſere Freude auf der Welt hätte, als dem Fürſtl. Darmſtädtſchen Hauſe treue unterthänigſte Dienſte biſs in mein Grab zu leiſten. Ich habe dieſe Sache, ſo mir tieff zu Hertzen gangen, Gott befohlen, und

und desswegen will auch bey Ew. Fürstl. Durchl. meinen Hassern mit demüthigster Erzehlung des wahrhafftigen Verlauffs derselben nicht überlästig seyn. Gefällt es dem unbetrüglichen Zeugen im Himmel, so wird er selbst meine Sache ausführen und ans Licht bringen, dass ich meine Lust an seiner Gnade sehe. Unterdessen habe zu Ew. Fürstl. Durchl. die unterthänigste Zuversicht, dass selbige an meiner Verenderung kein Gefallen tragen, weil aus Ew. Fürstl. Durchl. Rede und gnädigst mir erzeigten grossen Wohlthaten niemahls anders schliessen können, als dass selbige meine Amts-Dienste unpassionirt nach der Schuldigkeit meines Gewissens, nicht aber nach der Welt-Gefälligkeit beurtheilet; desswegen ich mich auch schmertzlich bestraffe, dass Ew. Fürstl. Durchl. zuvor nicht alles, was mit mir fürgieng, unterthänigst hinterbracht, denn so würde es verhoffentlich viel anders ergangen seyn. Aber es ist geschehen. Was Gott darunter suchet, weiss er am besten. Ich wiederhohle gegen Ew. Fürstl. Durchl. meine in öffentlicher Valet-Predigt unterthänigst gethane Dancksagung für alle Hochfürstl. Gnade und Wohlthaten, und nahmentlich bedancke ich mich demüthigst, dass selbige durch dero Fuhren meine Mobilia biss nach Germersheim abzuführen gnädigst verordnet, werde gegen Ew. Fürstl. Durchl. bey dieser Verenderung meine unterthänigste Treue nicht endern, sondern, wie zuvor, unablässig meinen Gott anruffen, dass Er Ew.

Fürstl.

Fürstl. Durchl. und dero Fürstl. Kinder mit allem himlischen, Fürstl. zeitlichen und ewigen Segen allervergnügtst überschütten und beseligen wolle. Nachdem auch die gütige Schickung Gottes die Weissagung Dero hochgeliebten Herrn Gemahls, hochsel. Andenckens, erfüllet, und die Fürstl. Regierung auf Dero ältern Printzen, und biss zu dessen Volljährigkeit auf Ew. Fürstl. Durchl. gebracht, so wünsche zu solcher angetretenen Regierung Gottes starcken Beystand, vollkommenes Glück und Segen, dass Ew. Durchl. dem Fürstl. Hause in erwünschter Gesundheit, Fried und allem Fürstl. Wohlergehen zu Gottes Ehren, des Fürstl. Hauses grossen Aufnahm und aller getreuen Unterthanen Vergnügen vorstehen, und den Fürstl. Erb-Printzen, meinen gnädigsten Fürsten und Herrn, benebst den andern liebsten Fürstl. Kindern, so wohl erziehen mögen, dass dermahleins an dem Durchl. Erb-Printzen und allen Fürstl. Kindern das gantze Land ein hertzliches Wohlgefallen, und Gott in seiner Kirche eine veste Seule, Ew. Furstl. Durchl. allergnädigstes Wohlgefallen, das Fürstl. unvergleichliche Ehre, und alle Unterthanen einen beständigen und langwierigen Schutz, Trost und Freude haben mögen. Weil auch hohe Häupter bey Antretung ihrer Regierungen gegen die getreue Supplicanten gar gnädig und bittselig zu seyn pflegen, so erkühne mich in solcher demüthigen Zuversicht aus hertzlicher Liebe gegen meine hinterlassene Kirche Ew. Fürstl. Durchl. unterthänigst

zu bitten, Sie vvollen in Bestellung eines Hoff-Predigers unmassgeblich sich eine solche Person vorstellen lassen, vvelche nicht Freundschaft oder Gunst etlicher Leute, sondern ein solcher Nahme, dass solche Person nicht suche das Ihrige, sondern allein vvas Christi Jesu ist, recommendiret, damit Ew. Fürstl. Durchl. und dem Fürstl. Hoffe nicht nach menschlichen Wegen, vvelche ohne Nutz abgeben, sondern in Göttlicher Kraft bey solchem Amt gedienet vverde. Womit Ew. Fürstl. Durchl. den Fürstl. Erb-Printzen und das gantze Fürstl. Hauss der Gnade Gottes zu allem Fürstl. Wohlergehen, in Dero beständige Fürstl. Gnade aber mich demüthigst empfehle, und verbleibe

Ew. Fürstl. Durchl.

den 17. Septemb.
1678.

unterthänigster getreuester
Vorbitter u. Diener
M. Joh. Winckler.

§. VIII.

Neutiquam hujusmodi literis adire serenissimam Principem ac Viduam ELISABETHAM DOROTHEAM licitum fuisset ac integrum beato avo meo, neutiquam suis sumtibus transportandam suppellectilem ipsius iussura fuisset pia haec avoque beato favens Princeps vidua, si quidem munere suo Darmstadensi orbatus, aulae & ecclesiae isti terga dare coactus fuisset ob Pietismi labem.

labem. Neque ſane ipſa haec clementisſima terrarum Darmſtadenſium tunc temporis Mater clementi adeo ratione ad beati avi ſupra exhibitas literas valedictorias datura fuiſſet reſponſorias, ſi juxta *Joecherianum Lexicon Eruditorum* fuiſſet avo meo deſerenda ſparta ſacra Darmſtadina. Hanc vero epiſtolam reſponſoriam ſerenisſimae illius Principis ELISABETHAE DOROTHEAE die V. Octobris anni citati MDCLXXVIII. ad beatum JOANNEM WINCKLERVM datam posſideo pariter, integram propria manu huius laudatisſimae Principis exaratam. Accipe eandem, Lector:

Würdiger
Sonders lieber Herr Winckler.

Deſſelben Schreiben vom 17. dieſes habe ich vvohl überkommen. Dancke dem Herrn vor die gethane chriſtliche Condolenz und guten Wunſch gar freundlich, und hatt mich die in vvenig Wochen auf einander von Gott zugeſchickte höchſtſchmertzliche zvvey Trauerfälle in groſſes Betrübniſs geſetzet, als vvill mir die hiedurch mir zugevvachſene Regierungslaſt, zumahl bey dieſen Kriegsläufften, ziemlich ſchwer fallen, vvenn nicht die allerhöchſte Weiſsheit durch ſeine milde Gaben mir zu ſteuer kommen vvurde, vvelches ich denn nicht nur durch anderer, ſondern auch durch deſs Herrn hertzlichen Wunſch deſto eher zu erhalten nicht zweifele.

ſele. Vnd bekümmert mich dabey nicht wenig deſs Herrn Mutation, und zvvar ümb deſto mehr, weil deren gevviſſen Vrſachen ich noch nicht vveder von andern verſtändiget, noch ich ſelber, vveil ich mich ſothaner Regierungsſachen dazumahl nicht angenommen, ergründen können. Nichts deſto vveniger vverde ich nicht ohne Vergnügen jederzeit vernehmen, daſs dieſe Verenderung dem Herrn und deſſen Hauſsvveſen zu keinem Nachtheil ausgeſchlagen ſey, das ich denn dem Herrn nebens Gottes Schutz anvvünſchen thue, und verbleibe demſelben jederzeit wohlbeygethan.

Darmſtatt, den 5. *Octobr.* 1678.

Eliſabetha Dorothea, L. z. Heſſen.

§. IX.

Confirmantur hac clementisſima Principis piae memoriae epiſtola reſponſoria, quae beatus IOANNES MOLLERVS in verbis ſupra a me §. III. allegatis de hujus Principis ſereniſſimae in beatum avum meum favore ac clementia in medium protulit. Ex quibus apparet, non niſi honorificentisſimum abitum obtigiſſe IOANNI WINCKLERO beato, munere ſacro aulico Darmſtadino ſponte ſeſe abdicanti, inimicorum vero ejus calumniis tribuendum eſſe, quando hoc priſtino officio orbatum illum ob Pietiſmi notam fuiſſe narratum eſt. Quam

Quam cara autem avi mei beati memoria ſerenisſimae aulae Darmſtadienſi etiam poſt ipſius diſceſſum exſtiterit, inprimis teſtatur Landgravii ERNESTI LVDOVICI, glorioſae memoriae, deſiderium, avum beatum anno praeſentis ſaeculi quinto denuo eccleſiis ſuis reddere geſtientis, quam rem MOLLERVS *tom. II. Cimbriae literatae pag.* 992. tribus verbis ſequentem in modum exponit: *Conſilia tandem Erneſti Ludovici, Principis Haſſo-Darmſtattini, qui Wincklerum ad Superintendentis eccleſiarum ſuarum generalis, Protececleſiaſtae aulici & Conſiliarii ſacri primarii dignitates & coram A.* 1704. *in thermis, quas uterque adierat, Emſenſibus* (*), *& ſequenti* 1705 *ineunte per literas invitabat, mors noſtri, a ſenili migratione hac abhorrere itidem viſi, paulo poſt interrupit.* Ad manus mihi ſunt non ſolum ipſae ſerenisſimi huius Langgravii literae, quas appellant, vocationis, beato avo meo transmiſſae & principali ſigillo munitae, ſed etiam variae epiſtolae, quas hujus negotii cauſa propria manu exaratas ad avum meum dederunt tum laudatus Landgravius ERNESTVS LVDOVICVS, piae memoriae, tum illuſtrisſima ejusdem Conjux, Landgra-

 via

(*) Quanti fecerit beatum IOANNEM WINCKLERVM ſerenisſimus Landgravius piae memoriae, ibidem luculenter ſatis ipſe declaravit, prouti conſtat ex beati HENRICI PIPPINGII *memoriis theologorum, pag.* 1635.

via DOROTHEA CHARLOTTA, quasque hac occasione Lectoris oculis subjicere possem, nisi diffusam nimis evasuram fore praesentem scriptiunculam metuerem. Ipsas tamen literas serenissimi Landgravii, quibus sigillo principali munitis avum beatum ad gravissima in sua ditione obeunda munera anno MDCCV evocavit, exhibebo Lectori. Sequentem in modum istae sonant:

Von Gottes Gnaden, Wir Ernst Ludwig, Landgraf zu Hessen, Furst zu Hirschfeld, Graf zu Catzenelnbogn, Dietz, Ziegenhayn, Nidda, Schaumburg, Ysenburg und Budingen &c.

„Würdiger und Hochgelahrter, Lieber be-
„sonder. Nachdem Vns unser bißheriger
„Ober Hofprediger, Superintendens und
„Consistorial-Rath alhier und zu Giessen,
„auch Professor Primarius Theologiae bey
„Vnserer Vniversität daselbst, Dr. Johann
„Christoph Bielefeld, verschiedentlich un-
„terthänigst zu vernehmen gegeben, was-
„massen Ihm seine obhabende Bedienun-
„gen, zumahlen wegen Entlegenheit de-
„rer Orthen, und daher vielfältig aufstos-
„senden hin und wieder Reisen sehr be-
„schwehrlich fielen, Wir selbsten auch
„wahrgenommen und erwogen, daß die-
„selben bevorab bey stets anwachsenden
„und sich mehrenden Ambtsgeschäfften al-
„lesamt der Gebühr nach ferner zu bestrei-
„ten

„ten eine Ohnmöglichkeit seyn würde, da
„Wir gleichwohlen Vnsern Confessionari-
„um gerne stets umb und bey Vns haben
„möchten, und dahero bewogen worden,
„Ihm die Wahl in Gnaden zu überlassen,
„entweder sich von Giessen würcklich an-
„hero zu begeben und beständig alhier zu
„verbleiben, oder aber die daselbst haben-
„de Functiones allein zu behalten und die
„allhiesige Bedienungen aufzugeben, Vnd
„dann mit Vnserer gnädigsten Bewilligung
„Er das Letztere erwählet, mithin die Su-
„perintendenz alhier, samt der Beichtvater
„und Consistorial-Rath Stelle, zur Erledi-
„gung gedyhen; Wir aber wegen deren
„Wiederbestellung vor allen andern in Vor-
„schlag gekommenen Theologis auf Euch
„umb so mehrers in Gnaden reflectiret, als
„Vns bekandt, dass Ihr nicht allein vor
„vielen Jahren bey Vnserm Hof den Dienst
„der Kirchen mit aller Treue eine zeitlang
„verrichtet, sondern dass Ihr auch in Eurem
„bisshero anderwerts getragenem Priesterli-
„chen Ambt, die von Gott euch verliehene
„sonderbahre Gaben zu seiner Göttlichen
„Ehren und seiner Kirchen Erbauung auf-
„richtig anzuwenden, allen andern Absich-
„ten bevor gehabt; So beruffen Wir Euch
„hiermit in Gottes Nahmen auf die alhier
„bisshero gewöhnliche Besoldung zu Vn-
„serm Superintendenten, Beichtvater und

„Consistorial-Rath alhier, mit dem gnädig-
„sten Gesinnen, dass, dafern Ihr dieser Vn-
„serer wohlbedächtigen Vocation, wie Wir
„hoffen, zu folgen gemeint seydt, Ihr, so
„bald es immer müglich, euren Aufzug an-
„hero befordert; In dessen Erwartung Wir
„Euch mit Gnaden wohl beygethan ver-
„bleiben. Darmstatt, am 2. Ian. 1705.

Ernst Ludwig, L. z. Hessen

Inscriptio: *Dem Würdig und Hochgelahrten, Vnserm lieben besondern, Ern Johannes Wincklern, Treu-eifrigen Pastorn bey der Kirche zu St. Michael, in Hamburg.*


Vocationi huic Darmstadinae quin morem gesserit beatus avus, divinum in hoc negotio nutum sese deprehendere ratus, parum abfuit. Sed obstitit tum Hamburgensium, ipsi dimissionem denegantium, amor, tum mox eius secuta, die nempe Aprilis quinta, mors; tristi virtutis meritorumque ipsius desiderio ecclesiae pariter ac amicis relicto.

§. X.

Pii hujus cordatique theologi memoria cum sancta mihi merito sit, avum eundem veneranti; vitio qui vertat mihi, nemo erit, quod famae ipsius quodammodo laesae modestum memet defensorem praebuerim, & nepotis hoc ipso satisfacturus officio, & veritatis historicae amantis seu custodis. Finis adeo justus cui non probabitur? Solum vero eundem mihi fuisse scopum, iterum iterumque profiteor.



V.



V.

Vita
M. DAVIDIS EVENSSONII,
S.Reg. Maj. Svec. Concionat. Aulici, Praepositi & Pastor. primarii Norcopiensis, breviter (*) delineata
a
M. HENR. IAC. SIVERS, Lubecensi,
S. Reg. Maj. Svec. Conc. aul. Ecclesiarum in Tjústia Boreali-Praepos. & Past. prim. in Tryserum & Hannaes.

Vir summi ingenii in hoc mundi theatrum productus est *Risebergae* in *Scania*, anno post natum Liberatorem MDCXCIX. d. XXIX. Augusti. Pater ipsi fuit EVENIVS IOHANNIS, Pastor Risebergensis, & mater ANNA ELISAB. MOELLERSTEDT, matrona lectissimarum virtutum decore exornata.

Divina providentia & gratia gaudebat indole, qua in bonas ferebatur litteras, qvibus, ab ineunte aetate excolendis, sedulam eamque egregiam operam impendit. Paternis auspi-

(*) Vitam huius viri *lingva Svedica* fusius scripsi & edidi in *Elogio Evenssoniano*, vna cum Reverendissimi Episcopi D. AND. OL. RHYZELII conc. funebri impresso Norcopiae 1750.

auſpiciis ductu privatorum magiſtrorum, PETRI HVLTHENII, *Paſt.* & *Praepoſiti* poſtea *Igelöſenſis*: IOH. DROESCHERI, *Paſt.* in *Nelbelöf*, SVENONIS TRAEGAORDII poſtea *Praep.* & *Paſt. Helſingburgenſis* aliorumque, rudimenta litterarum & ſanctiorum & humaniorum poſuit.

Anno MDCCXIII in ſchola triviali *Landscronenſi* nactus eſt occaſionem, fundamentis rite jactis, ea ſuperſtruendi, quae ſtudiis elegantioribus dederunt incrementa. Audivi B. EVENSSONIVM in primis laudantem Rectorem dictae Scholae, JOACHIM. WILLBORN, cujus ope & fideliſſima informatione in litteratura graeca & Poeſi Latina adeo profecit, vt tunc & poſtea hujus cel. EVENSSONIVS elegantiſſima dederit ſpecimina.

A Muſis ſcholaſticis, laudatiſſime relictis, Anno MDCCXV. ad Academicas, qvae *Londini Gothorum* florent, progreſſus eſt, vbi in primis STRIDSBERGIOS, RYDELIOS, PAPKIOS, SCHVLTENIOS aliosque doctiſſimos Profeſſores ſumma cum induſtria audivit.

Litterarum amplificandarum cauſa verno anni MDCCXX. tempore *Athenas* adibat *Varniacas* vel *Roſtochienſes*, & ducibus magni nominis Profeſſoribus, D. IO. IOACH. WEIDENERO, D. HERM. CHRISTOPH. ENGELCKE, D. FRANC. ALBERT. AEPINO;

M.

M. PETRO BECKER brevi tempore mirifice didicit ea, qvae ad Theologiam, Philologiam, Philosophiam & artem Homileticam pertinent.

Auctus doctrina & vicinas Academias & urbes ex. gratia *Lubecam, Hamburgum* &c. contemplatus, patriam & *Academiam Londinensem* revisit. Ibi sub praesidio clarissimi Professoris, M. CAROLI SCHVLTENII anno MDCCXXI. *partem versionis ejus ex R. Jehuda Lebh de portione, pauperibus relinqvenda; de oblationibus* &c. publice defendit & sub praesidio ejusdem A. MDCCXXIII. d. 8. Maji *Dissertationem inauguralem* pro *gradu Magisterii de Aqvis supracoelestibus* habuit, die 24. Maji summis honoribus Philosophicis insignitus.

Anno MDCCXXV. ob studia subacta, dona in concionando divina & vitae morumqve integritatem a B. Doct. BONDE HVMERO, Archi-Praeposito & SS. Th. Profess. primario in Ecclesia & Academia *Londinensi V. D. Minister ad templum Cathedrale* vocabatur, qvam spartam egregie ornabat vsqve ad annum MDCCXXX. Sub praesidio vero Doct. IACOBI BENZELII, tunc Theolog. Profess. in eadem Academia, postea Episcopi *Gothoburgensis*, tandem Archi-Episcopi *Upsaliensis* Dissertationem eius inauguralem *de Praedestinatione* Anno MDCCXXV. omni cum laude tuitus est.

Anno

An MDCCXXX. praeter omnem ſpem a magno Status Miniſtro, S. Reg. Maj. ſummae fidei viro, Regis Regniqve Sveciae Senatore, R. Cancellariae Praeſide, Academiae Aboënſis Cancellario &c. &c. illuſtrisſimo & excellentisſimo Comite & Heroë, Domino ARVIDO HORN vocatorias accepit litteras, vt *Stockholmiae* in *ejus aula Concionatoris* officium ſuſciperet. Non recuſavit munus oblatum, ſed magna fide gesſit.

Anno MDCCXXXI. d. 27. Apr. in ipſa *Aula Regia Concionator* ſimulqve *ſatellitum Regiorum Paſtor* conſtitutus, arduo huic non minus, qvam honorifico officio curas & operas indefeſſas impendit, & ita ſe tam Regiarum Majeſtatum, glor. memor. Regis FRIDERICI & Reginae VLRICAE ELEONORAE, qvam *Magnatum* animis virtute ſua & ſeriis ſermonibus ſacris inſinuavit, vt ſingulari gratia eum non ſolum dignum judicarent, ſed etiam vere diligerent.

Anno MDCCXXXIV. *Norcopienſes* ſuum eſſe cupiebant, Eccleſiis ſuis praeficiendum. Paruit divinae huic vocationi, a S. Reg. Maj. d. 28. Decembr. confirmatae & MDCCXXXV Dominica Reminiſcere officium *Paſtoris primarii in hoc Oſtro-Gothorum emporio adiit, Praepoſitus ſimul adjacentium Eccleſiarum* renunciatus.

Ex

Ex qvo tempore qvalem ſe praeſtiterit, qvot & qvam ſalutaribus laboribus Eccleſias ſibi mandatas indefeſſo ſtudio adjuverit, in tanta pagellae anguſtia dici non poteſt. Pro Orthodoxia ſtrenue pugnavit. Cleri comitialis annis MDCCXL. MDCCXLI. MDCCXLII. MDCCXLIII. dignisſimum fuit membrum. In *electione futuri Regis* anno MDCCXLIII. d. 23. Iunii *ſolemnem* coram ordinibus Regni habuit *Concionem* ad *Ion. I. 6.* ad mandatum Regis & nutum ſuperiorum poſtea impreſſam.

An. MDCCXLIV. in Synodo Lincopiae Praeſes *Diſſertationem ſuam de Eccleſia* edidit, & examini eruditorum laudabiliter ſubjecit (*).

Varia eligentium vota expetiverunt eum *Epiſcopum Lincopienſem*, *Superintendentem Carlſtadienſem*, *Paſtorem primarium & Conſiſtorii Praeſidem Stockholmenſem*, ſed non placuit DEO & felix erat *Norcopia*, quae tantum virum vsqve ad mortem beatam, licet praematuram, retinuit.

An. MDCCL. d. 6. Febr. incesſit optimum virum morbus adeo vehemens, vt vires ſtatim nimis proſterneret, inſtaurari vt nullis, quamvis pretioſisſimis remediis potuerint, donec doloribus defatigatus d. 14. Febr.

(*) Conf. *Repertorium meum Diſputation. Synodalium Lincopenſium*, *qvod exſtat in Nov. Biblioth. Lub. Vol. VI. p. 123.*

Febr. animam, ſuosqve Creatori pie commendavit & ſeculo male merenti vltimum dixit vale! anno aetatis LI.

E conjuge ſua exoptatisſima, Matrona, pietate, prudentia, humanitate, venustate & omnibus virtutibus, qvae ſexui ſeqviori decus pariunt, nobilisſima MARGARETA CHRISTINA AVRIVILLIA, B. MAGNI AVRIVILLII, SS. Th. Doct. & Dioeceſ. *Carlſtadienſis* Superintendentis filia, qvam ſibi matrimonio conjunxerat A. MDCCXXXVI. d. 3. Octobris, reliqvit *qvatuor filios*, & *qvatuor filias* optimae indolis optimaeqve ſpei.

Funus B. EVENSSONII A. MDCCL. d. 27. Febr. *Norcopiae* in Templo S. Olavi primario multis ſolemnitatibus ſepeliebatur a reverendisſimo Epiſcopo *Lincopienſi*, Doct. ANDR. OL. RHYZELIO, qvi pro ea, qva pollet, eloqventia e Jer. XVII. 14-17. concionem habuit funebrem, omnibus elogiis dignam.

Edidit EVENSSONIVS meus praeter jam allegata ſcripta & *Diſſertationes*, multas egregias, ſvaves ac nervoſas *conciones*, qvas partim in *Aula Regia*, partim in *comitiis*, partim in aliis ſolennibus actibus habuit, e qvibus variae ſaepius ſunt recuſae.

Epitaphium EVENSSONII immortaliter meriti, magnis ſumtibus amici ejus integerrimi ſpectatiſſimi Dni IO. ELIAE **Forsbergs**, Minarum Patroni & mercatoris apud

Stock-

Stockholmienses primarii, viri, qvi amicos & egenos multis & magnis cumulabat beneficiis nunc etiam pie mortui, in dicto Norcopensium templo erectum, ornavit vir celeberrimus & peringeniosus, JACOB. SERENIVS, SS. Th. Doct. & Praepositus Nycopiensium in Sudermannia, elegantissima inscriptione, qvæ inter alia lectores docet, *EVENSSONIVM fuisse in verbo DEI pure praedicando & visitando calamitosos ad miraculum promtum, felicem, indefessum; multa experientia, multa rerum & hominum cognitione; eloqventia svavi simul & nervosa; vita ac moribus gravem & pium, magnanimum, apertum & tantum adulari nescium, qvem amici semper reperere fidum, & res eorum, suo saepe cum periculo procurantem; maritum, patrem & hospitem jucundissimum, qvi conjugem tenerrime dilexit, liberos curatissime educavit, Amicos cupide, advenas hospitalissime excepit; omnibus charum, nullos, nisi veritatis, habuisse inimicos, qvorum nec sordida spes, nec maledicta ab honestis consiliis detorsere unqvam.* &c.

EHEV! VIX. VLLVM. INVENIES. PAREM. MELIOREM. NEDVM. SPERARE. FAS. EST.

Scribebam catenatos inter labores in Museo Tryscrumensi d. 9. Ian. A. MDCCLVI.





VI.

Vita
M. WILH. ANDR. WENNERDALII,
Praepositi & Pastoris primarii in Loffta, Dioeceseos Lincopiensis.

Auctore

M. HENR. IAC. SIVERS.

Vitae hujus mortalis vsuram accepit in praedio Ostrogothico Fölstorp An. C. MDCCIX. d. 17. Iunii, *patre* NICOL. WENNERDAL, Pastore tunc castrensi, postea Pastore primario Ecclesiae *Kudbyensis* in Dioecesi *Lincopiensi*; *matre* MARGARETA BOVTH. Horum parentum filius erat vnicus. Egregiam indolem nactus a prima infantia laboribus scholasticis implicitus est, & praeceptorum, qvos intra privatos parietes habuit eruditos, diligenti informatione eo perductus est, vt A. MDCCXXIII. in Academiam *Vpsaliensem* ablegatus fuerit, motus fama docentium, celeberrimorum scilicet Professorum, JO. HERMANSSONII, FAB. TOERNERI, LAVR. ARRHENII, PETRI SCHYLLBERGII, aliorumqve, qvi ejus studia prudenter ordinabant & incensum ac flagrantem animum solida doctrina prae-

ceptis-

ceptisqve instituebant. Ibi desudavit in studiis *Historicis*, *Philologicis*, *Poëticis*, *Philosophicis* & *Theologicis* & tam publicis, qvam privatis Professorum collegiis nomen dedit, doctoribus suis assiduitatem incomparabilem probans. Inter alia *specimina academica duas* elaboravit, & non sine doctorum applausu edidit atqve defendit *dissertationes*; *primam*, *de Columnis Herculis*, sub praesidio LAVRENTII ARRHENII, *Histor. Prof.* d. 2. Sept. A. MDCCXXVII. *secundam Gradualem de Wikia Ostrogothica*, sub praesidio M. MATTHIAE Asp, tunc Eloqv. Prof. nunc Theol. Doct. & Profess. d. 28. Nov. A. MDCCXXXIII. Hinc *laurea Philosophica* dignus, qva examinibus feliciter superatis An. MDCCXXXIV. d. 18. Junii solemniter coronabatur.

A. MDCCXXXV. *Lincopiam* vocatus est, ad partes *Adjuncti in illustri gymnasio* ibidem sustinendas, qvas non recusavit, sed ingenti juventutis gymnasticae commodo explevit vsqve ad annum MDCCXXXVII. qvo *supremus Collega scholae* trivialis ibidem a reverendissimo Episcopo, postea Archi Episcopo, b. D. ERICO BENZELIO, filio, constituebatur, sed eodem anno ad munus *Secretarii*, seu *Notarii Consistorii regii* ibidem adscendit, Hac dignitate condecoratus modestia & amoenitatibus virginis honestis parentibus natae & omnibus virtutibus florentissimae,

ELISAB. ELEONORAE Lundgreen attractus, matrimonii sociam sibi eam & expetiit & impetravit, celebratis nuptiis cum ea A. MDCCXXXVIII. qvae foecunda fuit mater *vndecim liberorum*, e qvibus *tres filii* cum *duabus filiabus* vna cum matre, moestissima nunc vidua, supersunt, reliqvi cum patre aeterno fruuntur gaudio.

An. MDCCXLII. *Lectionem Eloqventiae & Poëseos* in dicto gymnasio illustri regio obtinuit, ad qvam natus esse videbatur. Nam non solum in *Poësi latina*, sed etiam *Svecana* nemini fere in Ostrogothia erat secundus, qvod varia ab illo edita specimina poetica probant, e. gr. *Oratio panegyrica in obitum gloriosissimae Reginae VLRICAE ELEONORAE*, habita et edita Lincopiae 1742. *Oratio paneg. in nativitatem Principis haereditarii*, *CAROLI*, hab. & edita Lincopiae 1748. *Disqvisitione Philosophica de Enthusiasmo Poëtico*, qvam *Praeses* in gymnasii auditorio maximo ventilandam proponebat, *novum* auspicatus est *munus*. Huic disqvisitioni a p. 22. ad p. 26. adjecit *catalogum illustrium & praestantissimorum poëtarum, qvorum mellitis in vernaculo idiomate carminibus parentum aetas & nostra inclaruit.* *Theses* qvoqve *Theologicas* ad mandatum reverendissimi Episcopi, Doct. ANDR. OL. RHYZELII, eodem anno *Praeses* mascule defendit, opponentibus omnibus Lectoribus gymna-

gymnaſii, priusqvam ordinibus ſacris initiabatur, & Conſiſtorii Aſſeſſoris officium, qvod cum officio omnium Lectorum gymnaſii eſt conjunctum, aggrediebatur. *Munia* ſua *Lincopienſia* per multos annos ita geſſit, vt ipſa Regia Majeſtas ejus remuneratura diligentiam, ad majora WENNERDALIVM eſſe evehendum, ſapienter judicaret. Qvare A. MDCCLI. diplomate regio eum jubebat, *Loſſtam* in *Tjuſtia boreali* ſub mea inſpectione ſitam, ſe conferre, ibidemqve *Paſtoris primarii* ſpartam in ſe ſuſcipere, cui eminentiſſimus Epiſcopus RHYZELIVS addebat *Praepoſiti honorarii* titulum.

Sed vix ac ne vix qvidem inchoaverat novum officium, cum, votis plurimis collegarum & vicinorum ſatisfacturus, ad *Comitia regni*, qvae Stockholmiae 1751. habebantur, iter fecit, atqve Clero comitiali adſcriptus, ſtrenue & dextre res ſuas geſſit.

Anno ſubſeqventi reverſus ad Eccleſiam ſuam, omnes officii labores alacri animo exſeqvebatur, iis vnice intentus, qvae ovium CHRISTI ſalutem poterant promovere, & animabus illarum, ad bonum paſtorem & aeternum gaudium ducendis, inſervire.

Norcopienſes autem, de novo *Parocho*, ſeu *Eccleſiarum ad D. Olai & D. Johannis templa Antiſtite* ſolliciti A. MDCCLIII. illum, vna cum octo aliis miniſtris eccleſiae invitarunt,


vt *specimen concionis* apud illos ederet, quod honestum petitum, auctoritate & consiliis reverendissimi Praesulis & vener. Consistorii Lincopiensis suffultus, ipsis negare neqve voluit, neqve potuit. Sed concione hac d. 5. Aug. Norcopiae habita, eodem die *apostema*, conjunctum cum febrilibus convulsionibus & acutissimis doloribus, in WENNERDALIVM tantum impetum fecit, vt frustra huic malo selectissima medicamina opposita fuerint. *Mors* enim subseqvebatur.

Hanc cum imminere animadverteret, nihil b. dominus Praepositus intermittebat earum rerum, qvibus mortales ad mortem optime praeparantur. Omnia mundana ex animo delebat, orabat qvam ardentissime. Anima sanctissimum sitiebat epulum, qvod e manu M. ANDR. HAGELII *ad Xenodochium Norcopense Concionatoris*, amici ejus integerrimi, maxima cum devotione accipiebat. Hoc refectus & confirmatus placida & beata morte vitam finiit d. 11. Sept. dicti anni MDCCLIII. Corpus ejus exanime terrae mandabatur Norcopiae in templo S. Olai die 25. Septembr. ejusdem anni, sermone funebri habito a *summe venerabili Doct.* ANDR. OL. RHYZELIO, *Episcopo* nostro meritissimo, e verbis Gen. L. 24. qvi anno MDCCLIV. multis eruditis annotationibus auctus, vidit lucem.

Praeter

Praeter allegatas *dissertationes*, *orationes*, *theses*, *aliasqve lucubrationes* eruditas prelo etiam subjecit *Lexicon Mythico-Historicum*, Lincopiae in 4to, vt ajunt, editum, opus prolixum, doctum & laude dignum, qvod vero a celeb. HEDERICI *Lexico Mythologico* toto coelo differt. Memini qvoqve me audire a B. WENNERDALIO, quod HEDERICI allegatum opus nunquam viderit. Auctoritate superiorum lexicon hoc *Wennerdalianum* in *gymnasia* & *scholas* huius regni est introductum, vt juventus ex illo discat, qvae ad studium mythologicum & explicationem poetarum pertinent, qvod heic silentio praeterire nolui, qvia etiam valet ad *immortalitatem nominis WENNERDALIANI.*

Dabam e museo meo Tryserumensi d. 10. Ian. An. MDCCLVI.



VII.

Accessionum & supplementorum ad B. M. MICH. LILIENTHALII *Archiuarium biblicum* SPECIMEN, sistens Copiam commentatorum in *Euangelium Matthaei*, qui partim a viro beato omissi sunt, partim post editum ab ipso librum prodierunt. (*)

Collegit
FRIED. IOACH. SCHNOBEL.

D. Christoph Aug. Heumanns Erklärung des neuen Testaments. 1 Theil, Hannover 750. 8.

Eclaircissemens & reflexions sur l'Evangile de notre Seigneur J. C. selon saint Matthieu, par *Barth. Barnaud*, a Basle 1747. 4.

A. G. Maschen Abhandlung von der Grundsprache des Evangelii Matthäi. Halle 755. 8.

CAPVT

(*) Multum vtilitatis adferre sacrarum literarum cultori notitiam scriptorum, qui in explicandis oraculis sacris operam collocarunt, haud facile quemquam arbitror esse negaturum. Quam pra-

CAPVT I.

1—17. *S. I. Baumgarten* de genealogia Jesu. Halae 749. *Abr. Calouii* disp. de geneal. Christi. Witt. 652. *G. I. Vossii* diss. de J. C. genealogia Amst. 643. *Iac. Gaillard* de geneal. J. C. Lugd. 683. *Tillemont* Memoires pour servir à l'histoire eccl. tom. I. p. 304. *Jo. Harduini* Opp. select. p. 619. Ridders Erweiß daß Jesus der Messias. p. 522. Jak. Saurins Betracht. über die wicht. Begeb. des A. und N. T. IV. 502. *D. H. Koepken.* Βιβλος γενεσεως. Rost. 724

1. *Jac. Alting.* Opp. tom. II. part. 4. p. 4.

10. 11. Brem. u. Verdische Bibliothek. I. 159.

praeclare autem de hac eruditionis parte meruit b. M. MICHAEL LILIENTHAL, cuius *Archiuarius biblicus* V. & N. T. Regiomonti & Lipsiae 1745 & 46 prodiit, eo magis videtur esse optandum, vt inchoato operi & perficiendo & continuando manum admoueant alii. Quum vero facile pateat, vnum virum omnibus, quae huc pertinent, scriptis scrutandis & euoluendis non esse parem: visum mihi est, speciminis loco scriptores, qui ad illustrandum MATTHAEI euangelium operas suas hisce decem annis contulerunt, quotquot mihi innotuere, (spero autem, si oratores excipias sacros, quorum infinitus propemodum numerus est, innotuisse optimos plurimosque) adiectis nonnullis, quos celeberrimus auctor praeteriit, eruditorum conspectui subiicere, vt si qvis forte de edendis supplementis & accessionibus cogitauerit, sciat, me in societatem laboris studiose libenterque esse venturum.

11. Brem. u. Verd. Bibl. II. 987. *C. F. Munthe* Obseru. phil. in N. T, ex Diodoro Siculo. pag. 1.

17. *G. C. Hosmanni* Exercit. exeget. ad Euangelia, fasc. I. p. 23. *I. T. Krebs.* Obseru. in N. T. e Iosepho. p. I. Kraffts neue theol. Biblioth. LXXII. 163.

18—25 Zicklers Erklärung der Beweißsprüche in der dogmat. Gottesgelahrheit. II. 114.

18. *Oeder* in Nouis Miscell. Lips. vol. 6. p. 187. *Io. Diet. Winckleri* Philologem. Lact. p. 247. *El. Palairet* Obseru. philol. crit. in N. T. p. 1. *Munthe* l. c. p. 3. *Krebs* l. c. p. 2. *G. D. Kypke* Obseru. sacr. in N. T. libros p. 1. Brem. und Verd. Bibliothek. I. 163.

19 *I. D. Winckleri* Hypomnemata. pag. 124. *Munthe* l. c. p. 3.

20 *I. D. Winckler.* Hypomn. p. 204. *El. Palairet* specim. exercitat. philol. crit. in sacr. N. T. libros p. 5. *Dresig* de verbis mediis N. T. p. 264. Brem. und Verd. Biblioth. I. 165. *Kypke* l. c. p. 3.

21. *G. H. Ribov.* de Christo redemtore, maxime Israelitarum. Gött. 754.

22. 23. *G. C. Hosmanni* Exerc. exeg. ad Euangelia, fasc. 2. p. 28. Brem. und Verd. Biblioth. II. 990.

22. *Munthe* l. c. p. 4.

23. *Hosmann.* l. c. p. 30. *Boerneri* diss. sacr. p. 177.

25. *Hos-*

25. *Hosmann.* l. c. p. 30. *El. Palairet* obseru. philol. crit. in N. T. p. 2. *Kypke* obseru. sacr. in N. T. p. 4. *I. D. Winckleri* Hypomnemat. p. 175. Ridders Erweiß das Jesus der Messias. p. 423.

CAPVT II.

1—12. *I. G. Krafft* Obseru. sacr. fasc. III. p. 107. *Momma* de triplici oeconomia tom. 2. p. 238 sq. Brem. und Verd. Bibliothek. II. 706. J. J. Quistorps Predigten p. 43. J. Saurins Betracht. über die wicht. Begeb. des A. und N. T. III. 135.

1. 2. J. D. Wincklers bibl. exeget. Untersuchungen. II. 66.

1. *B. Stolberg* de magis. Witt. 673. *Krafft* Obseru. sacr. fasc. III. p. 107. *I. G. Walchii* Historia eccles. N. T. p. 141. *C. G. Hoffmanni* Varia sacra. p. 171.

2. 7. 9. 10. Th. Chr. Lilienthals gute Sache der göttl. Offenbahrung. V. 271.

2. *Iac. Elsner.* de stella a magis visa, in symbolis lit. Brem. P. 2. tom. I. n. 2. *I. D. Winckleri* Hypomnem. p. 162. Museum helueticum Tom. III. p. 53. V. 71. VI. 122. Der Theologe v. 1755. n. 2. Brem. und Verd. Biblioth. II. 995.

3. *G. D. Kypke* obseru. sacr. in N. T. pag. 5. Pommer und Rüg. Beyträge 1. Band. 1 St.

4. *Krebs* obseru. in N. T. ex Fl. Josepho p. 3.

5. 6. *Dey-*

5. 6 *Deyling.* Obſeru. ſacr. V. 115. *I. G. Walch* Hiſtor. eccl. N. T. p. 128.

6. *G. D. Kypke* l. c. p. 5. *Palairet* Obſeruat. phil. crit. in N. T. p. 4. *C. F. Munthe* Obſeru. in N. T. ex Diodoro Sic. p. 4. A. G. Maſch Unterſuchung der Grundſprache des Evang. Matth. p. 86. 108. Eiusd. Abhandlung von der Religion der Heyden u. Chriſten. Hauptſt. II. p. 307.

8. *G. D. Kypke* l. c. p. 7. *Munthe* l. c. p. 5.

10. Noua bibliotheca lubec. vol. II. p. 106.

11. 12. *Munthe* Obſeru. phil. p. 6.

11. *Ol. Celſii* Hierobotanicon. I. 231. 520.

12. *Krebs* Obſeru. in N. T. ex Fl. Joſepho. p. 5. *Kypke* l. c. p. 8.

13 — 23. *Momma* de tripl. oeconomia. T. II. p. 278.

13—18 J. J. Quiſtorps heil. Reden. IV. 1.

13—15 Saurins Betracht. über die wicht. Begeb. des A. u. N. T. III. 147.

13. *I. D. Winckleri* Hypomnem. p. 95.

14. 15. *Iac. Alting.* Opera T. II. P. 4. p. 12. *I. F. Stiebritz* de vero ſenſu verb. Hoſ. XI. 1. circa allegationem Matth. II. 15. Hal. 753. 4. Maſch von der Grundſprache des Ev. Matthäi p. 107. Ridders Erweiß, daß Jeſus der Meſſias pag. 457. Lilienthals gute Sache der göttl. Offenb. I. 159.

16. *G. C. Hosmanni* exercit. exeg. ad Euangelia faſc. 1, p. 58. Saurin l. c. IV. 523.

Lardi-

Lardners Glaubwürdigkeit der evang. Geschichte. I. 608.

16—18. *Hoffmann.* in Variis sacris p. 25. *Ol. Celsius* de infanticidio Bethlehem. Vpsal. 727. 8. **Saurin** l. c. III. 157. Der Theologe von 1756. p. 25.

17. 18. *I. B. Carpzou.* Programma de fletu Rachelis. Helmst. 751. *Iac. Alting.* Opp. T. II. P. 4. p. 13. **Ridders** Erweiß daß Jesus der Messias p. 462. **Th. C. Lilienthals** gute Sache der göttl. Offenb. I. 161.

18. *El. Palairet* Obseru. phil. crit. in N. T. p. 5. *Ejusd.* Specimen sacr. exerc. in N. T. libros p. 7. *Kypke* l. c. p. 9. *Krebs* l. c. p. 5.

20. *Palairet* Obseru. in N. T. p. 6.

21. 22. **Lardners** Glaubwürdigk. der evang. Geschichte. I. 5.

22. 23. *Munthe* Obseru. p. 12. *Kypke* Obseru. pag. 11.

23. *Heumann.* in Primit. Goetting. p. 120 sq. *Palairet* Obseru. phil. cr. p 7. *I. G. Altmanni* Meletemat. philol. crit. T. I. pag. 1. *Verpoorten* fascic. diss. p. 43. *Iac. Alting.* Opp. T. V. P. II. p. 87. *Alex. Mori* Notae ad Ies. cap. LIII. p. 133. *C. G. Hase* ad quaedam notatu digna N. T. loca. Hal. 752 *I. N. Iacobi* de vulneribus J. C. p. 191. Brem. und Verd. Hebopfer III. 721. *Carpou.* Theol. reuel. dogmat. tom. 2. pag. 515. **Ridders** Erweiß daß Jesus der Messias. p. 439. **T. C. Lilienthals** gute Sache der g. Offenb. I. 150.

CAP.

CAPVT III.

1—13. **Saurin** Betracht. über die wicht. Begebenh. des A. und N. T. III. 172.

1. 2. 5—9. Noua biblioth. lubec. vol. I. p. 1.

1. *I. T. Krebs* Obseru. in N. T. e Josepho. p. 6. *Palairet* Obseru. p. 8. *Munthe* Obseru. pag. 13.

2. *E. A. Bertling* de appropinquatione regni coelorum. Helmst. 750. **J. D. Wincklers** bibl. exeg. Untersuch. III. 342.

3. *El. Palairet* l. c. p. 9. *Munthe* l. c. p. 9.

4. Noua miscell. Lips. p. 566. *Momma* de tripl. oecon. II. 14. *Walch.* Hist. eccl. N. T. p. 112. *Bochart* Hierozoicon, in Opp. T. I. p. 78. *Steph. le Moyne* Not. ad varia sacra p. 608. *If. Casaubonus* in Exercit. in Annales Baron. exerc. 13. p. 219 sq. *Th. Ittig* in select. hist. eccl. capit. sec. I. p. 429. *I. D. Winckleri* Hypomnem. p. 269. *Ol. Celsii* Hierobotanicon II. 74. Tempe helvet. I. 60. *Munthe* l. c. p. 15. *Vossius* de idololatria lib. 4. c. 78.

5—10. *Momma* de tripl. oeconomia p. 39.

5. 6. Brem. und Verd. Hebopfer. II. 1013. 1057.

6. 7. *Krebs* Obseru. p. 6.

7—9 Symbolae liter. Brem. T. I. P. 4. n. 2.

7. 8. *Munthe* Obseru. in N. T. ex Diod. Sic. p. 16.

7. Brem. und Verd. Biblioth. I. 3. p. 168.

8. Noua

8. Noua miſcell. Lipſ. VII. 657.
9. Brem. und Verd. Biblioth. I. 3. p. 132.

11. *Deyling*. Obſeru. ſacr. V. 355. *Witſii* Miſc. ſacr. II. 419. *Conr. Iken* diſſ. philol. theol. p. 317. *I. G. Krafft* Obſeru. ſacr. faſc. III. p. 165. *I. A. Oſiandri* diſp. ad h. l. Tub. 755. *Munthe* l. c. p. 18. *Kypke* Obſeru. ſacr. in N. T. p. 12.
12. *Kypke* l. c. p. 13.
13—17 *Witſii* Miſcell. ſacr. II. 422. *Hier. Kromayer* de baptiſmo Chriſti. 667. *I. D. Winckler* Philologem. Lactant. pag. 257. *Walch* hiſt. eccl. N. T. p. 148. Brem. und Verd. Hebopfer II. 1013. Saurin l. c. III. 190.
14. *Munthe* l. c. p. 19.
15. *C. A. Cruſius* de decoro diuino, in eius opuſc. philoſ. Lipſ. 750. *C. W. F. Walch* de obedientia Chriſti actiua. p. 61. Brem. und Verd. Bibl. II. 264.
16. *Gerh. Horrei* Animaduerſ. ſacr. & prof. l. 1. p. 78.
17. *Palairet* Obſeru. phil. cr. in N. T. p. 9. *Munthe* l. c. p. 20.

CAPVT IV.

1—11. *S. I. Baumgarten* de tentatione Chriſti in deſerto. Hal. 755. *C. S. Georg*. de telis Sat. ignitis, quibus Chriſtum petiit, irritis, Witteb. 746. Der Theologe v. 1755. p. 161,

p. 161. 219. Lilienthals gute Sache der göttl. Offenb. III. 441. IV. 764. Saurin Betracht. über die wicht. Begeb. des A. und N. Test. III. 200.

2. *Chr. Weise* de fame & siti rerum sacr. p. 12

3. Brem. und Verd. Biblioth. I. 3. p. 227. *Palairet* Obseru. phil. crit. in N. T. p. 10.

4. *G. D. Kypke* Obseru. sacr. in N. T. p. 14.

5. *I. T. Krebs* Obseru. in N. T. e Fl. Josepho p. 11.

7. 8. *Palairet* l. c. p. 11.

8. Hamburg. vermischte Bibliothek. III. 949. *Munthe* p. 25.

10. *I. F. Bahrdt* de vestigiis religionis paganae apud Pontificios. Lips. 755.

11. Brem. und Verd. Hebopfer. I. 853.

12. *Munthe* Obseru. p. 26.

16. *Palairet* Obseru. p. 12. *Munthe* Obseru. pag. 27.

18—22 Saurin l. c. III. 245.

19. *Palairet* Obseru. p. 13.

24. Kypke Obseru. p. 15. Krebs Obseru. p. 14

CAPVT V.

Totum. Saurin Betracht. über die wicht. Begebenh. des A. u. N. T. III. 210.

1—12 J. F. Frisch von Belohn. in ewigen Hütten. p. 467.

1. Lilienthals gute Sache der göttl. Offenb. III. 447. *Palairet* p. 13.

3 C. G.

3 *C. G. Hoffmanni* Varia ſacra p. 263. *P. L. Hannekenii* beatitudo paradoxa fidelium quoad paupertatem ſpir. Witteb. 699.

5. *C. I. Huth* de manſuetis terrae heredibus. Erlang. 750

6. *Chr. Weiſe* de fame & ſiti rer. ſacrar. Lipſ. 741. Symbol. liter. Brem. T. III. p. 304. *Palairet* Obſeru. p. 14. *Kypke* Obſeruat. p. 17.

8. 9. *Munthe* Obſeru. p. 27.

9. *Palairet* Obſeru. p. 14. P. Rocques evang. Lehrer, Anhang p. 261. *Munthe* l. c. p. 28.

12. Friſch von Belohn. in ewigen Hütten. p. 26. 358.

13. 14 *Munthe* p. 28.

13. *Palairet* Obſeru. p. 15. *C. A. Cruſii* progr. de Christianis ſale terrae. Lipſ. 751. *I. G. Carpzou.* Apparat. Antiquit. ſacr. ad Goodwin. p. 721. Muſeum heluet. p. 503. *Altmanni* Meletem. phil. crit. T. I. p. 14.

15. *Palairet* Obſeru. p. 15. *Kypke* p. 18.

16. *Munthe* obſeru. p. 29. Mosheims Sittenlehre IV. 83.

17 — 19 Zicklers Erklärung der Beweißſprüche in der dogm. Gottesgelahrh. II. 240.

17 — 26. *Rues* de admisſione irregenitor. ad ſ. coenam. p. 408.

17. *Palairet* Obſeru. p. 16. *Kypke* Obſeru. p. 19. *C. W. F. Walch* de obed. Chr. actiua. p. 35. *Winckler* Philol. Lact. p. 383.

18. *P. N. Wolff* de integritate ſ. codicis Gieſſ. 752. *C. G. Clug.* de interpret. prophet. propr. ipſ. ſcript. diſſoluente Witteb. 754. p. 6. *Iken* Diſſ. philol. theol. p. 335. H. Hoecks Beyträge zum richtigen Verſtande einiger Schriftſtellen. II. 43.

19 *Palairet* Obſeru. pag. 16. *Munthe* p. 29. *Kypke* p. 21. *Krebs* p. 16.

20—26 Chryſanders Abhandl. von der unendl. Fürtrefflichkeit der Gerecht. Chriſti. Frf. 754. 4. S. J. Baumgartens Predigten 1 Saml. p. 157. *C. S. Georgi* de propriae iuſtitiae vanitate. Witt. 752.

21. 22. *I. E. Schubert* de poena capitali calumniatorum. Helmſt. 752. *Angeli Caninii* Helleniſmus p. 452. *I. G. Krafft* Obſ. ſacr. III. p. 176. *Krebs* Obſ. in N. T. ex Ioſepho p. 18. 19. J. D. Michaelis von den Ehegeſetzen Moſis. p. 257.

21. Brem. und Verd. Biblioth. 2 B. 2 St. p. 167. *Palairet* Obſeru. p. 17. *Munthe* Obſ. p. 30. *Kypke* Obſ. p. 23.

22. 23. *I. G. Carpzou.* Apparatus antiquit. ad Goodwin. p. 486.

22. Der Theologe von 1755. p. 443. Hamb. vermiſchte Bibliothek III. 968.

23—26. J. E. Schubert vom Fall der Menſchen p. 338.

23. 24. *Palairet* Obſeru. p. 18.

24. 25. *Munthe* Obſeru. p. 31.

28-32.

28 — 32. *Winckleri* Philologem. Lactant. p. 266.
28. *Kypke* Obſ. p. 24.
29. 30. **Lilienthals** gute Sache der g. Off. V. 340.
29. *Munthe* Obſeru. p. 33.
32. *Io. Muſaeus* in diſp. ad Matth. XIX. 5. p 17. *Palairet* Obſeru. 19. *Kypke* p. 25.
33—37 Fortgeſetzte Weimariſche nützliche Anmerkungen, Saml. 23. p. 893. **Lilienthals** gute Sache der g. Offenb. V. 423.
33. 34. *El. Palairet* Obſeru. p. 20.
33. *Kypke* Obſeru. p. 26.
34. **Lilienthal.** l. c. III. 449. **Ridders** Erweiß daß Jeſus der Meſſias p. 416.
37, *I. D. Winckleri* Hypomnemata p. 201.
38. 39. *Munthe* Obſeru. p. 33.
39—41. **Th. C. Lilienthal.** l. c. V. 348.
39. *Winckleri* Hypomnem. pag. 73. *Kypke* Obſeru. p. 28.
40. *Munthe* Obſeru. ſacr. p. 35.
42. *I. T. Krebs* Obſeru. in N. T. e Ioſepho. p. 22. *Dreſig* de verbis mediis N. T. p. 515. *Winckleri* Philologem. Lactant. p. 268.
43. **Ridders** Erweiß, daß Jeſus der Meſſias, p. 445.
44. 45. 46. *Kypke* Obſeru. p. 29.
44. 45. **Moßheims** Sittenlehre. IV. 179.
44. *Munthe* Obſeru. p. 36. **Lilienthal.** l. c. V. 363.
45. *Palairet* Obſeru. p. 21.

47. *Palairet* l. c. p. 23. *Munthe* l. c. p. 37.
48. Moßheims Sittenlehre. IV. 494.

CAPVT VI.

1. *I. G. Carpzou.* Apparatus ad Goodwin. p. 737.
2. *C. Iken* Diss. philol. theol. p. 357.
5. Bodenschatzes Erläuterung des N. Test. aus den jüdischen Alterthümern. Saml. 1. p. 1. *Palairet* Obseru. in sacros N. T. libros p. 24.
7. *Munthe* Obseru. in N. T. ex Diod. Sic. p. 38. Moßheims Sittenlehre. V. 255.
9 — 13 C. *Wildvogel* de eo quod iustum est circa orat. dom. Jen. 712. F. A. Lampens Erklärung des h. Gebets des Herrn in 8 Predigten. Frf. 747. J. F. Buddei Catechet. Theologie p. 427.
9. 10. *El Palairet* l. c. p. 26. H. Hoecks Beyträge zum Verstande einiger Schriftstellen II. 140.
10. Moßheims Sittenlehre IV. 142
11. Moßheim l. c. V. 222. *Herm. Venema* in dissert. sacr. p. 371. *Ang. Caninii* Hellenismus p. 496. A. G. Masch von der Grundspr. des Ev. Matthäi. p. 206. Hamburg. vermischte Biblioth. III. 883.
12. *Ang. Caninii* Hellenismus p. 483.
13. Sondern erlöse uns v. d. U. *Munthe* l. c. p. 39. Hinr. Meene von der unendl.

Dauer

Dauer der Höllenstrafen. I. 183. Denn dein ist das Reich &c. *Glassii* Philolog. sacra p. 208. *S. I. Baumgarten* Authentia doxologiae Matth. VI. 13. vindicata. Hal. 753. *M. I. G. Vngeri* Meletema de antiquitate doxologias in orat. dom. Lips. 755. Museum heluet. T. III. p. 370. IV. 591. V. 13. 439.

16. *Munthe* l. c. p. 40. *Krebs* Obseru. p. 23. *Kypke* Obseru. sacr. p. 32.

19—21. Chatelains Predigten Saml. 1. p. 231.

19. *Dresig* de verbis med. N. T. p. 220. *Palairet* Obseru. p. 27. *G. D. Kypke* Obseru. sacr. p. 35.

22. 23. *Kypke* l. c. p. 37.

23. Symbolae liter. Brem. T. IV. p. 188.

24—34. *C. S. Georgi* de vno necessario. Witt. 755. Lilienthals gute Sache der göttl. Offenb. V. 438.

24. *Oederi* Animaduers. sacr. p. 413.

27. Der Theologe von 1754. p. 617.

28. *Ol. Celsii* Hierobotanicon. I. 383. *Palairet* Obseru. p. 27. *Munthe* Obseru. pag. 40. *Kypke* Obseru. p. 38.

30. Zicklers Erklär. der Beweißsprüche. I. 286.

34. *Palairet* Obs. p. 28. *Kypke* Obs. p. 40.

CAPVT VII.

1. *Dan. de Superville* Predigten. Leipz. 755. p. 241.

3. 4. *I. D. Winckler* Animaduerf. philol. crit. p. 803.
6 Symbolae liter. Brem. T. III. p. 189. *Munthe* Obferu. phil. in N. T. ex Diod. Sic. p. 42. H. Hoecks Beyträge zum Verstande einiger Schriftst. I. 191.
7. *G. D. Kypke* Obferu. facr. p. 41.
11. *El. Palairet* Obferu. in N. T. p. 28.
12. If. Watts Reden. III. 353.
13. 14. *I. D. Winckleri* Philologem. Lactant. p. 274. Chatelains Predigten, Saml. II. p. 145.
14. *Chladenii* wöchentl. bibl. Untersuch. p. 657. Hoecks Beyträge II. 76.
15=23. *C. S. Georgi* de praefcientia Chrifti hominum vitae & animabus confulente. Witt. 753. Baumgartens Pred. Saml. I. p. 191. H. Meene Erkenntniß der Wahrheit zur Gottseligk. I. p. 271.
15. *Krebs* Obferu. l. c. p. 26.
17. *Kypke* Obferu. facr. p. 42.
22. *Krebs* l. c. p. 27.
24. 28. *Munthe* Obferu. p. 43.
28. 29. Zicklers Erklärung der Beweißspr. in der dogm. Gottesgelahrheit. II. 234.

CAPVT VIII.

1—13. *C. S. Georgi* de diuinitate Chrifti omnipotentiae & omnifcientiae attributis probata. Witt. 745. J. J. Quistorps Reden

den I. 273. IV. 41. Der Theologe von 1755. p. 91.

2—4 Lilienthals gute Sache der göttl. Off. III. 451.

3. *G. D. Kypke* Obseru. sacr. in N. T. p. 43.

4. Sags niemand. *Heumanni* noua sylloge dissert. II 52. Hessisch Hebopffer V. 890.

5—13 Saurins Betracht. über die wicht. Begeb. des A. u. N. T. III. 315.

5. Lilienthals gute Sache der göttl. Offenb. III. 453.

6. *Winckleri* Animadu. philol. II. 367. *Kypke* Obs. in N. T. p. 44. *Krebs* Obseru. in N. T. p. 27.

8. *El. Palairet* Obseru. in N. T. p. 29. *Munthe* Obs. in N. T. p. 45.

9. 13. 15. *Munthe* l. c. p. 45.

15. *El. Palairet* Obseru. in N. T. p. 29.

17. 20. *Munthe* l. c. p. 46.

19. 21. *Kypke* Obseru. sacr. p. 45.

22. *Palairet* Obseru. in N. T. p. 30. *Eiusd.* Specimen exercit. phil. crit. in sacros N. T. libr. p. 9.

23—27. *I. G. Walch.* disp. de vaticiniis Christi prophetae. p. 9. J. Saurins Betracht. III. 328.

23. *Kypke* Obseru. in N. T. p. 47.

24. *El. Palairet* Obseru. in N. T. p. 32.

28—34 Saurin Betracht. III. 340. IV. 627. Beyträge zur Vertheidig der practisch. Religion J. C. II. 105. Lilienthals gute

 Sache

Sache der göttl. Offenb. IV. 723. **Thom. Stackhouse** Verthädigung der christl. Religion wider die Einwürfe der Ungläubigen. I. 280. II. 393.

28. **Lilienthal.** l. c. III. 455. *Palairet* Obseru. in N. T. p. 32.

20. *Palairet* l. c. p. 33.

30. 32. *Munthe* Obseru. ex Diod. Sic. p. 47.

31. 32. **Ridders** Erweiß daß Jesus der wahre Messias. p. 781.

CAPVT IX.

1 — 17. **Saurin** Betracht. über die wicht. Begebenh. des A. u. N. T. III. 358.

1 — 8. **Th. Stackhouse** Verthädigung der christl. Relig. wider die Unglaub. I. 485. **J. J. Quistorps** Reden II. 283. IV. 189. **S. J. Baumgartens** Predigten Saml. 1. p. 295.

2. *El. Palairet* Obseru. in N. T. p. 33.

4. *Krebs* Obseru. in N. T. p. 28.

6. *Kypke* Obseru. in N. T. p. 48.

8. *I. D. Winckleri* Animaduers. philol. II. 442. Gesaml. Briefwechsel der Gelehrten. Hamb. 751. p. 49. 225. Hamb. freye Urtheile 751. p. 137.

9 — 13. **Saurin** Betracht. III. 365.

9. *Munthe* Obseru. in N. T. ex Diod. Sic. p. 50

10. *Kypke* Obseru. in N. T. p. 49.

12. *I. T. Krebs* Obseru. in N. T. e Iosepho p. 30.

13. *Pa-*

13. *Palairet* Obseru. in N. T. p. 34. *Munthe* Obs. p. 50. *Kypke* Obs. in N. T. p. 50.
18 — 26. *H. Deusing* explicatio myst. historiae de haemorrhoissa & filia Iairi, annexa eius Commentario myst. in decalogum. Leou. 700. 4. J. J. Quistorps Reden. I. 165.
18. 19. 23-26. Th. Stackhouse Verthäd. der christl. Religion. II. 30. Saurin Betracht. IV. 692. Lardners Vertheidig. der Wahrheit und Göttlichk. dreyer Wunder unsers Erlösers wieder Thom. Woolston. Zelle 751. 8.
18. *El. Palairet* Obs. in N. T. p. 36.
20 — 22. Th. Stackhouse l. c. I. p. 326.
24. *Kypke* Obs. in N. T. p. 51.
35. *Palairet* l. c. p. 36.
36. *Kypke* l. c. p. 52. *Munthe* Obs. in N. T. p. 50.
37. 38. *Mosheim.* de ecclesia Christi eiusque ministerio. Helmst. 740.

CAPVT X.

2. *Glassii* Philologia sacra p. 254.
9. 10. *M. Bagge* de sapientia Christi in electione apostolor. Ien. 752. pag. 19. Bodenschatzes Erläut. des N. T. aus den jüdisch. Alterthümern Saml. I. p. 14.
9. *Palairet* Obseru. in N. T. p. 37.
10. *I. D. Winckleri* Hypomnem. pag. 187.

Masch Abhandl. von der Grundsprache des Ev. Matthäi p. 89. **Lilienthals** gute Sache der göttl. Offenb. III. 457. *Glassii* Philol. sacr. p. 254.

11. *Kypke* Obseru. in N. T. p. 54.

14. *I. D. Winckler* Hypomn p. 291.

16. *Kypke* Obseru. in N. T. p. 55. *Munthe* Obseru. in N. T. p. 51. *Palairet* Obseruat. in N. T. p. 38.

17. *Palairet* l. c. p. 38. **Bodenschatz** l. c. p. 30

21. *Kypke* Obseru. in N. T. p. 56. *Munthe* ibid. p. 52.

23. *Kypke* l. c. p. 56. *Krebs* Obseru. in N. T. e Josepho. p. 29.

29. 30. *Palairet* Obs. in N. T. p 39.

29. *Kypke* Obseru. in N. T. p. 57.

33. *Munthe* Obseru. in N. T. p. 52.

34. **Ridders** Erweiß daß Jesus der Messias. p. 772.

37. **J. G. Carpzovs** geistl. Fürsichtigkeit der Christen. p. 724.

CAPVT XI.

2 — 10. Brem. u. Verdische Bibliothek. II. 693 **J. J. Quistorps** Reden. III. 1. **H. Meenen** Erkenntniß der Wahrh. zur Gottsel. I. 1.

2 — 6. *Sponselii* Parerga theol. exeg. P. II. p. 119.

5. *I. D. Winckleri* Philolog. Lactant. p. 279. Brem. u. Verd. Hebopfer, Beytr. V. p. 1.

8. Kypke

8. *Kypke* Obſeru. in N. T. p. 59. *Munthe* Obſ. in N. T. p. 53.

11 — 14. *G. C. Hoſmanni* Exercit. exeg. in Euang. faſc. 2. p. 66. Programma Helmſtad. ad feſt. Mich. 749.

11 — 13. Der Theologe von 1756. p. 571.

11. *I. G. Krafft* Obſeru. ſacr. faſc. III. p. 203. *Witſii* Oeconomia foederum Dei pag. 628. *Dreſig* de verbis mediis N. T. p. 250. *Stoltii* Comment. de Chriſtianis Iohanne bapt. maioribus. Lipſ. 747. 4.

12. *Krebs* Obſeru. in N. T. e Joſepho p. 30. *Dreſig* de verb. med. N. T. p. 513. *I. D. Winckleri* Hypomn. p. 226. G. L. Oeders neue u. gründl. Erläuterung ſchwehrer Stellen heil. Schrift tom. I. p. 718 ſqq. *I. C. Schwartz* in Monument. ingenior. huius & ſuper ſeculi t. 2. p. 177.

13. *I. D. Winckleri* Animaduerſ. phil. & crit. p. 664.

14. *Winckler* l. c. p. 700. *Kypke* Obſeru. in N. T. p. 61.

17. 19. *Munthe* Obſeru. in N. T. p. 54.

18. *Palairet* Obſeru. in N. T. p. 40.

20 — 24. Lüderwald von der Berufung u. Seligk. der Heyden p. 828.

21. 22. Reinbecks Betracht. über die A. C. fortgeſetzt von Canzen. VI. 370.

23. 25. *Kypke* Obſeru. in N. T. p. 61 ſq.

26. *Palairet* Obſeru. in N. T. p. 41.

27 — 30. Zicklers Erklärung der Beweißſprüche II. 245.

28. 29.

28. 29. *Munthe* Obseru. in N. T. pag. 55.
29. 30. *Kypke* Obseru. in N. T. p. 64.
29. Chatelains Predigten Saml. I. p. 97. Moßheims Sittenlehre IV. 391.

CAPVT XII.

1. 2. 9. 10. Bodenschatzes Erläut. des N. T. aus den jüd. Alterthüm. Saml. I. p. 39.
1. 3. *Munthe* Obseru. in N. T. p. 57.
1. Lilienthals gute Sache der göttl. Offenb. III. 461.
3. 4. Ridders Erweiß daß Jesus der Messias. p. 177.
7. *Krebs* Obs. in N. T. e Josepho. p. 32.
10. Lilienthal l. c. III. p. 463.
12. *Palairet* Obseru. in N. T. p. 42.
16. *Heumanni* noua Sylloge diss. II. 56.
18. *Munthe* Obseru. in N. T. p. 57.
20. *Krebs* l. c. p. 33. *Palairet* l. c. p. 43.
25 —— 30. *I. F. Hirt* de Christo bene ac feliciter disputante. Ien. 752.
30. Kypke Obs. in N. T. p. 65.
28. 31. 32 Schlesische Samlung. kleiner Schriften 1755. Th. II. p. 391.
31. 32 *C. G. Hoffmann* de peccato in spirit. s. Witteb. 755. C. A. G. Schriftmäss. Gedanken von der Sünde wider den h. Geist. Jena 749. 4. *Momma* de tripl. oecon. T. II. p. 382. Zicklers Erklär. der Beweißsprüche I. 367. J. D. Wincklers theol. u. philol. Abhandl.

handl. T. II. p. 43. Kosegartens Erklär. der Sünde wider des Menschen Sohn und den heil. Geist. Rost. 751. D. Zaubers Betracht. über die Lästerung wider den h. Geist. Lemgo 746. 8.

33. 34. *G. C. Hosmanni* Exercit. exeg. ad Euang. fasc. III. p. 103.

33. Kypke Obseru. in N. T. p. 65. *Palairet* Obseru. in N. T. p. 45.

35. *Kypke* l. c. p. 67. *Palairet* l. c. p. 46.

36. 37. J. G. Carpzovs geistl. Fürsichtigkeit p. 789 *Kypke* Obs. in N. T. p. 68. 70.

36. *Oederi* Animaduers. sacr. p. 160. *Palairet* l. c. p. 46.

38—41. *A.H.Franck* Introductio in lection. Ionae, cap. I. §. 1 sqq.

39. 40. *Rusmeyeri* Labores academ. pag. 214. *C. M. Pfaff* de signo Jonae Tub. 752. Zaubers Bibl. Betrachtungen 1750. p. 79sqq.

40. *Munthe* Obs. in N. T. p. 58. *Palairet* Obseru. p. 47. *Iac. Alting.* Opp. T. IV. in fine p. 5. Progr. Rostoch. pasch. de Jona Christi resurgentis typo. 1754. *Drümelii* & *Schaefferi* scripta erist. de die mortis Christi. Ridders Erweiß, daß Jesus der wahre Messias pag. 434. *Io. Chr. Heinzelmanni* diss. ep. de triduo mortis saluatoris. Stendal. 747.

41. *I. G. Carpzouii* Apparatus ad Goodwin. p. 567.

42. *Kypke*

42. *Kypke* Obſ. in N.T. p. 71. *Munthe* l. c. p. 59. *Krebs* Obſ. in N.T. p. 34.
43—45. *I. D. Winckleri* Hypomnem. p. 233. *Petr. Ianſſen* in Miſc. Duisburg. T. II. p. 495.
46. 50. Sermons de *I. Saurin* VI. 227.
50. *El. Palairet* Obſeru. in N.T. p. 48.

CAPVT XIIII.

8. *Palairet* Obſ. in N.T. p. 48.
22. 23. *Palairet* l. c. p. 49.
23. *Kypke* Obſeru. in N.T. p. 71.
24—30. *C. S. Georg.* de diuinitate Chriſti omnipotentiae & omniſcientiae attributis probata. Witt. 745. *Altmanni* Meletem. philol. crit. T. I. p. 79. **Moßheims** Sittenlehre IV. 192. **J. J. Quiſtorps** Reden I. 313.
25. *Palairet* Obſeru. in N.T. p. 50.
29. 30. *I. C. Reuchlin* de Zizaniis non euellendis. Arg. 751.
31. 32. *Celſii* Hierobotanicon. II. 253. *Deyling.* Obſeru. ſ. V. 340.
32. **Lilienthals** gute Sache der göttl. Off. V. 285.
33. 35. *Munthe* Obſeru. in N. T. ex Diod. Sic. p. 65.
36. *Palairet* l. c. p. 50.
38. **Moßheims** Sittenlehre IV. 192.
44. Noua Miſcell. Lipſ. vol. 6. p. 193.
52. *I. D. Winckleri* Hypomnemata. p. 305.

55. *Winckler* l. c. p. 309.
58. *Palairet* Specimen exercitat. philol. crit. in N. T. p. 11.

CAPVT XIV.

1—12. *Witsii* Miscell. sacra II. 428.
1. 2. *Iac. Carpou.* de ficta resurrectione Johannis bapt. Vinar. 745. 4. *Oederi* Animaduers. sacr. p. 112.
3 sqq. *Iac. Alting.* Opp. Tom. V. P. 2. p. 101. Saurin Betracht. über die wicht. Begeb. des A. u. N. T. III. 385.
3. *I. T. Krebs.* Obseru. in N. T. e Fl. Iosepho, pag. 35.
5. *G. D. Kypke* Obseru. sacr. in N. T. p. 72.
6. *I. T. Krebs* l. c. p. 38. *I. D. Winckler.* Hypomnem. p. 209.
8. 10. *Kypke* l. c. p. 72 sq.
12. *El. Palairet* Obs. in N. T. p. 51.
13. *Munthe* Obseru. in N. T. p. 66. *Kypke* l. c. p. 74. *I. D. Winckleri* Hypomnem. p. 179.
14-21. Jak. Saurin l. c. III. 399.
14. *G. D. Kypke* l. c. p. 75.
22—33 Saurin l. c. III. 408.
24. 25. *I. T. Krebs* l. c. p. 39.
25. *Palairet* obseru. in N. T. p. 51. Bodenschatz Erläuter. des N. T. aus den jüdisch. Alterth. Saml. I. p. 56.
28 sqq Noua miscell. Lips. II. 383.
31. *G. F. Munthe* l. c. p. 66.

CAP.

CAPVT XV.

1. *C. F. Munthe* Obſeruat. in N. T. pag. 67. *Palairet* Obſeru. in N. T. p. 52.
5. 6. *Symbolae* liter. Brem. T. III. p. 190.
5. *Io. Cameronis* Myrothecium euang. p. 142
6. *Munthe* l. c. p. 67.
10. *Palairet* l. c. p. 52.
13. *Kypke* Obſeru. in N. T. p. 75.
14. Noua biblioth. Lubec. vol. III. p. 26.
16. 17. *Kypke* l. c. p. 76 ſq.
16. *Palairet* obſeru. in N. T. p. 53.
19. Zicklers Erklär. der Beweißſprüche in der dogm. Gottesgelahrheit. I. 352.
21 — 28. *C. S. Georgi* de fide victrice. Witt. 747.
26. *Kypke* Obſeru. in N. T. p. 77. *Palairet* Obſeru. in N. T. p. 53.
27. 30. *Kypke* l. c. p. 78. ſq.
36. *Kypke* l. c. p. 80. *Munthe* Obſeru. in N. p. 68.

CAPVT XVI.

2. 3. Lilienthals gute Sache der göttl. Off. V. 286.
3. Kypke obſeru. in N. T. p. 81.
7. Kypke l. c. p. 82. *Palairet* obſ. in N. T. p. 54.
13 - 16. Sermons de *I. Saurin* VI. 240.
17. 18. *Verpoorten* faſc. diſſ. p. 1.

17. *I. D.*

17. *I. D. Winckleri* Hypomn. p. 211.

18. *Palairet* p. 54. *Munthe* l. c. p. 68. *Altmanni* Meletem. philol. crit. T. I. pag. 95. *Witsii* Oecon. foed. Dei. p. 390. Symbolae lit. Brem. T. 3. p. 191. *M. Freytag* progr. de porsis inferorum. Numburg. 726. *I. P. Reuschii* Theol. polem. p. 507. Canzens Reinbeck. Betracht. über die A. C. VIII. 362.

19. *Munthe* l. c. p. 69. *I. F. Bahrdt* de potestate eccl. Lipſ. 755.

20. *Heumanni* Noua ſylloge diſſ. II. 63. *Danhawer* de errore apoſt. circa regnum Meſſ. mundanum. Arg. 664. *Heuſingeri* diſp. ad h. l. *I. G. Walch* de apoſt. peccatis actual. p. 38.

22. *Palairet* p. 56. *Kypke* p. 82. *Krebs* Obſ. in N. T. e Fl. Ioſepho p. 41.

23. *Kypke* Obſeru. p. 84. *Munthe* l. c. p. 69.

24. Moßheims Sittenlehre. IV. 335.

26. *Krebs* l. c. pag. 41. *Kypke* l. c. pag. 86. Sherlocks Betracht. über die Glückſeel. der Frommen und Beſtraf. der Gottloſ. in der zuk. Welt, p. 665.

28. *Palairet* Obſeru. p. 57. *Dreſig* de verbis med. N. T. p. 556. *I. D. Winckleri* Animaduerſ. phil. I. 157. Friſch von Belohn. in ewig. Hütten p. 479.

CAPVT XVII.

1 — 9 *Heumanni* Sylloge diſſ. T. I. pag. 86. *Georgi* de glorioſa Chriſti exinaniti clarificatione Witt. 744. Stackhouſe Verthäd. der chriſtl. Rel. I. 303. Saurin Betracht. III. 418. Der Theologe von 1754. p. 641. 689. 737.

1 — 5 Friſch von Belohn. in ewig. Hütten. p. 477.

3. *Heumanni* Sylloge diſſ. T. I. p. 86.

9. *Eiusd.* Noua ſylloge diſſ. II. 63.


17. *Kypke* Obſeru. in N. T. p. 87.

21. *Munthe* Obſ. in N. T. p. 69.

24 - 27. Richters Ichthyotheologie p. 487.

27. Der Theologe von 1755. p. 337.

Ob ſpatii defectum reliqua ad volumen proximum reſeruanda ſunt.



VIII.

VIII.

Noua literaria Suecica.

Sequentes exterorum libri in linguam Suecorum translati sunt: RAMBACHS *Evangelische Betrachtungen über die Sonn und Festtags Evangelien*, P. I. Holm. 756. 4; D. IO. FECHTII disp. *de precibus pro suimet conuersione ad Deum fusis*, Strengn. 755. 8. MONTESQUIOU *Cogitationes de causis lapsus & potestatis Romanor.* Holm. 755. 8. Iussu reginae versionem adornauit OL. DALIN Consiliarius Cancell.

Bibliothecae hist. Holmiensis, quam lingua vernacula C. C. GIOERWELL conscribere coepit, tertium anno, qui nunc agitur, volumen, 7 constans plagis, prodiit. Continet praeter cetera vitam episcopi, D. DAN. IVSLENII & D. DAN. SALTHENII, Professoris Regiomontani.


CAR. LINNAEI *Flora Suecica* altera vice aucta & emendata exiit Holmiae, 8. 1755.

D. SUEN BAELTER, Praepositus Wexionensis edere coepit idiomate vernaculo: *Historiam Domini & Saluat. nostri Iesu Christi a natiuitate ipsius vsque ad ascensionem in coelos.* Opus in 6 diuisum est libros, quorum primus ea, quae vsque ad baptismum & muneris prophetici susceptionem gesta sunt,

complectens, 18 plagis in 8. impressus est. Auctor sequitur Euangelistas eo ordine, qui ANDR. OSIANDRO, & pluribus aliis sese probauit.

M. HENR. IAC. SIVERS edidit orationem pro concione sacra Westrovici anno 1755 d. 3 Iun. occasione verborum Eccl. III. 16. habitam. Idem *Historiam & descriptionem vrbis Westrovicensis* in oct. maj. prelo subiiciendam tradidit, cui plausum eruditorum & approbationem iustis de caussis promittimus.

Disputationum in Suecia habitarum indicem nunc quidem non exhibemus, quum numerus earum nimis excreuerit, inposterum tamen potiores indicare & recensere non omittemus.



IX.

INDEX
scriptorum a Lubecensibus proxime editorum.

I. Dissertatio de Cephalalgia in primisque illa, quae consensualis ex abdomine est. Auctore b. *Nicol. Georgio Bolemann*, Lubec. qui isto specimine summos in arte salutari honores Helmstadii assecutus anno hoc Berolini eheu! mortuus est. Helmst. 1755. 4. Pl. 8.

 II. Disser-

II. Diſſertatio de iuramento in primis metu extorto. Praeſide eodemque auctore M. *Petro Herm. Beckero*, ſymmyſta nunc Petrino apud nos meritiſſimo. Jenae 1755. 4. Pl. 5.

III. Diſſertatio de re litigioſa non compenſanda. Auctore *Io. Nicol. Sibeth* Lubec. qui nunc Göttingae Themidi litat egregie. Jenae 1756. Pl. 4 cum dim.

IIII. Diſſertatio de vnica ſalutis per Chriſtum via ex Act. IIII, 12 declarata. Auctore *Io. Herm. Harmſen* Lubec. Jenae 1756. 4. Pl. 7.

V. Monumentum Viro - - - Petro Plesken Cancell. Cell. Secretar. d. 29. Febr. 1756. - defuncto - ſtatutum a *Io. Henr. a Seelen.* Lubecae 1756. 4. Pl. 4.

VI. De vita, moribus, ſcriptis viri - - Erici Sim. Henr. a Seelen LL. AA. M. &c. - - - commentatio *Io. Danielis Overbeck.* Lubec. 1756. 4. Pl. 6. cum dim.

VII. Geſetze zur Beſtimmung der Geſchwindigkeit derer Körper in der geradlinichten Bewegung entworfen von *Henr. Valentin Becker*, Viri max reuer. Io. Herm. Beckeri SS. Theol. D. Paſtor. mar. longe meritiſſ. filio dignisſimo. Roſt. & Wismar. 1756. 8. Pl. 8.

VIII. Memoria viri - - - Theodori Mart. Lipenii Symmyſtae Petrini - - literis conſignata a *Io. Henr. a Seelen.* Lubecae 1756. fol. Pl. 1.

VIIII. Eiusdem vita germanice scripta a *Io. Dan. Overbeck* ibid. eod. fol. Pl. 1.

X. De Christo pastore sine exemplo meletema - - - quo Viro - - Adde Bernh. Burghardi, Pastori Petrino meritiss. munus hoc gratulatus est *Io. Henr. a Seelen* Lubec. 1756. 4. Pl. 2.

XI. Varias diuinas perfectiones cognoscendi vias apud philosophos celebres perlustrat simulque Viro - - gratulatur *H. Diet. Woldt* Lubec. Jenae 1756. 4. Pl. 2. scriptum eodem consilio prelo commissum.

XII. Musarum ac Musicae felix coniunctio illustri exemplo Augustini Antist. Hippon. declarata - - a *Io. Henr. a Seelen* Lubecae 1756. 4. Pl. 3. Promulsis actus publici, quo Vir praecellentiss. Io. Herm. Schnobel Cantor ac Musices director in Gymnas. Lubecensi est inauguratus.

XIII. Dissertatio iurid. de sumendo supplicio in loco, vbi crimen perpetratum est ad L. 28. §. 15. de Poenis - - auctore *Aug. Frid. Foertsch* Lubec. Jenae 1756. 4. Pl. 5.

XIIII. De morte & somno fratribus epistola consolatoria *F. H. B. Enebergbii* Gymnas. Lub. ciuis. Lubecae 1756. 4. Pl. 4.

XV. Memoria Viri - - - Eberh. Jo. Casp. Wiedemanni I. V. L. - - literis consignata a *Io. Henr. a Seelen* Lubec. 1756. fol. Pl. 1.

XVI. Eiusd. vita germanice scripta a *Io. Ge-*

org.

org. Gesnero Gymnaſ. Lub. Subr. & Bibliothecar. meritisſimo Ibid. eod. fol. Pl. 1.

XVII. D. *Ioh. Carl Henr. Dreyers* - - Sammlung vermiſchter Abhandlungen zur Erläuterung der teutſchen Rechte vnd Alterthümer, wie auch der Critik vnd Hiſtorie, Zweyter Th. Roſtoch. & Wismar 1756 8. Alph. I. Pl. 15 cum dim.

XVIII. Memoria Viri - - Hermanni Georgii Krohn, I. V. D. Reip. Lub. quondam Synd. literis conſignata a *Io. Henr. a Seelen* Lubec. 1756. fol. Pl. 1.

XVIIII. Eiusdem vita germanice ſcripta a *Io. Dan. Overbeck* Ibid. eod. fol. Pl. 1.

XX. De Iubilaeorum gamicorum ſacri ordinis perſonarum vſu in doctrina de coniugio ſacerdotum, ad Aug. Conf. P. II. Art. 2 cogitationes, occaſione iubilaei gamici Carpzovio Dornblüthiani, d. 26 Sept. 1756. celebrati Collegii Cathariniani nomine conſignatae a *Io. Henr. a Seelen.* Lubecae 1756. 4. Pl. 2.

XXI. Ad Iacobi Middendorpii librum de academiis analecta, regiae academiae Gryphiswaldenſi, d. 17 Octobr. A. 1756. iubilaeum ſolenni ritu celebranti ſincere gratulantium more dicat Gymnaſium Lubecenſe, interprete *I. H. a Seelen*, Lubecae 1756. 4. Pl. 3.

X.

INDEX I.

rerum & auctorum.

Capite

Salus

INDEX II.

locorum biblicorum illustratorum.

Zach. IV.

INDEX III.

vocum hebr. & graecar. explicatarum.

Corrigenda.

Vol. VII. p. 163. lin. 11. leg. disputandam.
— p. 167. lin. 32. leg. HENR. IAC.
Vol. VIII. p. 121. not. * lin. ult. & p. 122. lin. 1. leg. Quo praeclarius.

FINIS.

